ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS LIV - SERIES III - VOL. IV

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXII

An. et vol. LIV 31 Ianuarii 1962 (Ser. HI, v. IV) - N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Concilium Oecumenicum Vaticanum II indicitur

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

HUMANAE SALUTIS Reparator Christus Iesus, qui, antequam in caelum ascenderet, a se electis Apostolis mandatum dedit, ut Evangelii lumen gentibus universis inferrent, iisdem pariter, ut credito ipsis muneri auctoritatem et firmamentum adderet, illud prolixe pollicitus est: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculis* Quae laetabilis Christi assiduitas, si in Ecclesia sancta se vivam et efficientem numquam non praestitit, tum profecto eluxit maxime, cum saevioribus agitabatur procellis societas hominum et communitas. Per eiusmodi enim tempora Christi Sponsa luculentissime sese magistram veritatis et salutis ministratricem ostendit, atque in omnium conspectu demonstravit quanta vi pollerent caritas, piae admotae preces, toleratae Dei gratia asperitates et aegrimoniae; quae superna sane eius praesidia sunt ac prorsus inexsuperabilia, cum eadem divinus ipsius

[1] *Matth.* 28, 20.

Conditor adhibuerit, qui grandi suae vitae hora pronuntiavit: *Confluite, ego vici mundum.*[2]

Iamvero nostra hac aetate hominum convictum graviter com motum Ecclesia videt ad summam mutationem spectare. Atque dum hominum consociatio ad novum fertur rerum ordinem, amplissima munera Ecclesiam manent; quemadmodum in miserrima quaque temporum condicione evenisse didicimus. Siquidem id ab Ecclesia nunc requiritur, ut virtutem perennem, vitalem, divinam Evangelii in venas iniciat eius, quae hodie est, humanae communitatis; quae gloriatur quidem de rebus a se recens in artium doctrinarumque provincias invectis, sed eius patitur socialis disciplinae damna, quam quidam, posthabito Deo, restituere conati sunt. Animadvertimus propterea nostrorum dierum homines in bonis animi non pariter atque in bonis externis profecisse. Ex quo oritur, ut neglegentius iidem quaerant quae peritura non sunt; ut, ex contrario, fluxas mundi voluptates plerumque appetant, quas progressae artes tam commode parant; ut denique — quod novum sane atque formidolosum existimandum est — hominum secta Deum esse negantium, more veluti militari ordinata, constiterit ad multosque populos pervaserit.

Hae doloris anxitudinisque causae ad considerandum propositae eo sane pertinent, ut vigilandi necessitatem ostendant et suorum quemque officiorum conscium efficiant. Novimus quidem horum maiorum conspectum quorundam animos adeo percellere, ut nonnisi tenebras cernant, quibus putent hunc mundum penitus obvolvi. Nobis vero fiduciam Nostram firmissimam perplacet in divino generis humani Servatore collocare, qui mortales a se redemptus minime dereliquit. Immo vero, monitis obsecuti Christi Domini nos hortantis ut *signa ... temporum*[3] dignoscamus, inter tot taetricas calígines, indicia pervidemus, eaque non pauca, quae Ecclesiae humanoque generi melioris aevi videntur auspicia portendere. Siquidem sive interneciva bella, quae nostris temporibus alia secuta sunt alia, sive luctuosa animorum detrimenta, quae passim multae doctrinae pepererunt, sive magnae rerum acerbitates, quas diu

[2] ***Ioann.*** **16, 33.**

[3] ***Matth.*** **16, 4.**

nimis homines experti sunt, haec omnia monitoria quadam voce non caruerunt. Ac vel ipsa artium technicorum incrementa, quibus hominibus potestas facta est formidolosa arma ad sui excidium parandi, haud parum anxitudinis ac discriminis invexerunt; quod quidem efficit ut homines in praesens sollicitudine teneantur, ut facultates suas finitas esse facilius agnoscant, ut pacem exoptent, ut bonorum, quae ad animum pertineant, momentum perpendant, ut denique illum socialis vitae cursum admaturent, quem hominum societas, licet incertis gradibus, iam iniisse dicenda est; qui nempe rerum cursus singulos homines, varios civium ordines ac vel ipsas Nationes magis magisque impellit, ut inter se amice conspirent et sese mutua adiutrice opera compleant atque perficiant. Quod profecto maximopere confert ad apostolicam Ecclesiae actionem facilius expeditiusque exercendam; cum homines plurimi, qui excelsum eius munus adhuc fortasse non animadverterunt, hodie, de rerum usu uberius edocti, esse procliviores videantur ad Ecclesiae monita excipienda.

Ad Ecclesiam autem quod attinet, populorum vicissitudinibus, doctrinarum artiumque progressionibus, mutatis humanae societatis condicionibus nequaquam eadem iners affuit, sed haec omnia pervigili cura prosecuta est; totis viribus eorum doctrinis obstitit, qui omnia ad materiam referrent aut catholicae fidei fundamenta subvertere conarentur; ac demum e sinu suo uberrimas vires hausit, ad sacrum apostolatum, ad pietatem ^ actionem suam in omnibus humanae navitatis campis suscipiendam incitantes; idque tum primum sacri cleri opera, qui doctrina virtuteque suis obeundis muneribus magis magisque se parem praebuit, tum deinde opera laicorum hominum, qui magis compertas habuerunt partes sibi in Ecclesia concreditas, ac peculiari modo officium, quo singuli obstringuntur, ecclesiasticae hierarchiae adiutricem operam navandi. Accedit quod ingens aerumnarum magnitudo, quibus hodie asperrime premuntur plurimae christianorum communitates, id efficiunt, ut prorsus admiranda sacrorum Pastorum, sacerdotum laicorumque hominum multitudo, ob invictam catholicae fidei constantiam, insectationes omne genus perferant, atque eiusmodi christianae fortitudinis exempla edant, ut cum iis iure merito comparanda sint, quae aureis litteris in Ecclesiae fastis recen-

sentur. Quamobrem, dum humanae consortionis faciem mutatam penitus conspicimus, catholica quoque Ecclesia oculis obversatur nostris valde mutatam perfectioremque induta formam: scilicet firmiore compaginis unitate constans, uberioris doctrinae praesidio aucta, sanctitudinis nitore pulchrius refulgens; ita quidem ut ipsa in praesens ad sancta fidei certanda certamina omnino parata videatur.

Geminum hoc spectaculum animo complectentes, illinc nempe hominum coniunctionem summa animi bonorum inopia laborantem, hinc Christi Ecclesiam ubertate vitae florentem, iam inde a supremo Pontificatu inito — ad cuius fastigium, licet meritis impares, benignissimo Dei providentis consilio evecti sumus — graves apostolici officii Nostri partes esse duximus, cogitationes in id convertere, ut, omnibus filiis Nostris operam conferentibus, Ecclesia se magis magisque idoneam praestaret ad hominum huius aetatis quaestiones dissolvendas. Hac de causa, veluti intimae supernoque quodam instinctu ortae voci obtemperantes, matura iam esse tempora existimavimus, ut catholicam Ecclesiam universamque hominum familiam novo Oecumenico Concilio donaremus, quod eam viginti maximarum Synodorum seriem continuaret, quae per saeculorum decursum ad caelestis gratiae in christifidelium animis incrementum et ad rei christianae progressum tantopere valuerunt. iVtque tum effusa catholicorum hominum laetitia, qua huius rei nuntius in toto terrarum orbe exceptus est; tum subinde supplices Deo admotae preces, quas certatim universa Ecclesia hac de causa fundere non intermisit; tum alacre studium in eodem Concilio apparando positum, quod spem Nostram apprime confirmat; tum postremo studiosa cura aut saltem exspectatio, obsequii plena, qua hoc Concilium ii christiani prosequuntur, qui a Romana Ecclesia seiuncti sunt, ac vel ii qui christiani nominis sunt expertes: haec omnia, dicimus, apertissimo indicio demonstrant, neminem quempiam praeteriisse maximum huius eventi momentum atque granditatem.

Itaque proxima Oecumenica Synodus eo tempore feliciter celebratur, cum Ecclesia impensiore studio flagrat fidem suam novis viribus roborandi, seseque suaviter recreandi praeclaro suae unitatis spectaculo : cumque eadem instantius se eo officio

obligari sentit, non modo ut salubrem suam vim efficaciorem reddat et filiorum suorum sanctimoniam promoveat, sed etiam ut christianae veritati vulgandae ceterisque institutis suis provehendis afferat incrementa. Hinc in medio ponetur, vivam semper esse perpetuaque florere iuventa Ecclesiam matrem, quae humanis eventibus praesens usque adest, atque saeculis volventibus nova semper specie ornatur, novis radiât fulgoribus, novas fert palmas ; quamvis eadem semper perstet et ad pulcherrimam iam imaginem conformata, qua eam praeditam voluit divinus Sponsus, qui ipsam diligit ac tuetur, nempe Christus Iesus.

Quo tempore autem videmus in variis terrarum orbis partibus plurimorum nisus crebriores fieri, qui magno animo id assequi contendunt, ut inter christianos universos aspectabilis unitas instauretur, quae Divini Servatoris votis digne satisfaciat, consentaneum omnino est, ut celebrandum Concilium ea doctrinae capita uberius illustret, eaque fraternae caritatis specimina exhibeat, quibus positis, christiani ab Apostolica hac Sede seiuncti, ad eandem unitatem acrius accendantur, iisdem^ que ad eam assequendam quasi via muniatur.

Denique, ad universam hominum familiam quod attinet, quam calamitosarum dimicationum discrimina incertam, commotam, anxiam assidue tenent, proximum Oecumenicum Concilium opportunitatem omnibus egregiae voluntatis hominibus praebebit, pacis consilia et proposita ineundi atque promovendi. Quam quidem veri nominis pacem potissimum gignere possunt ac debent bona, quae ad animum et ad supernum ordinem pertinent, itemque hominum mens et conscientia, quae lumen ductumque a Deo sumant, humani generis Creatore atque Rep aratore.

Sed huiusmodi fructus, quos tam vehementer ex Oecumenica Synodo exspectamus, ac de quibus saepe libenterque locuti sumus, postulant sane, ut in hoc parandum magni momenti opus consilia, studia, labores impendantur. Proponuntur propterea quaestiones sive ad fidei doctrinam, sive ad actionem vitae spectantes; atque idcirco proponuntur ut christiana instituta et praecepta absolutissime cum multiformi vitae usu conveniant, et ad utilitatem conducant corporis mystici Christi, eiusque sacri muneris, quod ad supernum ordinem pertinet.

Haec omnia profecto attingunt Divinas Litteras, sacram Traditionem, Ecclesiae sacramenta et preces, disciplinam morum, opera, quibus caritas exercetur et consulitur egenis, laicorum apostolatum, missionalia incepta.

Verumtamen supernus ordo ad alterum ordinem, temporis finibus artatum, qui pro dolor saepenumero unus hominum curas eorumque anxias sollicitudines occupat, maxime efficax sit oportet. Nam in temporalium quoque rerum provincia Ecclesia visa est *Mater et Magistra,* ut utamur verbis quibus Decessor Noster fel. rec. Innocentius III usus est, cum Oecumenicum Concilium Lateranense quartum haberetur. Quamvis Ecclesia ad terrestrem finem in primis non contendat, tamen in itinere suo nequit abesse ab iis quaestionibus, quae de bonis temporalibus sunt, vel labores, qui haec progignunt, neglegere. Novit profecto, quantopere prosint immortalibus animis ea adiumenta et praesidia, quae apta sunt ad humaniorem efficiendam singulorum hominum vitam, quorum aeterna salus procuranda est. Novit eadem se, cum Christi luce homines collustret, id conferre, ut iidem se ipsi penitus agnoscant. Nam illuc eos perducit, ut intellegant, quid ipsi sint, qua dignitate excellant, quem finem prosequi debeant. Ex quo fit ut nunc temporis Ecclesia praesens adsit, iure vel re, institutis quae ad universas gentes pertineant, atque ab ea discripta elaboretur de re sociali doctrina, quae ad familias, ad scholas, ad locandas operas, ad societatem coniunctionemque hominum, ad universas denique huius generis quaestiones attineat; cuius quidem doctrinae causa, Ecclesia tam excelsum dignitatis fastigium assecuta est, ut praegravis eius vox summa auctoritate apud cordatos omnes polleat, utpote disciplinae morum interpres ac propugnaculum, atque iurium officiorumque vindex sive singulorum hominum sive civitatum.

Quapropter ea quae in Oecumenica Synodo deliberata erunt, tam efficacia fore confidimus, ut non tantum christianae sapientiae luce collustrent et fervido robore firment intimos animos, sed etiam humanorum operum summam pervadant.

Oecumenici celebrandi Concilii primum dedimus nuntium die vicesimo quinto mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono. Quod cum fecimus, parvum quoddam semen animo manuque trepidis iacere nobis visi sumus.

Divino auxilio suffulti tunc aggressi sumus ad multiplex graveque opus, quod eius molimentum deposcebat. Ab eo die tres fere exacti sunt anni, quibus labentibus, conspeximus exiguum illud semen, caelesti afflante gratia, in proceram arborem succrevisse. Quod longum laboriosumque emensum iter respicientes, maximas Deo gratias persolvimus, qui largiter impertitus est Nobis opem, ut omnia congruenter, apte, concorditer decurrerent.

Priusquam argumenta in Concilio pertractanda statueremus, ante omnia prudens et sapiens rogavimus consilium Patres Cardinales, universi catholici orbis Episcopos, Romanae Curiae sacra Consilia, Religiosorum Ordinum et Congregationum Moderatores generales, catholicas studiorum Universitates et ecclesiastica Magisteria. Atque per unius anni decursum, huiusmodi consultationibus, ingentis quidem ponderis, vacatum est; e quibus aperte patuit in quaenam praecipue rerum capita essent conferenda studia.

Ad Concilium parandum tunc varia constituta sunt Consilia, quibus arduum mandavimus munus eas decretorum adumbrationem proponendi, ad doctrinam et ad morum disciplinam attinentes, e quibus Nos delegeremus, quae in generalibus Concilii coetibus essent expendenda.

Magno tandem gaudio affecti vos certiores facimus, huiusmodi alacriter intenta studia, in quae Purpurati Patres, Episcopi, Praelati, Theologi, iuris canonici cultores, scientes et periti viri universi orbis terrarum consociatam praeclaramque contulerunt operam, iam ad exitum vergere.

Confisi igitur auxilio divini Redemptoris, qui est omnium rerum principium et finis, atque deprecatione augustae Matris eius beatissimae Virginis Mariae, et Sancti Ioseph, cuius tutelae iam ab ultimo initio hunc magni momenti eventum commisimus, tempus advenisse putamus alterum Oecumenicum Concilium Vaticanum convocandi.

Quare, postquam hac super re sententias audivimus S. R. E. Cardinalium, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra nuntiamus, indicimus, convocamus, in proximum annum millesimum nongentesimum sexagesimum secundum, Sacrum Oecumenicum et universale Concilium Vaticanum secundum, quod in Patriar-

chali Vaticana Basilica rite celebrabitur, diebus, quos providentissimus Deus statuere dederit.

Volumus propterea et iubemus ut Oecumenico Concilio a Nobis indicto ex omnibus orbis terrarum partibus adsint Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales, Venerabiles Fratres Patriarchae, Primates, Archiepiscopi et Episcopi, sive residentes, sive titulares, itemque universi ecclesiastici viri, qui ex iure Oecumenico Concilio adesse debent.

Id postremo singulos christifideles cunctamque populum christianum rogamus ut, omne studium ad Concilium conferentes, magnas Omnipotenti Deo preces fundere velint, ut tantam rem eandemque iamiam imminentem benigne prosequatur, et, virtutis robore firmans, iusta det fieri dignitate. Quae communes preces a fide, tamquam a vivo fonte, continenter fluant; eas comitetur voluntaria corporis castigatio, ut acceptions Deo fiant summeque efficaces; eas pariter generosa christianae vitae contentio ditet, ex qua coargui possit iam omnes esse ad praecepta et decreta exsequenda proclives, quae aliquando fuerint ab ipso Concilio constituta.

Adhortationibus hisce Nostris amantissimos filios compellamus ex utroque clero ubivis degentes, atque omnes cuiusvis ordinis fideles. Peculiari autem modo sive pueros compellamus, quorum innocentia et preces apud Deum quantum valeant nulli non est exploratum, sive aegrotos et male affectos, cum persuasum habeamus, eorum dolores, eorumque vitam, hostiae simillimam, ob Crucis Christi virtutem, transire in validam obsecrationem, in salutem, in sanctioris vitae fontem pro Ecclesia universa.

Extremum christianos omnes qui a catholica Ecclesia dissident enixe rogamus, ut Deo supplicent : nam ad eorum etiam fructum Concilium redundabit. Nos enim minime latet ex his filiis complures unitatis et pacis assequendae desiderio teneri, iuxta Christi doctrinam, iuxtaque precationem ab eo caelesti Patri admotam; neque Nos praeterit, auditum Concilii nuntium non solum magno gaudio ab iis esse acceptum, verum etiam ex iis haud paucos pollicitus esse se precaturos Deum, ut res bene ac " feliciter eveniat, et laeta in spe esse suorum Coetuum nomine mitti posse legatos, qui de iis certiores fiant, quae in Concilio agantur. Haec omnia Nos ingenti sane solatio atque

spe affecerunt; quin etiam, quo facilius et expeditius huiusmodi commercia habeantur, iam pridem peculiare de hac re Officium constituimus, quod Secretariatum appellant.

Utinam de huius temporis christiana familia contingat quod de Apostolis, post Christi ascensum in caelum, Hierosolymis esse factum scimus : cum omnis Ecclesia, recens nata, summa animorum concordia se ad Petrum, agnorum oviumque Pastorem, applicuit, atque cum eo et pro eo precata est. Ac dignetur adorandus Dei Spiritus, flagrantissimis omnium annuens votis, hanc precationem admittere, quae cotidie ex universis terrarum orbis partibus ei admovetur :

Renova aetate hac nostra per novam veluti Pentecostem mirabilia tua, atque Ecclesiae Sanctae concede, ut cum Maria, Matre Iesu, unanimiter et instanter in oratione perseverans, itemque a Beato Petro ducta, divini Salvatoris regnum amplificet, regnum veritatis et iustitiae, regnum amoris et pacis. Amen.[4]

Hanc vero Constitutionem nunc et in perpetuum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla,cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per hanc Constitutionem iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxv mensis Decembris, in Nativitate D. N. I. C, anno MDCCCCLXI, Pontificatus Nostri quarto.

Ego IOANNES, Catholicae Ecclesiae Episcopus

[4] ***A. A. 8.*, v. LI (1959), p. 832.**

NUNTIUS

Omnibus christifidelibus ac gentibus datus, adventante festo Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi. *

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Natale del Signore, festa di pace.

Si possono ricercare altre risonanze del grande mistero per esprimere la pienezza di grazia, di cui ogni credente in Gesù Cristo si allieta in questi giorni : non si esce di là.

Questo l'annuncio di Beuern : gloria di Dio, pace vera, e invito alla corrispondenza della volontà umana a tanto dono. *Gloria in altissimis Deo : paœ hominibus : bonae voluntatis.*[1]

La letteratura dei secoli di ogni paese su cui passò la luce del Cristo, non si estende oltre questa triplice manifestazione, che si apre agli uomini con la venuta in terra del Figlio di Dio.

I - Il tema dominante dei radiomessaggi Natalizi

Ecco che per la quarta volta, a Natale, l'umile Aglio del popolo chiamato al vertice del sacerdozio e del governo della Chiesa — lasciatecelo dire così come è per Noi abituale il pensarlo — mette il suo spirito, che la grazia del Signore sostiene, a servizio del grande annuncio di pace.

Negli anni precedenti Ci piacque offrire alla umanità intera la pace di Betlem in una triplice rifrazione.

Sempre la pace di Cristo, ma splendente nelle sue più nobili manifestazioni : pace e giustizia, pace e unità, pace e verità.

a) *Triplice rifrazione*

Nella triplice irradiazione palpita il richiamo dei principali e più preziosi beni della umanità. A voler cogliere l'auspicio, e ripetere l'augurio che gli uomini si scambiano in questi giorni, niente è più espressivo di questa molteplice effusione di ricchezze che il Verbo di Dio, fattosi uomo, arrecò sulla terra a redenzione e ad esaltazione universale.

* Vespere, die 21 Decembris mensis a. 1961.

[1] *Luc.* 2, 14.

Voi, diletti figli, ben sapete come interpreti fedelissimi dell'insegnamento antico e sempre nuovo delle celesti comunicazioni, sono riconosciuti i Padri della Chiesa di Oriente e di Occidente, Dottori e Pontefici, le cui voci si congiungono e si intrecciano armoniosamente.

b) *Voci concordi dei secoli*

Una di queste, a Noi familiare dalla giovinezza, è quella di S. Leone Magno che risolleva quest'anno accenti di novello fervore. Di San Leone Magno abbiamo celebrato con la recente Enciclica « *Aeterna Dei* » il decimo quinto centenario della morte.

Nelle fauste circostanze del novembre passato, quanto Ci fu piacevole prendere ispirazione alle Nostre parole da questo grande Dottore! Anche oggi, da quei suoi sermoni di Natale — che mantengono intatta la vivacità di uno stile così personale — amiamo sollevare l'attenzione dei vostri occhi verso la Grotta di Beuern. Sentite : sentite :

« *Generatio ... Christi origo est populi christiani, et natalis capitis natalis est corporis* ». Che parole, diletti figli : « La generazione di Cristo è l'inizio del popolo cristiano ; il natale del Capo è pure il natale del corpo ». E prosegue : « Sebbene ciascuno dei chiamati abbia il suo grado, e i figli della Chiesa siano distinti dalla successione dei tempi, tuttavia la totalità dei fedeli, nata dal fonte battesimale è generata con Cristo in questa natività ... Pertanto, la grandezza del dono che ci è stato conferito esige da noi una reverenza, degna del suo splendore ...

c) *Particolare accentuazione di quest'anno*

Ma che cosa possiamo trovare noi di più consono alla dignità della festa odierna, e di meglio corrispondente al Natale di Gesù, se non la pace, che giusto nella natività del Signore è stata per la prima volta annunciata dagli angeli? È essa, che genera i figli di Dio, nutrice di bontà e madre di unità ... Il Natale del Signore è il natale della pace, poiché dice l'Apostolo : Egli è la nostra pace ...[2]

La pace degli uomini saggi e retti — vi diremo, parafrasando il pensiero di S. Leone — viene dall'alto e in alto solleva, non vuole confondersi con le facili inclinazioni degli amatori del mondo. Essa resiste a tutti gli ostacoli, e dalle pericolose dilettazioni sospinge l'uomo verso le vere gioie ... Fusi, come ci sentiamo, in una sola volontà e in una sola

[2] *Eph.* 2, 14.

convinzione, e concordi nella fede, nella speranza e nell'amore, possa ad essa condurci lo Spirito della pace ».[3]

d) *Auspicio ed augurio*

Elevazioni incantevoli queste di S. Leone.

Esse contengono precisazioni di dottrina e di vita pratica.

Tutto infatti è là : Chiesa santa, in tutti i suoi ordini di fedeli, sacerdozio integerrimo, pontificato supremo in funzione di strumento voluto da Dio per la unione delle genti ; ed unione delle genti intesa alla esaltazione vera e duratura della civiltà. Sì : quanto Ci accadde di segnalare in augurio Natalizio, in questi tre primi anni del nostro incontro di Betlemme, tutto è là. Ve ne ricordate? Innanzitutto *conoscenza* della verità, *pax et veritas* : che porta all'adorazione del Figlio di Dio, fatto uomo per noi, ed all'accettazione del suo messaggio ; *pax et veritas,* che rafforza i nobili sentimenti, e sostiene i giusti propositi a conoscere e a servire la verità. *Pax et unitas :* invito pressante alla fedeltà intorno a questa Cattedra Apostolica, che è centro di unità. Poi, *pax et iustitia,* in questa visione della realtà unica della Chiesa, che contiene elementi preziosi per assicurare la solidità della compagine sociale, e per celebrare patti di pacifica convivenza : sia dei cittadini nell'ambito della stessa nazione e nei rapporti di lavorò, sia nel mondo universo che a tutti appartiene e a tutti deve garantire operosità e tranquillità di vita.

Non credete che a questa triplice illuminazione di pace : *in veritate, in unitate, in iustitia,* Noi possiamo aggiungere, per questo Natale, un quarto raggio : cioè la bontà, la *pax Christi in bonitate,* a nostra maggiore e più intensa edificazione spirituale?

Oh ! come tornano bene e in irradiazione perfetta le nostre elevazioni verso il regno glorioso di Cristo nella espressione della Santa Liturgia : *((Rex pacificus magnificatus est, cuius vultum desiderat universa terra. Rex pacificus super omnes reges universae terrae ».*[4]

II - Regnum Christi: bonitas

Pax Christi in bonitate, adunque.

La prima visione che ci viene innanzi è quella di Lui che ci invita dalla culla di Betlemme, anticipando gli incontri di quando sarà fatto

[3] Cfr. *Leonis I Sermo XXVI* (in Nativ. Dom. VI), II, III, V; *Migne PL* 54, 213, 214, 216.

[4] *In Vesperis Nativit.*

adulto, rispettato ed acclamato come Rabbi, il divino Maestro, fra le turbe commosse, e dirà loro : *discite a me quia mitis sum et humilis corde.*[5]

Questa voce dalla culla è la irradiazione della *bonitas* di Gesù di cui egli è sostanza viva, sorgente divina e la cui grazia è magistero universale di pace per tutto il mondo.

a) *Visione sconcertante*

Purtroppo questo magistero, soffuso di umiltà e di mitezza, aperto a letizia di pace universale, di fatto nella successione dei secoli rimane segno di contrasto e di ostinata durezza nei rapporti degli uomini fra di loro.

Osservando gli eventi più vicini a noi, si direbbe che in questa nostra epoca lo sgomento e la paura determinino una febbre ed un ardore di vicendevole indisposizione, forse inconsapevole in molti, ma pur sempre avvertibile nelle reciproche relazioni : il che porta ad un continuo turbamento nei rapporti domestici e sociali, civili e internazionali.

Tale constatazione è tanto più dolorosa quando si pensi che il Creatore nel suo piano di provvidenza ha predisposto gli uomini ad intendersi, ad aiutarsi, ad integrarsi gli uni con gli altri: nella fraterna collaborazione di intenti, nella paziente composizione dei contrasti, nella equa distribuzione dei beni terreni : *iustitia duce, cantate comite,* secondo carità e giustizia.[6]

Oh ! quanto sono chiare a questo proposito le parole dei Profeti e dei Salmi, nell'inculcare a nome di Dio la bontà e l'amore ! Ecco, dice Isaia, « slega i fastelli che gravano : manda liberi gli oppressi, è rompi ogni peso. Spezza il tuo pane all'affamato, e introduci in casa tua i poveri e i raminghi; se vedi un ignudo, ricoprilo, e non disprezzare la tua propria carne ... E il Signore ti darà sempre riposo e riempirà di splendori l'anima tua ».[7]

b) *Spirito di contraddizione*

Se consideriamo l'insieme dei rapporti scambievoli nell'ambito interno delle nazioni come nei consessi internazionali, possiamo avvertire come si sia ancora lontani dall'insegnamento divino, che brilla nei secoli

[5] *Matth.* 11, 29.

[6] Pio XII, Ep. Enc. «*Sertum laetitiae* ». I° novembre 1939; *A. A. S.*, v. XXXI (1939), p. 642.

[7] *Is.* 58, 6-7, 11.

dell'Antico Testamento e splende di luce perfetta nella pienezza dei tempi, con l'avvento del Divino Maestro. Là è tutto un invito alla pace, perchè è proclamata la beatitudine della pace : qui, invece, al di sotto delle belle parole (quando almeno sia salva la forma, il che purtroppo viene spesso trascurato) c'è sovente lo spirito di contraddizione alla pace.

È l'orgoglio del potente che soggioga ; è la ingordigia di chi accumula, chiudendo le sue viscere davanti alle necessità dei fratelli ;[8] è l'insensibilità di chi gode, ignorando il vasto sospiro di sofferenza, che è nel mondo; l'egoismo di chi pensa esclusivamente a se stesso.

È sempre la *bonitas Christi* che manca. La quale innanzitutto deve comporre l'antidoto a questo spirito di contraddizione e di durezza, un avviamento a più pacata valutazione delle cose.

c) *Superno rimedio*

Nella Nostra Enciclica *({Mater et Magistra))* abbiamo voluto sottolineare che « quando si è animati dalla carità di Cristo, ci si sente tutti uniti, e si avvertono come propri i bisogni, le sofferenze, le gioie altrui. Conseguentemente l'operare di ciascuno ....—• dicevamo — non può non risultarne più disinteressato, più vigoroso, più umano, poiché la carità *è paziente, è benefica ... non cerca il proprio interesse ... non gode della ingiustizia, ma si rallegra del godimento della verità ... tutto spera, tutto sopporta)).*[9]

Ed è ben per questo che la supplicazione di pace, che si leva quest'anno dalla culla di Betlem, vuol essere invocazione di bontà, apprezzamento di vera fraternità, proposito di sincera cooperazione, che rifugga da ogni intrigo, e da quegli elementi dissolvitori, che Noi — lo ripetiamo — chiamiamo per nome senza velo alcuno : orgoglio, ingordigia, insensibilitàj egoismo.

L'invito vuol essere tanto più pressante, quanto più la reciproca diffidenza è causa di crescente malessere. Pensate : anche semplicemente lo stato di trepidazione, in cui le anime restano prese, seguendo gli sforzi di ostentata violenza e di inimicizia fomentata, dà origine al generale raffreddamento, e lo estende sempre di più. In tale condizione è naturale pensare alla solenne e grave parola del Cristo : come profezia e come minaccia. *Refrigescet caritas multorum :* « per il sovrabbondare dell'iniquità, si raffredderà la carità di molti ».[10] L'uomo non è più

[8] Cfr. *1 Io.* 3, 17.
[9] *1 Cor.* 13, 4-7; *A. A.* g. LUI (1961), p. 461.
[10] *Matth.* 24, 12.

all'uomo fratello buono, misericordioso e amabile : ma è diventato un estraneo, calcolatore, sospettoso, egoista.

Quale necessità di conclamare l'unico rimedio nell'accoglimento di Gesù di Betlemme, Agnello di Dio, venuto a togliere il peccato del mondo,[11] nel ricorso alla sua grazia, nella pratica del suo insegnamento di misericordia.

d) *Irradiazione della bontà*

Oh ! Natale benedetto : incontro di anime semplici, invito ad interiore purificazione, a bontà con tutti, perchè ((è apparsa la benignità e l'amorevolezza di Dio nostro Salvatore».[12]

Deplorare il male è triste : ma la sua deprecazione non basta ad eliminarlo. È il bene che dobbiamo volere, compiere ed esaltare. ÏC la bontà che deve essere proclamata in faccia al mondo, perchè si irradii all'intorno, e penetri in ogni forma del vivere individuale e sociale.

Buono dev'essere l'uomo singolo : buono perchè specchio di coscienza pura, ove non entri la doppiezza, il calcolo, la durezza di cuore. Buono perchè dedito a uno studio continuo di purificazione interiore e di vera perfezione; buono perchè fedele ad una immutabile fermezza di proposito, cui si adegui ogni pensiero e ogni azione.

Buona la famiglia, in cui il reciproco amore palpiti come fiamma nell'esercizio di ogni virtù. La bontà addolcisce e rafforza l'autorità paterna, e si diffonde dalla delicatezza materna ; essa impronta altresì l'obbedienza dei figli, ne tempera la esuberanza, ispira gli immancabili sacrifici.

È ancora la bontà che deve reggere ogni espressione di vita, fuori dell'ambito strettamente domestico, ma collegata con esso : ecco dunque le varie applicazioni, che le si dischiudono, nella scuola di diverso grado, nelle istituzioni varie della vita civica, per la ordinata convivenza dei cittadini nella tranquillità, nel rispetto, nella concordia. Tutte le relazioni degli ordini sociali debbono ricevere espressione dalla bontà, che ancora S. Leone Magno raccomanda con tratti vividissimi : « compiere ingiustizia e ripagarla — egli dice — è prudenza di questo mondo ; mentre non rendere a nessuno male per male è innocente espressione di cristiana indulgenza ... Si ami dunque l'umiltà, e i fedeli stiano lontani da ogni arroganza. Ciascuno anteponga il fratello a se stesso, e nessuno

[11] Cfr. *Io.* 1, 29.
[12] *Tit.* 3, 4.

cerchi il proprio interesse, ma quello degli altri : affinchè, quando in tutti abbondi l'affetto di benevolenza, in nessuno si trovi il veleno dell'inimicizia)).[13]

Buona deve essere poi l'umanità. Queste voci che ritornano dal fondo dei secoli ad ammaestrarci ancor oggi con modernità di accento, ricordano agli uomini il dovere che a tutti incombe di essere buoni : cioè giusti, retti, generosi, disinteressati, pronti a comprendere ed a scusare, disposti al perdono e alla magnanimità. Come invito all'esercizio di tale dovere, torna opportuno il richiamo — che è stato avvìo fiducioso di questo Nostro radiomessaggio — a volere la pace e ad eliminare gli elementi che la ostacolano.

HI - Fèrvido richiamo ai responsabili della vita dei popoli

Ci rifiutiamo di credere che la strapotenza umana possa straripare. Accanto ad elementi di timore ed apprensione, ci sono dovunque positivi riflessi di buona volontà, costruttiva e benefica. Mentre ne ringraziamo il Signore, datore di ogni bontà, eleviamo l'invito, che Ci urge nel cuore : invito a chi detiene la forza economica, a rischiare tutto, ma non la pace e la vita degli uomini ; a cercare ogni mezzo che l'odierno progresso mette a disposizione per aumentare nel mondo benessere e sicurezza, non per diffondere sfiducia e sospetto reciproco. E ancora una volta « rileviamo con tristezza — per usare le parole della Nostra Enciclica « *Mater et Magistray)* — che ... mentre da una parte si mettono in accentuato rilievo le situazioni di disagio e si fa balenare lo spettro della miseria e della fame, dall'altra si utilizzano, e spesso largamente, le scoperte della scienza, le realizzazioni della tecnica e le risorse economiche per creare terribili strumenti di rovina e di morte ».[14]

Invito a chi detiene l'arte di formare l'opinione pubblica, o in parte' ne ha il monopolio, a temere il severo giudizio di Dio, e anche quello della storia, e a procedere cautamente, con rispetto e senso di misura. Non poche volte nei tempi moderni — lo diciamo con pena e con franchezza — la stampa ha cooperato a preparare un clima di avversione, di animosità e di rottura!

Invito ai responsabili delle nazioni, a coloro che tengono in mano le sorti dell'umanità.

Uomini fragili e mortali, a voi guardano con ansia i vostri simili,

[13] *Serm. XXXVII {In Epiphaniae sollemn. VII),* IV; *Migne PL* 54, 259.

[14] *A. A. S.* LUI (1961), p. 448.

prima fratelli che sudditi. Con l'autorità che Ci viene dà Gesù Cristo, vi diciamo : allontanate, allontanate la suggestione della forza; tremate alla idea di determinare una catena imponderabile di fatti, di giudizi, di risentimenti, che possa concludersi con atti inconsulti e irreparabili. Potere grande vi è stato dato non per distruggere, ma per edificare; non per dividere, ma per unire; non per far scorrere lacrime, ma per dare a tutti lavoro e sicurezza.

Anelito di giustizia ed equità

Ecco le varie applicazioni di una bontà, che si deve estendere a tutti i campi dell'umana convivenza. Questa *bonitas* **è forza e dominio di sè stessi, pazienza con gli altri, carità che non si estingue, che non si perde d'animo, perchè vuole realmente il bene attorno a sè, secondo le immortali parole di S. Agostino. Essa « rimane tranquilla fra le offese, benefica in mezzo agli odii: nell'ira è mansueta, è innocua nelle insidie; nell'iniquità geme, e respira nella verità :** *inter iniquitates gemens, in veritate respirans* ».[15]

Venerabili Fratelli e diletti figli.

Dalla rinnovata contemplazione del Figlio di Dio fatto uomo, venga a ciascuno degli uomini, in tutta la sua chiarezza, il messaggio della bontà e carità evangelica. Sia ai credenti rinnovato stimolo a viverlo nella sua interezza, portandone l'esempio al inondo ansioso ; sia per tutti gli uomini di buona volontà richiamo a riflessioni salutari per l'applicazione costante dei principi, su cui si fonda l'ordinato Vivere sociale.

L'umile Vicario di Cristo, nel far risonare la sua voce, ha inteso proporre con evidenza più toccante il dovere comune, che scaturisce dall'essenza stessa del Natale.

Nell'atto di porre fine alle Nostre parole, il pensiero commosso si rivolge all'umanità intera, per la cui salvezza si è incarnato il Verbo Divino : in particolar modo ai sofferenti, ai tribolati nello spirito è nel corpo, a chi attende giustizia e carità. A tutti va l'augurio paterno di ogni consolazione.

Nè possiamo tacere l'ansia del Nostro cuore : che la prossima festività Natalizia, albeggiando sul mondo, debba trovare popoli senza pace, senza sicurezza, senza libertà religiosa, angosciati dallo spettro della guerra e della fame. Per essi sale al Cielo la Nostra fervida preghiera,

" *Sermo* 350, 3; *Migne PL* 39, 1535.

velata di pianto, coi voti paterni per una equa risoluzione di ogni difficoltà e controversia, e con l'invito, che ancora ripetiamo ai responsàbili delle nazioni, affinchè per la loro congiunta opera si affermino la giustizia, l'equità, la desiderata pace.

Questa parola di pace, fondata sulla vera bontà^ vuol suggellare il Nostro messaggio, a cui si accompagna il saluto beneaugurante e il dono dell'Apostolica Benedizione.

CONVENTIO

inter Apostolicam Sedem et Paraquarianam Rempublicam de erigendo Vicariatu Castrensi.

La Santa Sede y el Gobierno del Paraguay, deseando proveer de manera conveniente y estable a la mejor asistencia religiosa de las Fuerzas Armadas, según su tradición y sus anhelos, han decidido llegar a un Convenio, y con este objeto han nombrado sus Plenipotenciarios, a saber :

Su Santidad el Sumo Pontífice JUAN XXIII, a Su Excelencia Reverendísima Monseñor CARLO MARTINI, Nuncio Apostólico.

Su Excelencia el Presidente Constitucional de la República del Paraguay, General de Ejército ALFREDO STROESSNER, al Excelentísimo Señor RAÚL S APENA PASTOR, Ministro de Relaciones Exteriores.

Los cuales, después de haber canjeado sus Plenos Poderes hallados en debida forma, han convenido en los artículos siguientes :

ARTÍCULO I

La Santa Sede erige en el Paraguay un Vicariato Castrense para la asistencia espiritual de los miembros de las Fuerzas Armadas.

Sin perjuicio de las disposiciones fijadas en el presente Convenio, el Vicariato Castrense se regirá por el Decreto de erección ecclesiastica que emana de la Sagrada Congregación Consistorial y por las normas contenidas en la Instrucción «De Vicariis Castrensibus)) del 23 de abril de 1951 *(A. A. 8.,* 1951, pág. 562).

ARTÍCULO II

El Vicario Castrense será nombrado por la Santa Sede de acuerdo con el Presidente de la República.

Como Jefe espiritual de las Fuerzas Armadas tendrá el rango de General de Brigada más antiguo, con los honores, prerrogativas y emolumentos anejos a dicho grado.

ARTÍCULO III

La asistencia espiritual de las Fuerzas Armadas será ejercida por el Vicario Castrense, un Capellán Mayor para el Ejército, un Capellán Mayor para la Marina de Guerra, un Capellán Mayor para la Aeronáutica Militar, y por los Capellanes asignados a dichas Fuerzas.

El Vicario Castrense designará un Pro-Vicario que puede ser uno de los Capellanes Mayores.

ARTÍCULO IV

La Curia Castrense tendrá como sede la ciudad Capital de Asunción, y estará constituida por el Pro-Vicario, los Capellanes Mayores y demás personal que sea necesario a juicio del Vicario Castrense.

ARTÍCULO V

Al quedar vacante el Vicariato Castrense, el Pro-Vicario o, en su defecto, el Capellán Mayor más antiguo en el cargo asumirá interinamente las funciones de Vicario con las facultades y obligaciones propias de los Vicarios Capitulares, salvo que la Santa Sede crea oportuno proveer de otra manera.

ARTÍCULO VI

El Vicario Castrense tratará directamente con el Ministro de Defensa Nacional el despacho de todos los asuntos inherentes a su cargo.

ARTÍCULO VII

Los Capellanes Mayores Castrenses, bajo las órdenes del Vicario, tendrán a su cargo la dirección del servicio religioso del Ejército, de la Marina de Guerra y de la Aeronáutica Militar.

Los Capellanes de las Fuerzas Armadas ejercerán su sagrado ministerio bajo la jurisdicción del Vicario, asistido por su propia Curia.

ARTÍCULO VIII

El Vicario Castrense reclutará su clero, escogiéndolo entre los sacerdotes seculares y religiosos que tengan debida autorización de sus Ordinarios o Superiores. Por lo que se refiere a los Religiosos, se

observarán las normas peculiares dadas por la Santa Sede con Instrucción de la Sagrada Congregación de Religiosos-del 12 de febrero de 1955. *(A. A. 8.,* 1955, pag. 93).

ARTÍCULO IX

EI Vicario Castrense, previa aceptación de los candidatos por el Ministro de Defensa Nacional, nombrará los Capellanes del Ejército, de la, Marina de Guerra y de la Aeronáutica Militar, y- les expedirá sus títulos habilitantes.

La designación de los Capellanes para los servicios respectivos será hecha por dicho Ministerio a propuesta del Vicario.

ARTÍCULO X

Además, el Vicario Castrense se pondrá de acuerdo con los Ordinarios diocesanos y los Superiores religiosos para designar entre sus subditos a un número adecuado de sacerdotes que, sin dejar los oficios que tengan en sus Diócesis e Institutos, se dediquen a auxiliar a los Capellanes militares en el servicio espiritual de las Fuerzas Armadas.

En lo concerniente a los militares, tales sacerdotes y religiosos, ejercerán su ministerio a las órdenes del Vicario Castrense, del cual recibirán las necesarias facultades ((ad nutum ».

ARTÍCULO XI

Si algún Capellán debiera ser sometido a procedimiento penal o disciplinario de parte de la autoridad militar, ésta dará la información pertinente al Vicario Castrense, quien dispondrá se cumpla la sanción en el lugar y forma que estime más adecuado.

El Vicario Castrense podrá suspender o destituir por causas canónicas y ((ad normam iuris canonici » a los Capellanes militares, debiendo comunicar la providencia tomada al Ministerio de Defensa Nacional, quien los declarará en disponibilidad en el primer caso, o les dará de baja de las Fuerzas Armadas de la Nación en el segundo.

Los Capellanes militares están además sometidos « ratione loci » a la disciplina y vigilancia de los Ordinarios diocesanos quienes en caso de infracción, informarán al Vicario Castrense, pudiendo ellos mismos, si fuere urgente, tomar las medidas canónicas necesarias dando aviso de inmediato al Vicario Castrense.

ARTÍCULO XII

La judisdicción dei Vicario Castrense y de los Capellanes es personal, y se extiende a todos los militares católicos en servicio activo, a sus esposas, hijos, familiares y personal doméstico que conviven con ellos en los establecimientos militares, a los cadetes de las instituciones de formación y aspirantes de los institutos de Sub-Oficiales, y a todos los religiosos y civiles que de manera estable viven en los hospitales u otras dependencias de las Fuerzas Armadas.

ARTÍCULO XIII

Los Capellanes militares tienen competencia parroquial en lo tocante a las personas mencionadas en el Artículo precedente. Por lo que se refiere a la asistencia canónica del matrimonio, observarán lo dispuesto en el Canon 1097, 2, del Código de Derecho Canónico, según el cual es regla que el matrimonio se celebre ante el párroco de la novia, a menos que excuse una justa causa; en el caso de celebrarse ante el Capellán militar, éste deberá, atenerse a todas las prescripciones canónicas.

ARTÍCULO XIV

Como quiera que la jurisdicción castrense se ejerce dentro del territorio de las diferentes diócesis, es acumulativa con la de los Ordinarios del lugar. Sin embargo, en los cuarteles, aeropuertos, arsenales, tribunales, cárceles, campamentos y demás lugares destinados a las Fuerzas Armadas, usarán de ella, primera y principalmente, el Vicario Castrense y los Capellanes militares y, subsidiariamente, aunque siempre por derecho propio, los Ordinarios del lugar y Párrocos locales, cuando aquéllos falten o estén ausentes mediante los oportunos acuerdos por regla general con el Vicario Castrense, quien informará a las autoridades de las Fuerzas Armadas correspondientes.

Fuera de los lugares arriba señalados ejercerán libremente su jurisdicción los Ordinairos del lugar y cuando fueren solicitados, los Párrocos locales.

ARTÍCULO XV

Cuando los Capellanes Castrenses, en función de su sagrado ministerio con los militares, tengan que oficiar fuera de los templos, establecimientos, campamentos y demás lugares destinados regularmente a ellos, deberán dirigirse con anticipación a los Ordinarios del lugar ó a los Párrocos o Rectores locales para obtener el oportuno permiso.

ARTÍCULO XVI

El Estado paraguayo reconoce que los clérigos, según el Canon 121, y los religiosos, según el Canon 614, están exentos del servicio militar. Igualmente se reconoce esta exención a los seminaristas y a los alumnos de las escuelas de formación de religiosos.

Sin embargo, en caso de movilización general, los sacerdotes seculares o regulares, que tuvieren la edad que alcance la movilización y fuesen necesarios a juicio del Vicario Castrense, serán llamados a ejercer su sagrado ministerio en las Fuerzas Armadas como Capellanes, disfrutando de la consideración de los Oficiales de la reserva.

Los demás clérigos y religiosos no sacerdotes así como los seminaristas, postulantes y novicios, en la medida que el Vicario Castrense estimare necesario, serán destinados a ayudar a los Capellanes militares en su ministerio espiritual o a las organizaciones sanitarias.

Están exentos del servicio militar, aún en los casos de movilización general, los Obispos, los Ordinarios « loci », lots Superiores Mayores religiosos, los Sacerdotes que tengan cura de almas, como los Párrocos y Coadjutores, los Rectores de Iglesias abiertas al culto y los Sacerdotes al servicio de las Curias y de los Seminarios.

ARTÍCULO XVII

Es de competencia del Vicario Castrense, además de enviar instrucciones a los Capellanes militares y pedir los informes que creyere oportunos, hacer por sí o por sus delegados inspecciones ((in loco » de la situación del servicio religioso castrense.

ARTÍCULO XVIII

El Ministerio de Defensa Nacional, de acuerdo con el Vicario Castrense, debidamente autorizado por la Santa Sede, reglamentará lo concerniente a los cuadros, ingresos y ascensos de los Capellanes militares, así como los derechos y obligaciones de ellos como oficiales de las Fuerzas Armadas.

ARTÍCULO XIX

En razón de su carácter de Ministro de Dios, a todo Capellán, abstracción hecha de su graduación en el escalafón de las Fuerzas Armadas, compete la misión de dirigir sus instrucciones y pláticas religiosas a todos los miembros de las Fuerzas Armadas confiadas a su sagrado ministerio.

ARTÍCULO **XX**

El presente Convenio será aprobado y ratificado de conformidad a las normas constitucionales o prácticas vigentes en cada una de las Altas Partes Contratantes y entrará en vigor en la fecha del canje de los Instrumentos de raticación que se efectuará en la ciudad del Vaticano dentro del más breve plazo posible.

Continurá indefinidamente su vigencia, a menos que una de las Altas Partes Contratantes anuncie oficialmente a la otra, con seis meses de antelación, la intención de darle por terminado.

ÊN FÉ DE LO CUAL**, los Plenipotenciarios arriba nombrados firman y sellan el presente Convenio, en dos ejemplares igualmente auténticos, en lengua española, en la ciudad de Asunción a los veinte y seis del mes de noviembre del año mil novecientos sesenta.**

L. £8 **S.** CARLO MARTINI L. £B **S.** RAÚL SAPENA PASTOR

PROTOCOLO ADICIONAL

La jurisdicción del Vicariato Castrense, en los mismos términos por los cuales se establece en el presente Convenio para las Fuerzas Armadas del Paraguay, se hace extensiva a las Fuerzas Policiales del Paraguay.

La reglamentación correspondiente, análogamente a lo que dispone el Artículo XVIII del presente Convenio, será hecha por el Ministerio del Interior de acuerdo con el Vicario Castrense, debidamente autorizado por la Santa Sede.

De conformidad con las disposiciones estipuladas en el Artículo III del Convenio, se procederá a la designación del Capellán Mayor respectivo, quien hará parte integrante de la Curia Castrense.

L. $i S. CARLO MARTINI **L. £ß** S. RAÚL SAPENA PASTOR

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Paraquarianam rata habita, die XX mensis Decembris anno MCMLXI Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XX Decembris anno MCMLXI, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Paraquarianam icta vigere coepit ad normam articuli XX eiusdem Pactionis.

EPISTULAE

I

Ad E.mos Patres Cardinales atque Exc.mos Archiepiscopos et Episcopos Americae Latinae, quorum anxiam participat curam Beatissimus Pater ob pericula, quae fidei et christianae vitae actioni in iis regionibus impendent.

IOANNES PP. XXIII

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ad dilectos Americae Latinae populos cum mens cogitatioque advolat Nostra, suavissimo afficimur laetitia. Eae enim regiones non modo rebus gestis sunt perillustres, industria aç navitate praestant, ac magnam portendunt futurae progressionis spem ; sed potissimum etiam nitenti Crucis gloriantur sigillo, quo, providentis Dei voluntate impresso fideliterque custodito, omnes continentis terrae vestrae gentes catholico nomine merito decorantur. Itidem regiones istae Virginis Mariae tutelae unice addictae sunt, Quae earum est regina et sospitatrix validissima.

Ordinarius sedulo curabit paroecias constituere, ecclesias aedificare, iuvenes in sortem Domini vocatos instituere, genuinos ritus ac disciplinam integre ab omnibus servari, Sacerdotes pro cura animarum deputare, et cetera omnia fovere quae in Domino agenda prudenter iudicaverit.

In locis ubi defuerit paroecia pro fidelibus alicuius ritus orientalis,

parochus loci latini ritus bono spirituali illorum fidelium ipse provideat, facultatibus ab Ordinario fidelium ritus orientalis obtentis.

Ordinarius, de quo supra, quinto quoque anno, relationem de statu Ordinariatus ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali mittendam curabit.

Praesens Decretum exsecutionem suscipere incipiet a die 17a mensis Maii, a. C, in festo Pentecostes.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 19 mensis Februarii anno Domini 1959.

£ß EUGENIUS **Card.** TISSERANT, *a Secretis*

L. **93 s.**

A. Coussa, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

DECRETUM

Cum anno 1962 festum Ssimi Cordis Iesu occurrat die 29 Iunii simul cum festo Ss. Petri et Pauli, Apostolorum, quod iuxta Codicem Rubricarum n. 91, 3, praecedentia gaudet, nonnulli locorum Ordinarii petierunt ut festum Ssnii Cordis Iesu ad alium, transferatur diem.

Quare haec Sacra Rituum Congregatio, de mandato Ssmi D. N. Ioannis Papae XXIII, statuit ut in illis regionibus ubi festum Ss. Petri et Pauli Apostolorum est de praecepto, festum Ssmi Cordis Iesu celebretur die 22 Iunii, feria VI post festum Ssimi Corporis Christi.

Ideoque pro his regionibus calendarium ita mutetur :

Die 22 Iunii, Feria VI, Ssimi Cordis Iesu, I classis.
Die 28 Iunii, Feria V, Vigilia SS. Petri et Pauli App., II classis.
Die 29 Iunii, Feria VI, SS. Petri et Pauli App., I classis.
Die 30 Iunii, Sabb., Commemoratio S. Pauli Ap., III classis.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 13 Decembris 1961.

£& C. Card. CICOGNANI, **Ep. Tusculan.,** *Praefectus*

L. © S.

Enricus Dante, *a Secretis*

II

DECLARATIONES

I

CIRCA QUAEDAM DUBIA QUAE IN RUBRICARUM CODICE INTERPRETANDO ORTA SUNT

Ut nonnullis petitionibus circa externam festorum solemnitatem satisfiat, haec Sacra Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio, numeros Codicis Rubricarum, qui sequuntur, ita definiendos esse statuit :

N. 358. - Solemnitas externa ipso iure competit dumtaxat :

a) **festo SSmi Cordis Iesu;**

fr) festo B. M. V. a Rosario, in dominica I[a] mensis octobris;

c) festo Purificationis B. M. V., si actio liturgica huic diei propria, approbante Sancta Sede, in dominicam transferatur, pro ea tantum Missa, quae candelarum benedictionem et processionem sequitur ;

d) **festo Patroni principalis, rite constituti, nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, loci seu oppidi vel civitatis;**

e) festo Patroni principalis, rite constituti, Ordinis seu Congregationis, et religiosae provinciae ;

/) **festo Patroni, rite constituti, coetuum vel institutionum, in ecclesiis vel oratoriis, quo fideles ad Patronum celebrandum conveniunt ;**

g) **festis anniversarii Dedicationis necnon Tituli propriae ecclesiae ;**

h) **festis Tituli necnon Fundatoris canonizati Ordinis seu Congregationis ;**

i) **festis aut commemorationibus, in calendario Ecclesiae universae vel in calendario proprio inscriptis, quae cum peculiari populi concursu celebrantur : cuius rei iudex est loci Ordinarius.**

N. 359. - Solemnitas externa, si ipso iure competat, nec supra, n. 358, pro quibusdam solemnitatibus externis aliter statuatur, fieri potest aut ipso die quo festum impeditur, aut in dominica immediate praecedenti vel immediate sequenti Officium festi impediti, aut alio die ab Ordinario loci determinando, iuxta rubricas.

Si vero peculiari indulto conceditur, solemnitas externa diei definito assignatur.

II

CIRCA EDITIONEM TYPICAM PARTIS SECUNDAE PONTIFICALIS ROMANI

Recenter prodiit editio vaticana partis secundae Pontificalis romani, quae vi decreti huius Sacrae Congregationis, sub die 13 Aprilis 1961, uti « typica » declarata est.

Ad dubia praecavenda, bene visum est quae sequuntur declarare :

Cum agatur de editione « typica » simul ac ((emendata », id est de editione, in qua ritus et rubricae, necnon cantus gregorianus, in parte vel ex integro, ad simpliciorem simul ac meliorem formam redacta sunt, ritus, rubricae ac cantus gregorianus, in praecedentibus editionibus exhibita, vim obligationis amiserunt.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 2 Ianuarii 1962.

£& C. Card. CICOGNANI, **Ep. Tusculan.** *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

CHICAGIEN.

Nullitatis matrimonii (Slotkowski - Wachala)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Mariae Wachala, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma) pro die 6 Aprilis 1962, hora decima cum dimidio, ad dubium concordandum, sin minus ad infrascriptum dubium subscribendum :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi aliique de actuali commoratione praedictae dominae Mariae Wachala notitiam habentes, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione moneatur. *

Gerardus M. Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 Decembris a. 1961.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Marie Wachala, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 6 avril 1962, à 10 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Marie Wachala devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

CARTHAGINEN.

Nullitatis matrimonii (Promotor Iustitiae — Velia - Malingre)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Marthae Malingre, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), pro die 10 Aprilis 1962, hora undecima cum dimidio, ad dubium concordandum, sin minus ad infrascriptum dubium subscribendum :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi aliique de actuali commoratione praedictae dominae Marthae Malingre notitiam habentes, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione moneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 Decembris a. 1961.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me J^arthe Malingre, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 10 avril 1962, à 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Marthe Malingre devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

SANCTI ANTONII

Nullitatis matrimonii (Harris - Smith)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini B. J. Smith, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, coram S. R. Rota (Piazza delia

Cancelleria 1, Roma), pro die 5 Aprilis 1962, hora meridiana, ad dubium concordandum, sin minus ad infrascriptum dubium subscribendum.

An sententia Rotalis diei 28 Iunii 1961 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, aliique de commoratione praefati domini B. J. Smith notitiam habentes, curare debent ut idem de hac edictali citatione moneatur. *

Petrus Mattioli, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 Ianuarii a. 1962.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. B. J. Smith, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 5 avril 1962, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Botale du 28 juin 1961 dans cette eause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Mr. B. J. Smith devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

IV

QUEBECEN.

Nullitatis matrimonii (Toutant - Morin)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Pauli Aemilii Morin, in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum, vel per se, vel per procuratorem legitime constitutum, coram hoc Apostolico Tribunali S. R. Rotae (Piazza della Cancelleria, 1, Roma), in diem 6 Aprilis 1962, hora undecima, ad dubium disceptandum pro litis contestatione, sin minus ad infrascriptum dubium subscribendum :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, aliique de actuali commoratione praedicti domini Pauli Aemilii Morin notitiam habentes, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Gerardus M. Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Ianuarii a. 1962.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Paul Emile Morin, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 6 avril 1962, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le casf

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Paul Emile Morin devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Micheletta - Strocco)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Luciae Strocco, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis Vicariatus Urbis (Roma, Via della Pigna, 13a), die 2 Aprilis 1962, hora 9,30, ad disputandum de dubio concordando, vel ad infrascriptum dubium .subscribendum :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam

habentes de loco commorationis praedictae dominae Luciae Strocco curare debent ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Bruno Banti, *V. Off.*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 30 Ianuarii a. 1962.

Ioannes Nastasi, *V. Conc.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Lucie Strocco, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Roma, Via della Pigna, 13 a) le 2 avril 1962, à 9 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite M.me Lucie Strocco, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la presente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 13 gennaio 1962 il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. OSMO LENNART ORKOMIES, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Finlandia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Lunedì 29 gennaio 1962 il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. TOMAS FRANCISCO MEDINA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Nicaragua, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

11 ottobre 1961. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro, *Protettore delle « Franciscan Sisters of the Atonement »* **(Graymoor, Garrison, N. Y., U.S.A.).**

11 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle Suore Terziarie Francescane Elisabettine* **(Padova).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Confalonieri Carlo, *Protettore delle Suore della Provvidenza* **(Portieux, Saint-Die, Francia).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore dell'Ordine dei Servi di Maria* **(Roma).**

» » » L'Enìo e Revmo Signor Cardinale Marella Paolo, *Protettore della « Society of theMoly Child Jesus »* **(Roma).**

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marella Paolo, *Protettore della « Dominican Congrégation of*

St. Catherine of Siena» **(Oakford, Durban, Sud'Africa).**

11 dicembre 1961. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Religiosas Terciarias Regu- ••• lares Franciscanas de la Purísima Concepción »* **(Villa Obregón, México, D. F.).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore del Pontificio Collegio Beda in Roma.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

22 dicembre 1961. S. E. Revma Monsig. Alcini Ilario, Arcivescovo tit. di Nicea ; gli Illmi e Revmi Monsignori Camagni Ernesto e Cercone Leonardo, *Consultori della Sacra Congregazione Concistoriale.*

30 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Confalonieri Carlo e Meyer Alberto Gregorio, *Memori della Pontificia Commissione per gli Studi Bioliei.*

3 gennaio 1962. Il Revmo Monsig. Chiappafreddo Franco, *Consulente della Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia.*

4 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale di Jorio Alberto, *Membro della Sacra Congregazione della Reverenda Fabbrica di San Pietro.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità:

29	**marzo**	**1958.**	**Monsig. Bogan Bernardo (Southwark).**
	»	»	**Monsig. Iggleden Arturo (Southwark).**
»	**agosto**	**.1959.**	**Monsig. Kerleveo Jean (Saint-Brieuc).**
20	**aprile**	**1961.**	**Monsig. Rengifo Romero Giulio (Cali).**
»	»	»	**Monsig. Rodas Lisandro (Cali).**
	»	»	**Monsig. Megna Alfonso (S. Agata dei Goti).**
19	**maggio**	»	**Monsig: Aroca López Mariano (Cartagena).**
»	»	»	**Monsig. García Vedia Emiliano (Osma-Soria).**
26	»	»	**Monsig. Tatarynovic Pietro (Minsk).**
9	**giugno**	»	**Monsig. Protat Giovanni (Meaux).**
lo	»	»	**Monsig. Klimas Michele (Belleville).**
6	**luglio**	»	**Monsig. Horns Francesco (Nîmes).**
13	»	»	**Monsig. Egenter Riccardo (München und Freising).**
»	»		**Monsig. Maier Antonio (München und Freising).**
	»	»	**Monsig. Thalhamer Giuseppe (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Weisthanner Giuseppe (München und Freising).**
	»		**Monsig. Eisenhof er Enrico (München und Freising).**
»		»	**Monsig. Fischer Uberto (München und Freising).**

13	**luglio**	**1961.**	**Monsig. Delagera Gioacchino (München und Freising).**
	»		**Monsig. Jandl Oscar (München und Freising).**
		»	**Monsig. Freiberger Lorenzo (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Wismeyer Enrico (München und Freising).**
		»	**Monsig. Defregger Mattia (München und Freising).**
21			**Monsig. Arlanti Eodolfo (Lafayette).**
»			**Monsig. Disch Giovanni (Lafayette).**
		»	**Monsig. Fortier Carlo (Lafayette).**
	»	»	**Monsig. Jeanmard Giulio (Lafayette).**
»	»	»	**Monsig. Lavasser Giorgio (Lafayette).**
»	»	»	**Monsig. Marin Carlo E. (Lafayette).**
»			**Monsig. Martin Ignazio A. (Lafayette).**
	»	»	**Monsig. Sigur Alessandro 0. (Lafayette).**
»			**Monsig. Wassler Agostino M. (Lafayette).**
»	»	»	**Monsig. Beller Uberto (New York).**
»			**Monsig. Burns Charlton (New York).**
»	»		**Monsig. Cantatore Salvatore (New York).**
»		»	**Monsig. Cassidy Guglielmo (New York).**
»		»	**Monsig. Mahoney Francesco (New York).**
»	»	»	**Monsig. Malinowski Stanislao (New York).**
»	»		**Monsig. Murphy Filippo (New York).**
»	»		**Monsig. Nicholas Giovanni (New York).**
			Monsig. Novajowsky Andrea (New York).
»		»	**Monsig. O'Brien Giuseppe (New York).**
»	»		**Monsig. Pinckney Alberto (New York).**
			Monsig. Scanlan Giuseppe (New York).
»			**Monsig. Scott Walter (New York).**
	»		**Monsig. Sieczek Giuseppe (New York).**
»	»		**Monsig. Smith Clifford (New York).**
»	»		**Monsig. Vier Enrico (New York).**
		»	**Monsig. Wermuth Floriano (New York).**
»	»	»	**Monsig. Ferreira da Silva G. Emanuele (Oporto).**
6	**agosto**		**Monsig. Frank Enrico Francesco (Haarlem).**
»			**Monsig. Brun Luigi (Le Puy-en-Velay).**
»		»	**Monsig. Chalendard Claudio (Le Puy-en-Velay).**
		»	**Monsig. Besnier Giuseppe (Nantes).**
»		»	**Monsig. Pihour Luigi (Nantes).**
»		»	**Monsig. O'Dougherty Loyolo (Tucson).**
18	»		**Monsig. O'Brien Giuseppe (Harbour Grace-Grand Falls)**
»			**Monsig. Hogan Guglielmo (Harbour Grace-Grand Falls)**
			Monsig. De La Isla Ezechiele (Querétaro).
»		»	**Monsig. Herrera Raffaele (Querétaro).**
25		»	**Monsig. Landazábal Giuseppe Trinità (Nueva Pamplona),**
»			**Monsig. Collins Cornelio Antonio (Ogdensburg).**
15	**settembre**		**Monsig. D'Orazio Laerte (Ascoli Piceno).**
»			**Monsig. Martini Elia (Ascoli Piceno).**
			Monsig. Sebastiani Luigi (Ascoli Piceno).
	»		**Monsig. Williams Charles (Johannesburg).**
»	»		**Monsig. Monaghan Frederick J. (Nelson).**

15 settembre 1961. Monsig. Caufield John A. (Timmins).
» » » Monsig. Pelehat Joseph-Marie (Timmins).
» » » Monsig. Robitaille Alexandre (Timmins).
20 » Monsig. Alvarado Cucalón Félix (Panama)
» » Monsig. Carrizo José M. (Panamá).
» » Monsig. Gutiérrez Gutiérrez Francesco (San Andrés Tuxtla).
27 » » Monsig. Grimaldi Guerrino (Salerno).
» Monsig. Chiusano Giuseppe (Sant'Angelo dei Lombardi).
» » » Monsig. Vargas Cacho Ramiro (Zamora - *Messico).*
7 ottobre Monsig. Tocut René Henri (Châlons).
» Monsig. Cef ai Michele (Gozo).
20 » » Monsig. Marinelli Giovanni (Comacchio).
» » Monsig. Zarattini Giuseppe (Comacchio).
» » Monsig. Lavorano Luigi (Venosa).
28 Monsig. Mariani Giovanni (Bobbio).
» » Monsig. Chiaurri Francesco (Cesena).
Monsig. Amaducci Luigi (Forlì).
» » Monsig. Baro Giovanni (Ivrea).
10 novembre » Monsig. Del Monte Aldo (Tortona).
Monsig. Ferrarazzo Lorenzo (Tortona).
» » Monsig. Rolandino Giuseppe (Tortona).
17 » Monsig. Forster Carlo (Berlin).
» Monsig. Gramolini Enzo (Fossombrone).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

13 novembre 1959. Monsig. Strand Pietro (Southwark).
15 gennaio 1960. Monsig. Henderson Carlo (Southwark).
3 marzo 1961. Monsig. Bruno Franco (Ivrea).
4 maggio Monsig. Barrow Giacomo (Liverpool).
» » » Monsig. Me Donnell Dionisio (Liverpool).
12 » » Monsig. Melgar Sanabria Roberto (Santa Cruz de la Sierra).
6 luglio Monsig. Valdés Oramas Emilio (Habana).
13 » » Monsig. Hofbauer Uberto (München und Freising).
» » » Monsig. Miller Corrado (München und Freising).
» » Monsig. Fischer Enrico (München und Freising).
» » » Monsig. Eham Max (München und Freising).
» » » Monsig. Hafner Giovanni (München und Freising).
» » » Monsig. Fröhlich Carlo (München und Freising).
» » » Monsig. Wimmer Alfonso (München und Freising).
» » » Monsig. Kuhn Antonio (München und Freising).
» » Monsig. Klees Uberto (München und Freising).
» » Monsig. Ziegler Adolfo (München und Freising).
» » » Monsig. Knauber Adolfo (Trier).
21 » » Monsig. Lafleur Giuseppe A. (Lafayette).
» » » Monsig. Murie Marcello (Lafayette).
» » Monsig. Neyboer Bernardo W. (Lafayette).

21	**luglio**	**1961.**	**Monsig. Vincent Amos I. (Lafayette). ,**
»	»	»	**Monsig. Byrne Harry (New York).**
»	»	»	**Monsig. Fogarty Edmondo (New York).**
	»		**Monsig. Ford Roberto (New York).**
»			**Monsig. Green Gerardo (New York).**
	»	»	**Monsig. Guido Giovanni (New York).**
»	»		**Monsig. Iablonski Stanislao (New York).**
	»		**Monsig. Lynch Giacomo (New York).**
»	»	»	**Monsig. Moore Howard (New York).**
»	»	»	**Monsig. Riordan Vilfredo (New York).**
»	»		**Monsig. LoefE Giovanni G. fs-Hertogenbosch).**
6	**agosto**		**Monsig. Van Ruijven Nicola Filippo Giuseppe (Rotterdam).**
»		»	**Monsig. Rosensweig Walter (Tucson).**
25			**Monsig. KÓM Michele (Aliwal).**
		»	**Monsig. Stone Giovanni Ambrogio (Ogdensburg).**
			Monsig. Whittaker Giorgio Norton (Ogdensburg).
9	**settembre**		**Monsig. Jaimes Luigi Alessandro (Cúcuta).**
15			**Monsig. Filipponi Giuseppe (Ascoli Piceno).**
»			**Monsig. Luciani Vittorio (Ascoli Piceno).**
	»		**Monsig. Rozzi Paolo (Ascoli Piceno).**
»		»	**Monsig. Tavoletti Damiano (Ascoli Piceno).**
»			**Monsig. Brunette Lionel (Timmins).**
»			**Monsig. Fechino Benedetto (Torino).**
20	»		**Monsig. Stocco Guido (Adria).**
»	»	»	**Monsig. Ourina Francesco (Fano).**
	»		**Monsig. Mariotti Stefano (Fano).**
»			**Monsig. Minardi Fortunato (Fano).**
		»	**Monsig. Paolucci Romolo (Fano).**
»			**Monsig. Tonelli Igino (Fano).**
	»		**Monsig. Astolfi Domenico (Fano).**
		»	**Monsig. Saudeiii Domenico (Fano).**
		»	**Monsig. Bacchiocchi Antonio (Fano).**
	»	»	**Monsig. Battistelli Francesco (Fano).**
»	»	»	**Monsig. Oardoso Giuseppe Filippo (Lisboa).**
27	»	»	**Monsig. Spatuzza Domenico (Lacedonia).**
»	»		**Monsig. Sánchez Mayón Modesto (La Paz en la Baja California).**
			Monsig. Bellomi Lorenzo (Verona).
»	»		**Monsig. Pérez Camorlinga Nicola (Zamora -** *Messico).*
7	**ottobre**		**Monsig. Ciaramella Egidio (Alife).**
»	»	»	**Monsig. Vaccaro Luigi (Alife).**
»	»		**Monsig. Mourad Pietro (Baalbek dei Maroniti).**
14	» i		**Monsig. Del Giorno Filippo Vittorio (Costantinopoli).**
20	»		**Monsig. Turri Giuseppe (Comacchio).**
»			**Monsig. Samaritani Antonio (Comacchio).**
»		»	**Monsig. Zappa Andrea (Firenze).**
28		»	**Monsig. Ferrari Giovanni (Albenga).**
»			**Monsig. Cavazzoni Valentino (Piacenza).**

á novembre 1961. Monsig. Bergin Clifford E. (Chicago).
» » Monsig. Bonneric Maurizio (Tarbes et Lourdes)
7 Monsig. Affini Luigi (Cremona).
10 Monsig. Franci Aldo (Chiusi).
» Monsig. Vegni Giotto (Chiusi).
» » Monsig. Carminati Angelo (Lodi).
Monsig. Giani Leone (Pescia).
» Monsig. Francini Lorenzo (Pienza).
Monsig. Tapperi Tálete (Pienza).
» » » Monsig. Di Comite Nicola (Taranto).
15 Monsig. De Nicolò Pier Giacomo (Bimini).
» » Monsig. Valeri Valerio (Roma).
17 » » Monsig. Cavassa Giovanni Battista (Genova).

Cameriere segreto soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità :

13 luglio 1961. Il sig. Von Gumppenberg Levin (München und Freising).

Cameriere d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

27 settembre 1961. Monsig. De Bruyckere Modesto M. (Breda).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Cran Croce dell'Ordine Piano :

25 ottobre 1961. A S. E. il Prof. Bigi Federico, Segretario per gli Affari Esteri della Repubblica di San Marino.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

19 dicembre 1960. A S . E. il Dott. Ehard Giovanni, Presidente del Governo della Baviera.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 luglio 1961. A S. E. il sig. Etzel Francesco, Ministro delle Finanze della Germania Federale.
» » » A S . E. il sig. Stücklen Riccardo, Ministro delle Poste e Telecomunicazioni della Germania Federale.
» » » A S. E. il sig. Strauss Francesco Giuseppe, Ministro della Difesa della Germania Federale.
» » » A S. E. il sig. Singer Giuseppe, Presidente del Senato del « Land » della Baviera.
» A S. E. il sig. Hanauer Rodolfo, Presidente della Camera del « Land » della Baviera.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

18 agosto 1961. Al sig. Rosati Alfredo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa

15 giugno 1961. Al sig. Salanne René (Bayonne).
29 » Al sig. De Wolf Alfredo (Gand).
6 luglio Al sig. Brayda Giulio (Malines).
» » Al sig. De Rons Pietro (Malines).
Al sig. Josi Giovanni Maria (Malines).
» Al sig. Faelli Giuseppe (Roma).
13 Al sig. Malagodi Pietro (Roma).
» Al sig. Marini Adriano (Roma).
6 agosto Al sig. Elice Felice (Genova).
» » Al sig. Rossetti Luigi (Treviso).
18 Al sig. Testi Luigi (Roma).
» Al sig. Zucchi Ernesto (Sovana-Pitigliano).
» Al sig. Ricci Antonio (Tripoli, *Africa).*
Al sig. Banterle Gabriele (Verona).
» Al sig. De Mori Alberto (Verona).
8 settembre Al sig. Fabrini Guido Eugenio (Firenze).
» » Al sig. Santopietro Mario (Terni e Narni).
15 » Al sig. Colombo Pio (Milano).

NECROLOGIO

dicembre 1961. Monsig. Buzalka Michal, Vescovo tit. di Cone.
1 gennaio 1962. Monsig. Mancinelli Agostino, Arcivescovo di Benevento.
2 » » Monsig. Emmanuel Federico, Vescovo tit. di Ezani. .
6 » . » Monsig. Baiferty John Ioseph, Vescovo tit. di Faran.
7 » » Monsig. Valentin Peter Silas, Vescovo di Kangting.
9 » ». Monsig. Montaigne Paul Léon Cornelius, Vescovo tit. di Sidima.
17 » » Monsig. Mageean Daniel, Vescovo di Down e Connor.
18 » » Monsig. Caminada Cristianus, Vescovo di Chur.
19 » » Monsig. Saba Agostino, Arcivescovo di Sassari.
21 » » Monsig. Fernandes Domingos da Apresentaçâo, Vescovo di Aveiro.
22 » » Monsig. Aspe Tomaso, Vescovo tit. di Callinico.

An. et vol. LIV | 28 Februarii 1962 | (Ser. III, v. IV) - N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Dies statuitur Concilii Oecumenici Vaticani II inchoandi

Consilium, diu Nostra mente versatum, efficientes, atque communem catholicorum hominum explentes exspectationem, die xxv mensis Decembris, superiore anno MDCCCCLXI, in festo Nativitatis D. N. I. C, Constitutione Apostolica *Humanae salutis* promulgata, in hunc annum Concilium Oecumenicum Vaticanum II indiximus.

Nunc vero, re Nobiscum etiam atque etiam reputata, ut qui ex iure Concilio interesse tenentur, quae ad hanc causam opus sunt opportune parare queant, in animum induximus, ut celebrandi Concilii Oecumenici Vaticani II initium a die xi mensis Octobris huius anni statuamus. Quem diem idcirco potissimum degimus, quod in memoriam redigit maximam illam Ephesinam Synodum, quae in catholicae Ecclesiae annalibus summi momenti obtinet locum.

Dignissimo appetente consessu, facere non possumus, quin universos filios Nostros iterum incitemus ad crebriores usque Deo admovendas preces, ut hic eventus prospere cedat, in quem intenti sumus, una cum Nostris venerabilibus Fratribus ac dilectis Filiis, peragendum Concilium directo apparantibus, simulque cum universo clero populoque christiano, qui eundem omni studio praestolantur. Ex quo quidem eventu hos praecipue flagrantissimis votis optamus fructus, ut scilicet Christi Sponsa Ecclesia, inditam sibi divinitus virtutem magis magisque confirmet et quam latissime in hominum animos infundat.

Ita etiam sperare licet fore ut populi, fidentius in Christum, *lumen ad revelationem gentium,* **intuentes — ii praesertim quos tanto moerore cernimus aerumnis, discordiis, calamitosisque dimicationibus vexari — tandem aliquando, mutuis iuribus atque officiis religiose servatis, veri nominis pace perfruantur.**

Omnibus igitur mature perpensis, motu proprio ac Nostra Apostolica auctoritate decernimus atque statuimus, ut Concilium Oecumenicum Vaticanum II hoc anno, die xi mensis Octobris, initium capiat.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die u mensis Februarii, in festo Purificationis B. M. V., anno MDCCCCLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Clerum universum pacem et communionem cum Apostolica Sede habentem: de Divino Officio pro felici exitu Concilii Oecumenici Vaticani II impensiore pietate recitando.

IOANNES PP. XXIII

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

SACRAE LAUDIS concentum gratiarumque actiones, quae ob indictum Concilium Oecumenicum Vaticanum II ubique gentium Deo persolutae sunt, sane addecet, Venerabiles Fratres et dilecti filii, et in catholicorum hominum ore non conticescere, et cum ferventioris usque christianae pietatis studio assidue coniungi.

Quam ob rem, eiusmodi plaudentium hominum significationes, quibus ipsum Petrianum Sepulcrum, catholicae arx unitatis, personare videtur, Nosmet quodam modo monent, ut

opportuniore emcientioreque in dies ratione christianorum animos ad gravissimum hunc eventum comparemus. Hic namque eventus exspectatissimus tanto cumulatius communi omnium exspectationi satisfaciet, salubrioresque edet fructus, quanto magis ad id conducet, ut et catholica fides etiam atque etiam roboretur, et Ecclesiae leges cum huius aetatis necessitatibus aptius componantur, et christifideles consentientibus voluntatibus coni unctisque viribus ad sanctioris vitae propositum contendant.

Iamvero ad felicem rei exitum maxime admotis Deo precibus conferri cupimus; in primis a sacerdotibus, in quorum exemplo et incitamento posita est totius christiani populi animi altitudo.

Hac de causa, iam anno millesimo nongentesimo sexagesimo, die duodecimo mensis Septembris, Nomini Mariae Virginis sacro, cum rus, e memoria numquam deponendum, petiissemus Seminarii Romani — ubi ad proxima sacerdotalia munia contendentes, laetos transegimus annos — carissimis illis adulescentibus, aliquid quasi imperantes, diximus optare Nos vehementer, ut sacrorum alumni, qui ubique sunt terrarum, cotidie ad unam communemque conspirarent precationem, incensiorisque pietatis exercitationes susciperent, quibus id a Deo impetrarent, ut magnum celebrandum Concilium, non modo catholicorum, sed aliorum etiam hominum ex universo terrarum orbe exspectationem impleret.

Quae Nostra ad Deo supplicandum invitatio,[1] omnibus sane probabilis, a reducto illo Sabinae colle immensa mundi spatia transmittens ad sacrorum alumnos cuiusvis sermonis, et cuiusvis civitatis pervasit, atque in eorum animis sacram veluti flammam aluit; qua rapiente, ad castas sacerdotii delicias optandas vehementius iidem commoti sunt. Atque id quidem peropportunum censemus; siquidem horum adulescentium erit mu-

[1] Cfr. *Discorsi, Messaggi, Colloqui del* S. *Padre Giovanni XXIII,* II, pp. 466-472.

neris, cum ab inito sacerdotio recentes erunt, celebrati Concilii leges maxime salutares ad effectum adducere.

O cara perennisque iuventus, e qua ductu auspicioque Mariae Virginis fortia agmina exsistent, pro Ecclesia sancta apostolicos labores subitura!

Cum superiore mense de proxima Iesu Christi nativitate cogitaremus, Sanctus Ioseph una cum augustissima eius Sponsa menti Nostrae occurrit saepe saepius, utrique Bethlehem petentes, ubi mysterium illud sacrosanctum impletum est, quod his vocibus nuntiatur: *Verbum caro factum est et habitavit in nobis.*[2] Iamvero quis congruentius quam sacerdos in familiaritatem venire potest sancti Ioseph, *cui datum est Deum... non solum videre et audire, sed portare, deosculari, vestire et custodire?*[3]

Hanc ob causam, Sanctum Ioseph, qui die octavo mensis Decembris, anno millesimo, octingentesimo sexagesimo nono, cum scilicet Concilium Vaticanum I celebraretur, totius catholicae Ecclesiae caelestis Patronus designatus est, Nos, superiore anno, die undevicesimo mensis Martii, eius memoriae sacro, huius Concilii Vaticani II Praestitem salutarem constituimus.[4]

Hodie nobis diem festum Epiphaniae agentibus spectaculum illud praebetur, quo Matthaeus Evangelista, verbis usus suavibus atque inaffectatis, ante puerulum Iesum tres Sapientes repraesentat, Bethlehem ab orientis regionibus, prodigiali stella duce, perductos.[5] Qui, cum pervenissent, sui sensus animi patefaciendi causa, Iesum adoraverunt eique aurum, tus, et myrrham dono dederunt.

Enimvero Sapientes illi, inopinati peregrini, dignitate conspicui, ingenio praediti discendi cupido, muneribus sacris et gravibus praepositi, iucundissimum Nobis ultro referunt spec-

2 Cfr. IOANN., 1, 14.

3 Missale Romanum, *Praeparatio ad Missam.*

4 Cfr. Epist. Ap. *Le voci, A.A.S.,* LUI (1961) pp. 205-213.

5 Cfr. MATTH.. 2. 1-12.

taculum omnium catholici sacerdotii membrorum -^episcoporum, dicimus, sacrorum praesulum, et sacerdotum ex utroque clero — quos eadem stella ad Christum ducit, ut eum, in Ecclesia sua gloriosa et immortali per tempus omne viventem, summa veneratione colant.

Re quidem ipsa nonne Concilium Oecumenicum, praeter id quod est nova et praeclara Pentecostes, vera etiam novaque Epiphania dicenda est? Illud enim tamquam unum ex multis, iisque luculentissimis, catholicae Ecclesiae celebritatibus est existimandum, per saeculorum decursum habitis. Praeterea felicium horum virorum exemplum, quibus, omnium hominum personam quodam modo sustinentibus, recens nato nostri generis Redemptori et mysticas preces et magni pretii dona pergratum fuit deferre, Nobis videtur egregia docere.

Fateri immo libet, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, hoc sanctorum eorundem virorum exemplum suasisse Nobis, ut universos catholicae Ecclesiae sacerdotes adhortaremur ad persimile praestandum geminum obsequium singulis diebus albescentis huius anni, quo impensior praeparatio adhibenda est ad proximum Oecumenicum Concilium celebrandum.

Quare sacris omnibus administris, cuiusvis gentis, cuiusvis ritus, cuiusvis linguae, commemorare placet, munus ferventiores Deo admovendi supplicationes pro felici Concilii exitu, ad ipsos potissimum pertinere.

Norunt profecto omnes, praeter cotidianum Missae Sacrificium, quod omnibus prorsus liturgicis precibus antecellit, nihil praestantius *Divina Laude* seu *Divino Officio* sacris administris esse posse. Quam ob rem opportunum ducimus iis universis, qui munere Horarias Preces recitandi tenentur, ut sese ad Concilium apte praeparent, huiusmodi peculiare precandi genus magnopere suadere; ut scilicet diligentissimam impendant curam in easdem precationes cotidie persolvendas, sive has recitent in aedibus magnitudine praestantibus, sive in parvis sacellis, sive publice in templi subsellario — quae ratio Breviarii

recitandi optima est habenda — sive privatim, semper tamen ut *sacrificium laudis* et nomine Ecclesiae universae.

Ut Deus propitius grandi huic eventui faveat, quem christiani libenti exspectatione praestolantur, cur, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, novo hoc anno non omnes ad vocatam operam generose conferatis 1 Omnes dicimus, a novicio subdiacono, qui pio studiosoque animo Divini Officii delicias degustare incipit in eoque recitando dulcissima afficitur laetitia, usque ad venerandum senem, qui in his fundendis precibus suavi pace fruitur, quasi iam delibet caelestem illam beatitudinem, ad quam reservatus est in Ecclesia Sanctorum.

Quilibet enim sacerdos non solummodo habeatur oportet *dispensator mysteriorum Dei,*[6] ut in peragendo Missae Sacrificio contingit, verum etiam mediator inter Deum et homines. Haud aliter atque divinus Redemptor, cuius refert imaginem, ipse *ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum.*[7] Quae quidem verba ita a S. Ioanne Chrysostomo egregie explanan tur: *Medius stat sacerdos inter Deum et naturam humanam: illinc venientia beneficia ad nos deferens, et nostras petitiones illuc per ferens.*[8]

Adhortatio haec Nostra, qua sacerdotes monemus Divinum Officium praestantissimam esse sibique propriam supplicandi rationem ad impetrandos salutares Concilii Oecumenici fructus, qui omnium in optatis sunt, Nobis arte cum quattuor illis notis cohaerere videtur ad easque hominum animos revocare mirabiliter, quibus Christus Iesus Ecclesiam insignitam voluit; quarum vi, eadem per viginti saeculorum decursum semper fuit et est una, sancta, catholica et apostolica, perpetua ubertate vitae floret, atque maximopere cupit vitae suae divitias impertire iis christianorum communitatibus, quae, saeculis volven-

[6] J *Cor.* 4, 1.
[7] *Hebr.* 5, 1; cfr. 8, 6; 9, 15; 12, 24; *I Tim. 2,* 5.
[8] Homil. V, *in illud* vidi Dominum *Isaiae cap. VI,* PG. LVI, col. 131.

tibus, ab ea seiunctae sunt ac nondum pristinam unitatem redintegrarunt.

Revera Sacrum Officium, quod cotidie sacerdotes pronuntiant, quamvis varium idem sit pro ritus, linguae, dioecesis vel sodalitatis religiosae diversitate, nihilominus divinum quoddam incomparabilis pulchritudinis poema efficit, cuius ope dignas celebrat Dei laudes hominum familia, a Christo Iesu redempta, qui Verbum Dei Patris est, et qui incarnatus de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, atque homo factus, crucifixus est et victor ab inferis rediit.

Sacerdos, dum huius poëmatis paginas pia manu pervolvit, super quam quod in eius animo futurae gloriae certitudo firmatur, et gaudium de veritate, et cotidianum magisterium vitae, et solamen roburque in difficultatibus et in angustiis percipit.

O quantum mens tunc exsultat sacerdotis, cum, in hoc divinum opus incumbens, uberius persentit catholicum Ecclesiae afflatum, quem Breviarii paginae spiranti Omnes enim huius partes luce micant, cantibus resonant. Siquidem Psalmis — e quibus tum veri nominis gaudium, tum monita sapientiae plena, tum suavis pax animis exoriuntur — sive loci ex aliis Veteris Testamenti libris interseruntur, sive ex quattuor Evangeliis, doctrina uberrimis, sive ex epistulis S. Pauli, tam excelsis veritatibus refertis, sive ex ceteris Novi Testamenti scriptis. Haec omnia in Breviario continentur, quod, hac de causa, iugis atque inexhaustas supernae lucis et gratiae fons est existimandus.

Nihil igitur mirum, si ex eodem Breviario iam Concilio Oecumenico Vaticano II — quemadmodum testatur sedula ac diligens variorum Consiliorum navitas, in eo apparando collocata — suppeditantur purissimae doctrinae capita sapientissimaque ecclesiasticae disciplinae praecepta, quae huius temporis necessitatibus apte cumulateque respondent.

Itaque iure meritoque asseverare possumus, nos omnes iam aetatem ingressus esse novam, quae, sacra hereditate a maioribus tradita integra servata, miram portendit rerum, quae ad

animum pertinent, progressionem; cuius quidem progressionis dignitas, salutaresque fructus ab uno Christo Iesu, glorioso et immortali saeculorum populorumque rege, exspectanda profecto sunt.

In huius exitu adhortationis fiduciae plenae — qua sacerdotes, quotquot ubicumque terrarum sunt, incitamus ad id pietatis suae fructus conferendos, ut proximum Concilium Oecumenicum Vaticanum II prospere eveniat — mens Nostra, Venerabiles Fratres et dilecti filii, in memoriam redit illorum Sapientium Christum adorantium, quibus hodierna die catholica Ecclesia honorem habet; atque non modo fidei et amoris specimina meditamur, quae viri iidem, quasi vice omnium populorum fungentes, ediderunt, sed in primis Christo praebita ab ipsis munera; quae magis quam re, ex qua constant, ipsa significatione sua praestare putanda sunt; utpote cum aurum caritatem, incensum precationes, myrrha sese devovendi studium demonstrent.

Quae praebita munera aptissime Preces Horarias declarare videntur, a sacerdotibus ideo fusas, ut uberioribus Deus gratiae suae donis celebrandum Concilium prosequatur. Si quis enim preces easdem animo et cogitatione complectatur, plane is efficiet, in ipsis primum caritatis exercitationem inesse ob res sive indicatas, sive commentatas, deinde turis odorem inesse, ob fragrantiam, quae ex assidua afflatur sacerdotum precatione, tum denique myrrham electam inesse, eamque redolentem, quam gravia munera et officia designant, a sacerdotibus per molestias, per aegritudines, per tricas saepenumero traducta.

Has ob causas omnino fore confidimus, ut ubique terrarum catholicae Ecclesiae sacerdotes, cohortationi huic Nostrae respondentes, ad optatum Concilii exitum hac ipsa ratione adiuvare velint, quod in tot hominum magna est exspectatione.

Ut autem ad huiusmodi quoddam pietatis certamen ineundum sacrorum administris, qui ubique vel terrarum vel marium sunt, stimulos adiciamus, certiores eos facimus *Dominici gregis*

universae Ecclesiae humilem Pastorem ¡cum ipsis hac in re cotidie mente coniungi. Nam primo is diluculo, in maxima rerum omnium quiete, grandem hanc precationem ad optabilem Concilii Oecumenici exitum pertinentem, totius catholicae Ecclesiae verbis fundit, et ad cotidiana muneris sui officia veluti ducitur.

Denique finem huic adhortationi Nobis facientibus ex Apocalypsis libro, mirabili eo quidem atque ad consolandum peraccommodato, locum placet afierre, quo divini quidam ritus ac caerimoniae adumbrantur in caelorum templo peracti, unde praesertim, sacerdotes invitamentum ad meditandum capere poterunt: *Et alius angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum: et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Et accepit Angelus thuribulum, et implevit illud de igne altaris et misit in terram et facta sunt tonitrua, et voces, et fulgura, et terraemotus magnus.*[9] Ex quo praeclaro spectaculo plane cogitur quanta momenta in precibus sanctorum, hoc est Ecclesiae, benignissimo Deo volente, sint, ad rerum temporumque cursum.

Quoniam igitur de superna potestate precationum Ecclesiae, ac praecipue de hisce Horariis Precibus optime sentimus, iis omnibus idcirco qui publico Ecclesiae mandatu eius generis precibus dant operam, auctores sumus, ut ipsas in eventum Concilii felicem impendant; cui est scilicet propositum, ut Ecclesiae ardentioris vestigia iuventutis quaerens, eidem possit sui vultus reddere splendorem. *Id profecto mirabile praebebit veritatis, unitatis caritatisque spectaculum; spectaculum dicimus, quod ii etiam cementes, qui ab Apostolica hac Sede seiuncti sunt, suave, ut confidimus, invitamentum accipient ad illam unitatem quaerendam assequendamque, quam Iesus Christus a caelesti Patre flagrantibus rogavit precibus.*[10]

[9] ***Apoc. 8,* 3-5; cfr. 5, S.**

10 **Litt. Enc, *Ad Petri Cathedram, A.A.S.,* vol LI (1959), p. 511.**

Hisce hortamentis Nostris dum initium f aciebamus, eo iucundissima spectabat animus Noster, ut vos singulos, Venerabiles Fratres et dilecti filii, ubique terrarum quodam modo nancisceremur ac vobiscum veluti praesentibus colloqueremur. Nunc finem scribendi ita facimus, ut dulcissime sentiamus Nos tum communis fidei, tum pietatis, tum caritatis vinculis vobiscum pergere esse coniunctos. Atque spes Nobis est laetissima, vos preces vestras cum Nostris esse diligenter consociaturos, non solum per hos menses, qui Concilio Oecumenico praecurrunt, sed praesertim per praeclaros eos dies, cum tantus ille habebitur Conventus.

Utque haec nostrorum animorum coniunctio, communi etiam supplicandi formula reddatur, hanc idcirco vobis proponimus, Horariis Precibus praemittendam:

Acceptum tibi sit, **Domine Deus, sacrificium laudis,** quod **divinae** maiestati **tuae offero pro** ffelici exitu Concilii **Oecumenici** Vaticani secundi, **et praesta, ut** quod **simul cum** Pontifice nostro **Ioanne** suppliciter **a te** petimus, **per** misericordiam **tuam** efficaciter consequamur. **Amen.**

Qua precatione proposita, liceat praeterea Nobis aliud sacerdotibus ad considerandum subicere, quod ad rem maxime pertinere videtur. Scilicet sumit pro certo, eoque suavissimo, doctrinae capite catholica Ecclesia ab omnium Parente Deo singularis cuiusvis hominis tutelam, Baptismatis fonte auctorati, singulari Angelo esse commissam. Ab hoc igitur Angelo, nostrum cuiusque custode, id maxime petamus, ut cotidie nobis Divinum Officium recitantibus benignus adesse velit, ut illud *digne, attente ac devote* recitemus, ac propterea fiat Deo acceptum, fructuosum nobis, aliorum animis optimi occasio exempli.

Ad ultimum, nihil dubitantes quin vos, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, hortationi huic Nostrae sitis libentibus animis responsuri, a sanctissimo ac sempiterno Deo vobis supernorum

munerum copiam imploramus. Quorum auspicium simul atque propensae voluntatis Nostrae pignus esto Apostolica Benedictio, quam vobis singulis universis paterno animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vi mensis Ianuarii, in festo Epiphaniae N. D. I. C, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ARGENTINAE

Argentinae Reipublicae provinciae ecclesiasticae aptius disponuntur

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nobilis Argentina Respublica, cuius est religiosa fides tam splendida quam sol aureus immensas « pampas » pererrans, tamque firma quam sunt altissimorum montium iuga solida, Apostolicae huic Sedi tantae usque curae fuit, ut persaepe dederint Romani Pontifices singularia erga eam suae benevolentiae ac sollicitudinis documenta : agitur enim de electissimo Ecclesiae parte cuius progressus, quos magnos in omni re facit, oportet sane pari religionis incremento exaequare. Quam ob rem, expostulanti venerabili Fratri Humberto Mozzoni, Archiepiscopo titulo Sidetano et in Republica Argentina Apostolico Nuntio, ut aptiore modo ecclesiasticae provinciae eius nationis disponerentur, censuimus concedere, certa spe fore ut ex hoc laeti fructus colligi possint. Audito ergo quid sentiret dilectus filius Noster Antonius S. R. E. Cardinalis Caggiano, sacer Bonaèrensis Antistes, itemque Ordinarii Praesules locorum, quorum intersit, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. *Bonaerensis provincia* **constabit :**

metropolitana Sede Bonaerensi et suffraganeis dioecesibus: Sancti Nicolai de los Arroyos, Sancti Isidori in Argentina, Sancti Dominici Novem Iulii, Mercedensi, Moronensi et Foromartiniensi, hac ipsa die constituta ; *Sinus Albi provinciam* **efficient : metropolitana Ecclesia eiusdem nominis, et suffraganeae dioeceses : Rivadaviae, Sanctae Rosae in Argentina, Viedmensis et Rivogallaecensis, quam hodie condidimus;** *Cordubensis in Argentina provincia* **efficietur : metropolitana Sede eiusdem nominis, ac suffraganeis dioecesibus : Rivi Quarti, Civitatis Mariae et Pranciscopolitana, hac die fundata ;** *Platensis provincia* **coalescet : metropolitana eiusdem nominis archidioecesi, et suffraganeis Sedibus : Clivi Zamoërensis, Maris Platensis, Azulen si et Avellanediensi, hodie constituta ;** *Paranensis provincia* **amplectetur : metropolitanam Ecclesiam eiusdem nominis et suffraganeas dioeceses : Gualeguaychensem et Poroconcordianam, hac die in dioecesium ordine annumeratala ;** *Saltensis provincia* **constabit : Saltensi ipsa Sede atque suffraganeis quae sequuntur : Iuiuyensi, Catamarcensi et Novoraniensi, quam hodie constituimus ;** *Sancti Ioannis de Cuyo provinciam* **efficient : Ecclesia eodem nomine cognominata, ac sequentes tamquam suffraganeae dioeceses : Sancti Ludovici in Argentina et Rioiensi, quam a provincia Cordubensi in Argentina separamus;** *Sanctae Fidei in Argentina provincia* **componetur : eiusdem nominis Sede metropolitana, atque dioecesibus suffraganeis : Reconquistensi, Rosariensi et Raphaëliensi, quam hodie constituimus ;** *Tucumanensis provincia* **fiet : metropolitana Sede eiusdem nominis et dioecesibus suffraganeis : Sancti Iacobi de Estero et Anatuyanensi. Praeterea Corrientensem dioecesim a provincia ecclesiastica Paranensi detrahimus, Mendozensem a Sancti Ioannis de Cuyo separamus, easque in formam archidioecesium metropolitanarum redigimus.** *Provincia* **ergo** *Corrientensis* **constabit, praeter Sede quam diximus, suffraganeis dioecesibus : Posa densi, a provincia Paranensi separanda, Formosensi et Resistenciae, quas distrahimus a provincia Sanctae Fidei in Argentina, et Goyanensi, hodie condita ;** *Mendozensis provincia* **postremo constituetur : metropolitana Sede eiusdem nominis, et dioecesibus : Fororaphaëliensi et Neuqueniana, ceu suffraganeis, hodie nempe conditis. Metropolitanis Ecclesiis, quas fundavimus omnia iura et privilegia concedimus, quae tantae dignitati congruunt; item et eorum Praesulibus, quibus tamen onera simul imponimus quae iusta sunt. Qui autem sacri Antistites ad praesens Corrientensem et Mendozensem Ecclesias regunt, eos ad gradum et dignitatem Archiepiscoporum Metropolitarum earundem archidioecesium evehimus, factis iuribus et one-**

ribus. Ceterum venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, quem memoravimus, haec omnia Nostra decreta ad exitum adducet, vel ille quem delegaverit, factis ad hoc potestatibus necessariis. Re vero acta, documenta exarentur, eorumque sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Quod si alius eo tempore Apostolicae Nuntiaturae in eadem Republica praesit, hic iussa Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturnm iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco £6 Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 39.

II

SANCTAE FIDEI IN ARGENTINA-RECONQUISTENSIS

(RAPHAËLIENSIS)

Quibusdam detractis ex archidioecesi Sanctae Fidei in Argentina et dioecesi Reconquistensi territoriis, nova efficitur dioecesis, « Raphaëliensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, Archiepiscopus titulo Sidetanus et in Republica Argentina Apostolicus Nuntius, de animorum bono valde sollicitus, ab Apostolica Sede postulaverit ut, aptius dispositis archidioecesis S. Fidei in Argentina et dioecesis Reconquistensis territoriis, nova ibi dioecesis constitueretur, libenter Nos adhibitis precibus annuimus, atque, post auditos venerabiles Fratres Eduinum Nicolaum Fasolino, Archiepiscopum S. Fidei in Argentina et Ioannem Iriarte, Episcopum Reconquistensem, de suprema auctoritate Nostra, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Ab archidioecesi S. Fidei, quam diximus, territorium distrahimus quod ad regiones pertinet, vulgo Departamentos, quibus nomen Castellano et San Cristóbal; a dioecesi vero Reconquistensi, territorium ad civilem regionem pertinens, vulgo Departamento, Nueve de Julio nuncupatam, ex iisque novam dioecesim condimus, *Baphaëliensem* **appellandam, cuius hi erunt fines : ad septentrionem, dioecesis Reconquistensis ; ad orientem solem et ad meridiem, archidioecesis S. Fidei in Argentina; ad occidentem, dioeceses Franciscopolitana et Anatuyanensis, hoc ipso die fundatae, et S. Iacobi de Estero. Episcopi domicilium in urbe statuetur vulgo Rafaela, cathedra autem episcopalis magisterii in curiali templo, ibidem exstante, S. Ra**phaeli **Archangelo sacro, quod scilicet iura et privilegia cathedralis aedis habebit. Item sacro Praesuli omnia iura et insignia damus, factis etiam congruis officiis et obligationibus. Quae inter id memoramus, esse eum una cum sua dioecesi metropolitanae Sedi Sanctae Fidei in Argentina eiusque Archiepiscopo tamquam suffraganeos obnoxios. Praecipimus insuper ut, quoadusque Canonicorum Collegium per alias sub**

plumbo Litteras constituatur, Consultores dioecesani eligantur, qui ad normam iuris Episcopo sive consilio sive ope assint ; qui quidem a munere cessabunt, Canonicis constitutis. Ad mensam episcopalem quod attinet, statuimus ut Curiae bonis efficiatur, fidelium pecunia sponte data atque bonorum parte, quae dioecesi Raphaëliensi obvenient ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Item quod ad novae Sedis regimen, administrationem spectat, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, aliaque id genus, sacrorum canonum praescripta omnino serventur. De Seminario statuimus ut quam primum minus saltem exstruatur, pueris ad sacerdotium efformandis ; quorum qui meliores fuerint Romam mittantur, in Pontificium nempe Collegium Pianum Latinum Americanum, ut philosophicis theologicisque disciplinis imbuantur. De clero autem atque Seminarii tironibus censemus ut, his Litteris ad effectum deductis, Sacerdotes ei dioecesi addicantur in qua legitimum habeant officium aut beneficium, ceteri vero clerici atque Seminarii alumni illi dioecesi in qua legitime degant. Acta denique et documenta, quae quovis modo ad novam Raphaëliensem Ecclesiam respiciunt, ex episcopalibus-Curiis S. Fidei in Argentina et Reconquistensi ad Raphaëliensem mittantur, in condendo tabulario omni diligentia custodienda. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, quem memoravimus, exsequendas studebit, vel per se ipse vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Re vero peracta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Quod si alius, tempore exsecutionis, Apostolicus Nuntius sit in Republica Argentina, hic mandata Nostra persequatur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis; impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eoma, apud S., Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. IS. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 27.

III
MENDOZENSIS
(FOROR APHAËLIENSIS)

A dioecesi Mendozensi, in Republica Argentina, quaedam territoria detrahuntur atque nova efficitur dioecesis « Fororaphaëliensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesia Christi, quae hominum ab unigenito Dei Filio redemptorum est societas, cum superno consilio feliciora in dies, etsi undique vexata, incrementa capiat, Nostrum esse censemus maiora fidelibus auxilia praebere aptius, si oporteat, dispositis ecclesiasticis circumscriptionibus. Quae cum ita sint, precibus annuentes venerabilis Fratris Humberti Mozzoni, Archiepiscopi titulo Sidetani atque in Republica Argentina Apostolici Nuntii, qui petiit ut nova ex Mendozensis Ecclesiae peramplo territorio dioecesis conderetur, Nos post auditum venerabilem Fratrem Alfonsum Mariam Buteler, sacrum Mendozensem Praesulem, eorum suppleto consensu, qui hac super re ius aliquod habeant vel se putent habere, de summa potestate Nostra sequentia decernimus ac

iubemus. A territorio dioecesis Mendozensis civiles regiones vulgo Departamentos seiungimus, quibus nomen San Rafael, Malargüe et Alvear, ex iisque novam dioecesim condimus, *Fororaphaëliensem* **appellandam atque iisdem circumscribendam finibus ac civiles regiones, e quibus coalescit. Quae, proinde, ad septemtrionem dioecesi Mendozensi confinis erit; ad orientem solem, dioecesibus S. Ludovici in Argentina et S. Rosae in Argentina; ad meridiem, dioecesibus S. Rosae in Argentina et Neuquenianae ; ad occidentem denique solem, Reipublicae Chiliensi. Fororaphaëliensis dioecesis caput erit urbs San Rafael appellata, in qua Episcopus sedem suam liget, cathedra episcopalis magisterii in templo Deo in honorem S. Raphaelis Archangeli dicato collocata, quod idcirco ad honorem cathedralium aedium evehimus. Quae autem iura, privilegia, insignia, facultates ad omnes alias eiusdem gradus Ecclesias spectant ad omnesque Episcopos, eadem ipsa cum novae dioecesi tum sacro eius Praesuli damus, impositis scilicet huic etiam oneribus et obligationibus sui muneris propriis. Censemus insuper ut et Sedes et sacrorum Antistes Fororaphaëliensis Ecclesiae Mendozensi, hac ipsa die ad metropolitanae Sedis dignitatem evectae, atque eius Metropolitae suffraganei sint, ad iuris communis normas. Quia vero multum ad Dei honorem confert dioecesisque regimen si Episcopo coetus lectorum virorum adsit, praecipimus ut in cathedrali templo Canonicorum collegium constituatur, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; quod si statim fieri nequeat, Consultores dioecesani, quos appellant, deligantur, qui tamen a munere cessabunt eo collegio condito. Volumus insuper ut saltem minus Seminarium Episcopus struat, pueris bonae spei accipiendis, qui ad sacerdotium vocantur, ex iisque cum adoleverint lectos iuvenes Romam mittat, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologisque disciplinis imbuendos. Mensam episcopalem, quam vocant, Curiae emolumenta constituent, pecunia a fidelibus sponte oblata et ea bonorum pars, quae ad praescripta canonis 1500 C. I. C. novae dioecesi obvenient. Quod ad regimen administrationemque dioecesis attinet, item ad electionem Vicarii capitularis, Sede vacante, ad cleri populique iura et onera, iuris communis normae omnino serventur. Ad sacerdotes et clericos quod spectat, decernimus ut, his Litteris ad effectum deductis, ea pars cleri quae in novae Sedis territorio legitimum habeat vel officium vel beneficium eidem censeatur adscripta; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei dioecesi adscribantur in qua legitime degant. Acta denique et documenta, quae modo conditam dioecesim attingant, ad eius Curiam episcopalem cito mittan-**

tur, religiose in tabulario custodienda. Ceterum haec voluntatis Nostrae decreta ad effectum deduci curabit venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, quem memoravimus. Quae si exsequi ipse nequiverit, mandatum facimus ut alium ad rem delegare possit, dummodo ecclesiastica dignitate insignem virum. Re autem perfecta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittantur. Quod si alius tempore exsecutionis Apostolicae in Republica Argentina Nuntiaturae praesit, huic onus iniungimus totius rei efficiendae.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 30.

IV

SALTENSIS

(NOVORANIENSIS)

Quibusdam ab archidioecesi Saltensi seiunctis territoriis, nova conditur dioecesis, « Novoraniensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremi muneris Nostri esse putamus dioecesium rationes pro rerum temporumque adiunctis ita disponere ut efficacius christiana lex inter homines magis magisque proferatur, iidemque supernorum copia bonorum uberius fruantur. Cum igitur venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, Archiepiscopus titulo Sidetanus et in Republica Argentina Apostolicus Nuntius ab hac Petri Sede postulaverit ut, archidioecesis Saltensis peramplis partitas territoriis, nova constitueretur dioecesis, Nos audito quid de hac re sentiret venerabilis Frater Robertus Iosephus Tavella, Archiepiscopus Saltensis, adhibitas preces omnino accipiendas esse censuimus. Quapropter, consensum eorum supplentes qui de hac re aliquod ius habeant vel se putent habere, summa auctoritate Nostra haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Saltensi territoria separamus, vulgo « Departamentos » nuncupata, quibus nomina : Oran, Iraya, Santa Victoria, San Martín et Rivadavia, atque ex iis novam dioecesim condimus, *Novoraniensem* **appellandam, quae iisdem finibus términabitur ac regiones seu « Departamentos » quos diximus. Nova ergo dioecesis confinis erit : ad septemtrionem Reipublicae Bolivianae; ad orientem Reipublicae Paraquarianae et dioecesi Formosae; ad meridiem dioecesi Resistentiae et archidioecesi Saltensi ; ad occasum denique solis dioecesi luiuyensi. Huius ecclesiasticae circumscriptionis sedes episcopalis in urbe Oran cognominata erit, templumque ibi exstans Deo in honorem S. Raymundi Nonnati Confessoris sacrum tamquam cathedrale habebitur, in quo scilicet Episcopi cathedra erit. Cum ergo cathedrali sacrae aedi tum Novoraniensi Antistiti omnia iura damus, insignia, privilegia congrua; Episcopo etiam onera et obligationes imponimus, quibus ceteri dioecesium pastores obstringuntur. Volumus prae-**

terea ut Novoraniensis Episcopus metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi Saltensis sit obnoxius ; Canonicorum coetum condat, iuxta decreta per alias Litteras edenda; quoadusque tamen hoc fiat, facultatem facimus ut Consultores dioecesanos eligat, quorum consilio et opera, si oporteat, utatur. Ad Seminarium vero quod attinet, praecipimus ut Episcopi onus sit minus saltem constituendi, pueris efformandis ad sacerdotii munus vocatis ; eorum autem qui ingenii animique virtutibus praestent, cum adoleverint, Romani mittantur, in Pontificium nempe Collegium Pianum Latinum Americanum philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Novae dioecesis mensa episcopalis, quae dicitur, pecuniis fiet a fidelibus sponte oblatis atque bonis quae, ad praescripta canonis 1500 C. I. C, eidem obvenient. De clero praeterea mandamus ut sacerdotes dioecesi Novoraniensi addicti maneant si in eadem beneficium aut oflicium habeant ; seminarii vero tirones ceterique clerici ei dioecesi adscribantur in qua legitimum habeant domicilium. Documenta denique et acta quae ad novam dioecesim spectant, eius Curiae cito mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ceterum haec Nostra Decreta ad exitum deduci curabit venerabilis Prater Humbertus Mozzoni, quem diximus, vel quem ipse delegaverit, factis ad id debitis facultatibus. Quod si tempore quo hae Nostrae sub plumbo Litterae ad effectum adduci debent alius in Republica Argentina Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet. Cum autem omnia rite perfecerit, sincerum actae rei exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittatur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio. -

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Ap. Conc. tab., vol. CVI, n. 26.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo de Columna Patrona praecipua et S. Pius Pp. X Patronus minus principalis totius archidioecesis Zamboangensis declarantur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Imprimis insignis pietate erga Almam Deiparam, a Columna appellatam, esse dicitur Zamboangensium civitas, in Insulis Philippinis, quippe quae Beatam Mariam Virginem, nomine illo invocatam, cuius sculpta imago in propugnaculo urbis anno MDCCX posita est, ab illo tempore praecipuis veneretur obsequiis. Qui religionis ardor in cognominem archidioecesim, cuius iurisdictionem Sanctus Pius Pp. X, Decessor Noster, provido erexit consilio, pervasit, efficiens, ut inde laeta caperetur fructuum spiritalium copia. Cum igitur peculiaris haec pietatis forma in Christifidelium animis penitus insideat, Venerabilis Frater Aloisius dei Rosario, Zamboangensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem de Columna suae archidioecesis praecipuam Patronam renuntiaremus ; praeterea, eo quod Sancti Pii Pp. X opera eadem iurisdictio ante L annos est constituta, idem Praesul preces Nobis adhibuit, ut egregium hunc Pontificem Maximum, de Ecclesia optime meritum, secundarium Patronum faceremus. Quibus votis libenti animo obsecundantes, Nos e Sacrae Rituum Congregationis

consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem de Columna *praecipuam* **apud Deum** *Patronam,* **Sanctum vero Pium Pp. X** *minus principalem Patronum* **universae Zamboangensis archidioecesis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae dioecesium Patronis principalibus et secundariis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Maii, anno MCMLX, **Pontificatus Nostri secundo.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Sanctus Bernardinus Senensis, Conf., caelestis Patronus omnium e Gallia nuntii laudativi vulgatorum (vulgo « publicitaires ») eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctae Matri Ecclesiae hoc cordi est maxime, ut omnes artes, quibus hominum profectus veri nominis efficitur, ad religionis pietatisque rationes conformentur, quandoquidem labor quivis atque industria ad Deum ut summum auctorem ac finem debet referri. Hac ductus mente Pius Pp. XII, Decessor Noster imm. mem., qui pro officii sui conscientia universos societatis ordines cunctaque collegia artificum et operariorum ad christianae legis praecepta studuit revocare, libenter audivit Italos vulgatores nuntiorum laudativorum, qui eum rogarant, ut Sanctum Bernardinum Senensem suae consociationis caelestem renuntiaret Patronum. Nec perperam hic delectus est Iesu Domini nuntius praeclarus, utpote qui ad verbum divinum

disseminandum iis etiam usus esset subsidiis, quae ad religionem in vulgus suadendam florent aptissima, quibusque, licet nova inducta ratione, ii fere utuntur, qui in arte illa nunc versantur. Gratissimae igitur et Nobis fuerunt preces huiusmodi vulgatorum e Gallica Natione, ut eundem Caelitem sibi constitueremus Patronum, ac fore confidimus, ut, tanti viri firmati praesidio et adacti exemplo, bonum et rectum in opere suo faciendo impigri illi persequantur. Votis igitur iisdem, Dilecti Filii Nostri Mauritii Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Feltin, Archiepiscopi Parisiensis, commendatione suffultis, obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Bernardinum Senensem, Confessorem, omnium e Gallia nuntii laudativi vulgatorum, quos « publicitaires » vulgo appellant, caelestem *Patronum* **eligimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae ordinum seu coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX **mensis Maii, anno** MCMLX, **Pontificatus Nostri secundo.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Ecclesia Beatae Mariae V. de Guadalupe, loci « La Ceiba de Guadalupe », in archidioecesi et urbe S. Salvatoris in America, privilegiis Basilicae Minoris honestatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Guadalupana Virgo praeclaram habet sedem constitutam in Sancti Salvatoris in America archidioecesi, ecclesiam dicimus loci, vulgari sermone « La Ceiba de Guadalupe » vocitati. Quae, in extrema scilicet parte urbis Sancti Salvatoris sita,

eo imprimis commendatur, quod imago Beatae Mariae Virginis de Guadalupe ibi collocata, et anno MCMLIII **Petriani Canonicorum Collegii concessu et auctoritate aureo diademate redimita, incenso excolitur Christifidelium studio. Est praeterea templum molis amplitudine et ornamentis, praesertim marmoribus, insigne atque illustre. Accedit, ut in continenti domo Clericorum Regularium a Somascha, sufficientes numero degant sacri administri, qui in eiusdem huius Sacrarii ministeriis versantur divinosque ritus eo, quo par est, cum decore perficiunt. Cum igitur haec ecclesia non uno nomine potiorem locum obtineat, Venerabilis Prater Marius Casariego, Episcopus titulo Pudentianensis et Auxiliaris Archiepiscopi Guatimalensis, una cum Sodalibus suis a Somascha, preces Nobis adhibuit, ut idem templum, laudibus merito celebratum, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota, nomine quoque Christifidelium totius Provinciae ecclesiasticae Salvatorensis prolata et Venerabilis Fratris Aloisii Châvez y González, Sancti Salvatoris in America Archiepiscopi, commendatione suffulta, libenti animo statuimus implere. Quapropter Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam seu sacrarium Beatae Mariae Virginis de Guadalupe, in loco vulgo ((La Ceiba de Guadalupe » urbis Sancti Salvatoris positam, ad honorem ac dignitatem** *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Iulii, anno MCMLX, **Pontificatus Nostri secundo.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris cathedralis ecclesia archidioecesis Sancti Ludovici afficitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ludovicopolis, urbs industria intra fines Missuriensis Civitatis Foederatae, templo Sancti Ludovici, Regis,, olim cathedrali, non paulum nobilitatur, quod, Gregorio Pp. XVI, Decessore Nostro, christiani sacerdotii principatum tenente, piorum coetuum et incolarum subsidiis exstructum, et molis amplitudine et artificiosis praestat operibus, in quibus nonnullae imagines pictae cum laude sunt memorandae. Haec vero augusta aula Dei non solum aedificationis genere ornamentisque est illustris, propter quam causam publicis Nationis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis monumentis non ita pridem fuit accensita, sed eo etiam, quod sedes praecipua quaedam cognoscitur pietatis, unde scilicet, velut e capite, religio catholica in circumiacentem regionem est profecta. Neque praetermittendum est his quoque temporibus ecclesiam, cum in ea urbis eiusdem parte sit posita, ubi negotia crebra solent obiri, evasisse quoddam sanctuarium mercatorum causarumque actorum, qui sacris ibi frequentes adsint eoque hora meridiana secedant ad preces Deo adhibendas. Clerus praeterea numero sufficiens eiusdem templi ministeriis est addictus, ita ut sollemnia religiosa eo, quo par est, cum decore ibidem peragantur. Quibus perpensis, Dilectus Filius Noster Iosephus Elmerus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Ritter, Sancti Ludovici Archiepiscopus, Nos rogavit, ut hanc ecclesiam, tot laudibus insignem, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo auditis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam, Deo in honorem Sancti Ludovici, Regis, in urbe et archidioecesi Sancti Ludovici consecratam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus omnibus cum honoribus ac privilegiis, quae templis eodem titulo decoratis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare**

poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII **mensis Ianuarii, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Sanctus Patricius, Ep. et Conf., ac Sancta Anna, B. V. mater, caelestes Patroni aeque principales dioecesis Norvicensis constituuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui, in via constituti, tot inter difficultates, pericula, aerumnas, ad patriam contendunt aeternam, Christifideles non perperam Caelites sibi adoptant Patronos, quorum praeclara intueantur sequanturque exempla quorumque deprecatione et auxilio adversa facilius evincant. Recta igitur mente Venerabilis Frater Vincentius J. Hines, Norvicensis Episcopus, sacerque clerus et populus christianus eius curis commissus, se in fidem ac tutelam Sancti Patricii et Sanctae Annae, matris Beatae Mariae Virginis, tradere decreverunt. Nos vero, eidem Praesuli roganti, ut piam huiusmodi electionem ratam haberemus, concedere volentes, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Patricium, Episcopum et Confessorem, Sanctamque Annam, Beatae Mariae Virginis matrem, universae dioecesis Norvicensis caelestes *Patronos aeque principales* **confirmamus, seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc**

et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI **mensis Februarii, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris Sanctuarium B. Mariae Virg. ab Elevatione, dioecesis Ambatensis, exornatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Fide invicta administri sacrorum populusque regionis, quae Ambatensi nunc dioecesi continetur, sacrarium Beatae Mariae Virgini ab Elevatione dicatum aedificarunt et iterum iterumque terrae motu ac fremitu disiectum reiecerunt. Quod enim hac aetate conspicitur, templum quartum est idque magnificentius atque firmius ceteris, mira animorum alacritate exstructum, postquam prior ecclesia anno MCMXLIX **cecidit in ruinas. Hoc igitur pietatis monumentum singulare sedes praecipua est religionis Marianae, siquidem ibi Imago Almae Deiparae, quam ab Elevatione diximus nuncupari, perpetuis obsequiis impensissime colitur. Ob quem salutarem pervagatumque cultum, Augusta Virgo, nomine illo invocata, anno** MCMLII **a Pio Pp. XII, Decessore Nostro imm. mem., renuntiata est praecipua Ambatensis dioecesis Patrona, eiusque Imago, auctoritate Petriani Canonicorum Collegii, duobus annis post aureo diademate redimita. Volens autem templi, meritis laudibus celebrati, decorem augere, Venerabilis Frater Bernardinus Echeverría Ruiz, Ambatensis Episcopus, preces ad Nos admovit, ut ei Basilicae Minoris nomen ac ius benigne tribueremus. Ad quas postulationes accessit amplissima commendatio Dilecti Filii Nostri Caroli M. Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis de la Torre, Quitensis Archiepiscopi, atque Venerabilis Fratris Alfredi Bruniera, Archiepiscopi titulo Claudiopolitani in Honoriade, Apostolici in Aequatoriana Republica Nuntii. Nos igitur, vota huiusmodi libenti animo implentes, e Sacrae Rituum Congregationis consulto,**

certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctuarium Beatae Mariae Virginis, ab Elevatione nuncupatae, in finibus dioecesis Ambatensis positum, ad dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris aedibus, eodem nomine ornatis, rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvim mensis Aprilis, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

VII

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae B. Mariae Virg. in Caelum Assumptae in oppido Clusonio, dioecesis Bergomensis, conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Honoris tituli, quamvis hominibus recte conveniant, tamen locis sacris interdum tribuuntur, quae, « vivis et electis lapidibus » exstructa, aptissima sunt ad religionis officia. In quorum numerum ascribendum ducimus antiquum templum, quod Clusonii, in oppido nobili Bergomensis dioeceseos Nobis carissimae, exstat, haud minus Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae nomine, quam opere magnifico marmorumque splendore insigne. Ut enim usu cognitum habemus, Christifideles aedem tam claram elegerunt praecipuam pietatis sedem, quam frequentissimi petunt, Deiparae deprecatione confisi. Cum autem dilectus filius Archipresbyter Clusonii a Nobis petiverit ut singulari dignitate eamdem extolleremus, Nos has preces, quae ampla Venerabilis Fratris Iosephi Piazzi, Bergomensis Episcopi, commendatione

nituntur, libenter excipiendas censemus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae dicatam in oppido Clusonio, dioeceseos Bergomensis, honoribus ac privilegiis *Basilicae Minoris* **afficimus et decoramus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII **mensis Iulii, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

De speciali mandato Sanctissimi
pro Domino Cardinali a Publicis Ecclesiae Negotiis
f ANGELUS DELL'ACQUA, *Substitutus*

VIII

Internuntiatura Apostolica pro Senegalensi Republica erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Senegalensem Rempublicam publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *in Senegalensi Republica Internuntiaturam Apostolicam* **erigimus et constituimus, cuius sedem in urbe Dakarensi collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas**

atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII **mensis Novembris, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

Ad Rev.mum Patrem Augustinum Sépinski, Ordinis Fratrum Minorum Ministrum Generalem, quarto revoluto saeculo ex quo S. Petrus de Alcantara in caelum migravit.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Lilium, quod seraphica gratia et intemerata iustitia decorum in horto concluso Ecclesiae effloruit, Sanctum Petrum de Alcantara, prorsus dignum ducimus, qui maiorem in modum hoc anno obtutum mentium et publicae pietatis studium ad se convertat : feliciter enim mox continget, ut quartum re volvatur saeculum, ex quo is terrestri vita functus in caelum migravit.

Cum autem is Ordinis Fratrum Minorum inditum decus sit, valde adprobamus et dilaudamus consilium, quod tu, dilecte fili, suscepisti, eo spectans, ut ad saecularem huiusmodi honorandam memoriam, praesertim a tuis franciscalis religiosae familiae sodalibus, celebritates festis ritibus instaurarentur.

Quae ut perfectiores et fructuosiores vertant, congruens rei erit, ut dum hoc recoletur eventum, aperto in lumine ponantur inclita vita, eximiae virtutes, documenta sapientiae S. Petri de Alcantara, austera paenitentia et miraculorum gloria spectabilis, ut christifideles, eius recensentes merita, ad potiora et meliora assequenda praeclaris exemplis commoti contendant.

Salutare aestimamus et aequum eminentiora eius vitae attingere, qui non tantum vestrum, sed Hispaniae quoque insigne ornamentum est.

Alcantarae in Hispania anno MCCCCIC **natus, in flore aetatis religio-**

sam vitam capessurus, Ordini Fratrum Minorum se addixit. Sollemnibus istic nuncupatis votis, alacri studio in evangelicae perfectionis itinere progressus, quidquid est apprime religiosum, purum, pium, austerum sibi assequendum proposuit.

In agendo autem prudens et navus, gravibus muneribus sibi commissis egregie functus est. Attamen Asisinatis Patriarchae spiritu et exemplo magis magisque inflammatus id a Deo sibi inditum reputavit propositum, ut studio precum et poenitentiae insigniter se abderet. Cui propensiotìi animi ut promptior obsequeretur, solitaria loca petebat, voluntariis cruciatibus indulgebat, sontibus adprecaturus caelestem gratiam et veniam, ac tandem prope Pedrosum in Cauriensi dioecesi arctum coenobium « EI Palancar » appellatum sibi exstruxit, ubi paucis cum sodalibus pauperrime vixit, illius regularis disciplinae auctor, quae « alcantarina » vocitata est.

« Admirabilis poenitentiae et altissimae contemplationis munere » *(Oratio in die festi)* « veterum anachoretarum exempla non renovavit modo, verum etiam auxit x».[1] Verumtamen dum huic vitae generi se daret, ad congruentem sibi operosam actionem vitae se conferre non dubitavit. Praeter alia eximius sacer fuit concionator, ad priscam renovandam Carmelitarum disciplinae formam S. Teresiam valide adiuvit, animorum moderator fuit circumspecta sapientia praeditus, et de re spirituali aureum opus, quod *Tratado de la oración y meditación* inscribitur, exaravit.

Prudens eloquii mystici, sciens itinerum, quibus animus, caelestibus obsecundans invitamentis, ascendit superius, spiritu precum et gratiae locuples, ipse mira docet perspicacia precationem et actionem vitae nequaquam dissociabiles esse, sed potius fecundo foedere utrasque debere coniungi, et alteram prioris fructum exquisitissimum esse. Eos autem, qui in corde suo ascensiones disponere cupiunt[2] neque lácteo alimento contenti solidum appetunt cibum, sagaciter et lucide erudit, quomodo mentis meditatio, Dei opitulante gratia, in celsiorem contemplationis formam transire queat, quasi navis, laborioso confecto maritimo tractu, in placido portu conquiescat. Sancta Teresia studiose perlegebat secumque volutabat doctrinam S. Petri de Alcantara, cuius consilium sollicita expetebat ac spirituali ductu utebatur.

Habent profecto in S. Petro de Alcantara eximiae virtutis exemplum franciscales sodales, quod alacriter imitentur et eidem vivendi et agendi

[1] *Bulla Canonizationis* apud Wadding, Annales Minorum, 1562, t. XIX, p. 408. n. OOOVI.

[2] Cfr. *Ps.* 83, 6.

disciplinam studiose aptent. Nam in Deum caritate aduri, precationi et divinorum contemplationi adsidue vacare, parvo sibi satisfacere, ((mortificationem Iesu in corpore nostro circumferre, ut et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris»,[3] haec sunt praecepta eorum religiosae professioni maxime consentanea ; neque alia ratione iidem possunt alere « sanctae orationis et devotionis spiritum », ad quem fovendum franciscalis Regula (c. V), utpote peculiarem spiritualis eorum vitae notam, compellit. Ex hoc autem fiet, ut in apostolatu exercenda navitas sincerum et uberem fructum edat : qui quidem apostolatus vel desidia languet vel vacuo strepens clamore in irritum cadit, ubi interioris vitae nutrimento caret et poenitentiae vigor, fortitudinis altor et custos, emollitur.

Habent etiam et christifideles omnes in S. Petro de Alcantara quod attentis mentis oculis demirentur, et pro viribus imitando in actum vitae suae traducant, eo vel magis quod passim in humanae societatis venas illapsus <x naturalismus » eo enititur, ut, neglectis spiritualibus et aeternis bonis, omnia naturae finibus concludat et arctet, et ideo pessumdat mores et miseras struit ruinas. Sanctus Petrus de Alcantara, evangelicae perfectionis et mirae poenitentiae nobili elato vexillo, arcet tot periculis implicitos ab obliquis et lubricis semitis, et parat vias Domini, quae, semper rectae et pulchrae, tum felici transitu decurruntur, cum abiciendo illicita, temperando licita unusquisque a terrenis abstrahitur, caelestia appétit et bene vivendo et precando id orat : *deduc me in via aeterna/* **in via scilicet spirituali, quae ducit ad caelum, cui nullus est finis, nunquam est casura beatitudo.**

Haec imo ex pectore ominati, multum optamus, ut stata sollemnia ad recolendum quartum exactum saeculum, postquam Sancto Petro de Alcantara aeternae vitae natalis illuxit, eo ipso deprecante, parem spei exitum habeant, fructum sanctimoniae animorum edant opimum. Tibi, denique, dilecte fili, sodalibus Ordinis Fratrum Minorum, cui moderaris, sanctimonialibus et sacris virginibus Francisca!! Ordini aggregatis atque universis, qui tam festae et faustae commemorationi intererunt, Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum largitatis pignus, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die u mensis Ianuarii, anno MCMLXii, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

[3] **Cfr.** ***2 Cor.*** **4, 10.**
[4] ***Ps.*** **138, 24.,**

ALLOCUTIONES

I

E.mis Patribus Cardinalibus, Exc.mis Episcopis ceterisque Membris Commissionis Centralis Oecumenico Vaticano Secundo Concilio apparando habita, post tertium coetuum ordinem exactum. *

Venerabiles Fratres et dilecti filii.

Iam octo mensium spatio Romam ex omnibus orbis terrarum partibus tertium convenistis, ut labores tam magni utilisque momenti, ad Oecumenicum Concilium apparandum, cum officii conscientia susciperetis.

Oculis Nostris patent, immo, ut rectius dicamus, in animo Nostro, in mente Nostra congesta et disposita sunt omnia, magnifica quidem exsurgentia mole, quae in huiusmodi praemoliendum opus catholici orbis ex Oriente et Occidente Antistites, Nostra Romana Curia, studiorum Universitates, atque e clero laicorumque coetu dari spectatique viri ex universis nationibus contulerunt. Omnium horum una consensione congruerunt nisus, cum eximius fidei caritatisque spiritus adflaret communi operae, ut gravis ponderis eventum apte praeparantur.

Postremis hisce diebus, cum uno vel altero vestrum familiari usi colloquio, probe ac plane animadvertimus, quantum hactenus peractum esset, ea ratione, ut multiplicia et varia undecumque profecta ad felicem compositionem deducerentur.

Hac de re vobis, venerabiles Fratres et dilecti filii, gratias agimus, non sine laudibus, quas ipsi non exquiritis, neque Nos iteramus. Saepenumero enim in privatis colloquiis et in publicis sermonibus ex ore Nostro defluunt verba, quibus summo honore navitatem vestram prosequimur.

Commoto cum animi affectu, qui e recto exemplo sumebat solacium, nuper homiliam legimus sancti Ioannis Chrysostomi, quae incipit verbis : *Moyses, magnus ille famulus ...*

Utique Nobis aptare cupimus eius dulcissima verba, quae, felici huic temporis momento congruentia, Nostrum vividum exprimunt sensum : « Si enim mea unius viri praesentia tantam plebem tali replevit voluptate, quantum putatis mihi ex visione vestra gaudium cumulatum. Et Iacob quidem unum filium videns Ioseph gaudebat senex et recreabatur

*** Die 28 Ianuarii mensis a. 1962.**

spiritu, ego autem non unum Ioseph, sed omnes vos similes illi video ... Ego servus sum vestrae caritatis x).[1]

In illius orationis contextu duo praelucent verba : *gaudium et servitium.* **Gaudium quod e fraterna animorum consensione oritur, pergravia quoque incepta facilia reddit; servitium .sane, quod Ecclesiae Sanctae exhibemus, veri nominis illud affert gaudium quod unum habetur in in terris, ac semper integrum incorruptumque permanet. Quam ob rem, hic Sacri Psaltae verba iterare iuvat : « Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum ! ».**[2] **Huiusmodi vero laetitia effusior fit, cum conscii sumus nos officio nostro omni cum sedulitate functos esse, atque in commissi muneris partibus explendis alacrem generosamque navasse operam. Quam ob rem periucundum est verba Constantinopolitani illius Patriarchae iterum Nobis aptare : « Ego servus sum caritatis vestrae ». Iesu Christi Vicarius pergrati animi officio se obstrictum esse sentit erga eos, quorum adiutrice utitur opera, itemque erga omnes dilectos filios, qui religiosas Eius curas et sollicitudines, ad Concilium spectantes, penitus intellexerunt. Id sane suavissimum est vinculum, unum omnium artissime devinciens, siquidem caritatis affectus quodlibet iugum levius reddit. Qua de re gratum vobis pandimus animum, profitentes Nos summopere opera vestra delectatos esse. <(Ipsum santificantes aerem civitatem fecistis Ecclesiam ... Quia magna laetitia est matri cum exultant filii et grande gaudium pastoris cum exultant agni gregis ... ».**[3]

Communis sane laetitia spectabili ex mole oritur peracti laboris : haec ideo sit causa, cur pectoris Nostri gaudia iterum vobis significemus atque confirmemus iisdem S. Chrysostomi verbis : <x Vester enim profectus meum gaudium, mea gloriatio, mea corona est ».[4]

Re enim vera in tertio hoc vestro Conventu quaedam summi momenti capita pertractata sunt, quae Ecclesiae doctrinam, morum disciplinam, et apostolatus rationes spectant, quae hodierni temporis necessitatibus congruant. Ingens sane ac perampla fuit praecipuorum negotiorum materies, quam penitus accurateque praeteritis diebus ponderavistis.

Nam, si peracti laboris argumenta vel Summatim enumerentur, illico patet eorum magnitudo. Etenim in Pontificia Commissione Theologica, quae dicitur, de morum disciplina 'deque iis omnibus, quae moralem

[1] **A. Wenger,** ***L'Homélie de Saint Jean CJirysostome « A son retour d'Asie»,*** **in** ***Mélanges Raymond Janin, Institut Français d'Etudes Byzantines,*** **Paris, 1961, n. 7, 9, p. 117.**

[2] ***Ps.*** **132, 1.**

[3] **A. Wenger,** ***Op. cit.,*** **n. 9-10, pp. 117-119.**

[4] ***Ibid.,*** **n. 11, p. 119.**

ordinem respiciunt — gravissimis sane quaestionibus — cogitationes et studia collata sunt. Pontificia Commissio, Sacramentorum disciplinae praeposita, de Confirmatione, de Paenitentia ac de sacris Ordinibus disceptavit; in Pontificia Commissione, Orientalium Ecclesiarum rebus consulenti, relatum est de Ecclesiae Sacramentis, de sacris ritibus, de Patriarchis, de communicatione in sacris, ac de lingua vulgari in sacris Liturgiis adhibenda; denique quaestiones theologicae institutae sunt de fidei deposito integre fideliterque custodiendo.

Haec omnia, etsi presse breviterque tantum explicavimus, tamen tranquillam sinunt haberi conscientiam de adhuc peracto labore, siquidem, hac ratione, apta subsidia comparata sunt ad rerum summam conficiendam, qua Concilii Patribus facilior futura reddetur opera.

Eerum omnium, quae perpendenda sunt, ratio diligenter est habenda, atque hucusque ita factum est. Etenim, iure merito affirmandum est singula Oecumenica Concilia initium sumere e communibus optatis, quae meliora usque efficienda respiciunt ; haec autem ab Episcopis significantur ac referuntur, qui cleri populique christiani necessitates, exspectationes, ac flagrantissima vota una simul colligunt atque interpretantur. Id, inter cetera, plane testantur .sedecim volumina, Episcoporum quoque sententias continentia, quae vobis praesto sunt.

Insuper Provincialia Concilia ac dioecesanae Synodi, quorum postremis hisce annis tam auctus est numerus, plurimum conferunt ut rerum experientia et usus accrescat ; ex iis enim egregia omne genus incepta et opera laetissime floruerunt, quae rectae animorum moderationi atque utilitati magnopere prosunt.

Quod autem ad volumina commentationesque attinet, quae sive sacerdotes sive viri e laicorum ordine in vulgus ediderunt, haec, ut patet, privato tantum nomine et auctoritate pollent. Iam locuples librorum numerus, ad celebrandum Concilium spectantium, in lucem proditus est, ab iis etiam, qui extra Ecclesiae saepta magnum illud praestolantur eventum : qua super re paterno oblectamento animadvertimus, scriptores fere omnes probe compertum habere quid sit Concilium, quid sibi proponat, quo contendat.

Ut autem singulorum opera utilitatem re vera habeant, optandum sane est ut prudentiae ac veritatis studio semper praedita sint — praesertim si scriptores aliqua valeant auctoritate — ne eorum agendi ratio perturbationem ac sollicitudinem pariat.

Ceterum, hac quoque in rerum provincia, Pauli Apostoli adhortationem sequantur omnes, quotquot fideles Ecclesiae filios se esse cu-

piunt : ((perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum ... Gratia Domini nostri Iesu Christi et caritas Dei et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis)).[5]

Antequam colloquio huic Nostro finem imponimus, liceat Nobis oblatam opportunitatem, laetissimam sane atque sollemnem, nancisci, ut vos iam nunc certiores faciamus de duobus Pontificalibus Documentis mox edendis, quae quidem peculiares ac paternas curas Nostras testentur.

Alterum, quod in lucem quam primum prodibit, proxime ad Concilium spectat, cum ad eius felicem exitum precibus impetrandum omnes totius terrarum orbis sacerdotes invitet. Agitur de epistula ad clerum universum, ut ubique terrarum sacrorum administri veluti uno ore unaque mente, secundum suos cuiusque ritus ac normas, preces Deo admoveant ex munere recitandas ; Divinum Officium dicimus, quod psalmis Sacraeque Scripturae locis, contextum, instar mirae pulchritudinis poèmatis divinas laudes celebrat, ad perennem Dei opem conciliandam, ad praebendum cotidie spirituale animis pabulum, ad religionis denique spiritus in universa Ecclesia excitandos atque promovendos. Nostra adhortatio eo spectat, ut eximia hac usi precandi forma, vertente hoc anno, omnes cuiusvis dignitatis gradus sacerdotes, cum Vicario Christi animo coniuncti, uberrima a Deo devocent praesidia, ad fortunandos celebrandi Concilii labores.

Alterum Documentum ad linguam Latinam pertinet, ut magis magisque in sacris Seminariis incrementa capiat usus huius linguae, quae Romanae Ecclesiae propria est, et cuius cultum praesertim sacri administri, debita ratione habita consuetudinum et necessitatum rituum alius linguae, religiose servare ac promovere tenentur.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii,

Dum in eo est ut hodiernus hic coetus dimittatur, perplacet Nobis ipsis S. Ioannis Chrysostomi verbis vestras totiusque Ecclesiae preces implorare, ut Deus Omnipotens proximo magno eventui benigne faveat : <(Iste meus thesaurus, hae sunt meae divitiae et ideo vestras orationes requiro. Orationes vestrae murus mihi et munimen sunt ».[6]

Ac non vos solummodo et dilectum sacerdotalem ordinem, sed cunctum etiam christianum populum ad precandum adhortamur : « Noli dicere : ego laicus sum, quomodo poterò pro sacerdote orare? Audi

[5] *2 Cor.* 13, 11, 13.
[6] *I. c.* n. 20, p. 123.

Scripturam dicentem: oratio autem fiebat continua... Tale a vobis muninien exquiro, talem gratiani postulo et Deus gloriae suscipiens orationes vestras det mihi in apertiorem oris mei sermonem, quo possim creditum mihi populum instruere ad salutem per Christum Dominum Nostrum, cum quo est Deo Patri cum Spiritu Sancto honor, gloria et potestas in saecula saeculorum. Amen'».[7]

II

Multis adstantibus ex utriusque ordinis clero atque christifidelibus habita, in festo Purificationis B. Mariae Virg., post oblatos Beatissimo Patri cereos. *

Diletti figli.

L'incontro dello stuolo numeroso e caro di membri del clero secolare e regolare dell'Urbe, e di antichi sodalizi, qui convenuti per la offerta dei ceri benedetti, Ci diede l'occasione nei due anni recenti di alcune parole così liete a dire, come gradite per voi ad ascoltare.

L'episodio della Presentazione : Gesù infante, sostenuto dalle braccia materne di Maria, con accanto San Giuseppe, il custode di entrambi, diffonde intorno a sè tanta tenerezza e pace, da toccare i cuori.

L'odierna liturgia prende tono dagli accenti arcani del vecchio Simeone, che saluta la visione della luce, discoperta innanzi agli uomini retti e timorati di Dio, lungo la successione dei secoli.

Oh ! quale spettacolo e quale intimo godimento nella contemplazione di questa luce — *lumen ad revelationem gentium* **— di cui si esalta la storia dell'umanità tutta intera : luce di verità, luce di carità. Questa, a sua volta, come dice San Paolo,** *è gaudio, pace, pazienza, benignità, bontà, longanimità, mansuetudine :* **tutte espressioni di umana fraternità.**[1]

Nella ricorrenza festiva di quest'anno, non sulla letizia serena, purtroppo, nè sulla tranquillità e sulla pace, richiamiamo l'attenzione vostra, ma sulle pene, i cui gemiti Ci arrivano da varie parti del mondo — Europa, Asia, Africa, Americhe — dove la irrequietezza del vivere civile è sovvertimento e rovina degli ordinamenti sociali.

[7] ***Ibid.*** **n. 21-22, p. 123.**
*** Die 2 Februarii mensis a. 1962.**
[1] **Cfr.** ***Gal.*** **5, 22.**

1 punti nevralgici e pericolosi di questo disordine minaccioso voi li conoscete da alcuni nomi divenuti da parecchi mesi tragici e funesti.

Ci sia concesso fare il nome esplicito di un Paese, che visitammo nel 1950, e che Ci lasciò incancellabili e belle impressioni : l'Algeria. Ogni giorno, ogni notte le violenze più gravi là moltiplicano le vittime. Gli avvenimenti così tristi, che si succedono in varie parti del mondo, taluni aggravatisi in queste ultime settimane, fino ad esplodere in episodi di aperto disordine e di delitto, Ci sono motivo di grave ansietà, di commossa mestizia. Sono assai frequenti le notizie di nuovi attentati contro la vita e i beni di numerosi cittadini. L'esperienza comprova, purtroppo, che violenza produce violenza : *Qui gladio f erit, gladio périt.* In tal modo non si difendono i sacri beni dell'uomo : la sua libertà, l'ordine civico, il vero progresso, la civiltà, la pace.

Ci addolorano tutti gli episodi di soprusi d'ogni genere : così della sconsiderata ribellione, come della arbitraria repressione, che continuano ad insanguinare il mondo. In tali bufere sono caduti anche numerosi missionari, i quali obbedivano al comando di Cristo di recare la luce della cristiana rivelazione, promovendo in tal modo anche il progresso spirituale e sociale.

Per addivenire ovunque all'auspicata pacifica convivenza fra le comunità di diversa stirpe bisogna anzitutto che, deposta ogni animosità, si nutrano *cogitationes pacis et non afflictionis* : pensieri di pace e non di afflizione.[2]

Ed è questo, diletti figli, che vogliamo affidare alle preghiere vostre e di tutti i buoni, particolarmente nella festività di Gesù presentato al tempio, e della Madre sua, che lo offre all'Eterno Padre.

Per i meriti di Gesù Salvatore, per l'intercessione di Maria cominci a brillare l'astro della duratura concordia tra i fratelli, oggi tristemente opposti gli uni agli altri; e le popolazioni protese verso la conquista della serena operosa convivenza trovino l'esaudimento delle loro legittime aspirazioni.

Qua e là, all'occhio inteso a studiare l'orizzonte, si offre l'accenno di qualche schiarita, come di serenità che ritorna per situazioni almeno non peggiorate e forse in via di migliorare.

Ma al Pastore del gregge universale di Cristo è motivo di intensa pena — cui l'abituale serenità dell'animo riesce a velare, ma non a lenire — la condizione di sofferenza, di disagio, di inquietudine, in cui

[2] Cfr. *Ier.* 29, 11.

tanti suoi figli si trovano. E come non potrebbe addolorarsi nell'intimo, al pensiero delle loro angustie, se a tutti indistintamente vanno le sue paterne sollecitudini? Gesù benedetto è il Redentore di tutto il genere umano ; Egli è oggi salutato *lumen ad revelationem gentium :* Salvatore di tutte le genti, e quindi a Lui non solo appartengono quanti sono figli della Cattolica Chiesa, ma quanti sono battezzati nel nome santo di Lui, e quanti sono egualmente suoi per diritto di creazione e per la virtù redentiva del suo Sangue Preziosissimo, versato a salute di tutto il genere umano. Sangue della Croce ! O Signore : *per sanctam crucem tuam redemisti mundum.*

Scenda questo Sangue redentore su tutti gli uomini, non più estranei, nè ostili, ma fratelli : ne confermi la volontà di pace, le aspirazioni alla tranquillità e al benessere ; estingua ogni germe di divisione e di rivalità, affinchè si diffonda e regni il reciproco amore, fondamento di cristiana duratura civiltà.

Diletti figli, vi abbiamo riservato qui sulla fine del Nostro colloquio e come a temperare la mestizia per l'argomento doloroso toccato, un annuncio che, sotto gli auspici della offerta di Gesù al tempio fatta dalla Madre benedetta, Madre sua e nostra, pensiamo debba riuscire molto caro.

Eccovi qui, segnato di mano Nostra, innanzi a voi, che per la varietà delle provenienze rappresentate la Santa Chiesa sparsa in ogni regione della terra, il *Motu proprio* che fissa la data della solenne apertura del Concilio Ecumenico Vaticano II. Questa data è l'il ottobre dell'anno 1962, ora incominciato : festa liturgica della Maternità divina di Maria S Slnia, richiamo quindi al Concilio di Efeso — terzo ecumenico — che questo dogma Mariano proclamò. Da Roma, per l'appunto da San Pietro in Vincoli, colui che nella storia è rimasto quale *huius tituli presbyter,* Filippo,[3] partì alla volta di quel Concilio, con l'autorità di Legato di papa Celestino I. A quella stessa basilica il Santo Padre Pio IX, animato da profonda reverenza per tanto insigni memorie, si recò il I° agosto 1862[4] e, successivamente, il 27 marzo 1868,[5] mentre già era in atto la preparazione del Concilio Ecumenico Vaticano I.

[3] PRESBYTERI TAMEN HIC LABOR EST ET CURA PHILIPPI
POSTQUAM EPHESI XPS VICIT UTROQUE POLO.

Cod. Pal. Vat. 833; Cfr. M. Armellini, *Le Chiese di Boma dal secolo IV al XIX.* Eoma 1942, t. I, p. 261.

[4] Cfr. *Giornale di Boma,* n. 175, 1862, sabato 2 agosto, p. 1.

[5] Dalla iscrizione collocata nella Casa Religiosa di S. Pietro in Vincoli.

È questa una notizia bene augurale ed incoraggiante.

Diletti figli, il Concilio Vaticano II Ci sta innanzi, oggetto dei desideri e dei voti ornai si può ben dire di tutto il mondo,

Noi confidiamo nel Signore : ma chi conosce il mistero dell'avvenire circa tutte le circostanze della sua celebrazione?

Il Pastore della Chiesa universale è innanzi tutto il guardiano e il custode che vigila sul gregge di Cristo.

È ben naturale che possa annunziarsi e preoccuparci qualche ora di incertezza : e che accada di doversi rivolgere a Lui, diciamo, all'umile Vicario di Cristo, che vi parla, con le parole bibliche di Isaia : « *Custos quid de nocte? custos quid de nocte?* **».[6] A che ora siamo della notte : a che ora siamo?**

Il guardiano, il mistico pastore, non potrà egli rispondere : « questa è una schiarita verso il mattino : ma la notte può tornare ancora? ». È bene che voi continuiate a domandare : *Si quaeritis, quaerite.* **Ma il pastore, custode del gregge, proseguirà nel suo buon avvertimento :** *convertimini, venite*[7] *:* **ma come a dire a tutti : « ravvedetevi dai vostri errori, e tornate tutti insieme » —** *venite, venite* **— non ad ostinazione di malintesi, di crudeltà fra popoli fratelli, ma alla legge della umana e cristiana saggezza —** *ad lumen et revelationem gentium* **— che sarà splendore di verità e di giustizia; a gloria verace del popolo di Dio:** *gloriam plebis tuae Israel.*

Diletti figli, tale il voto migliore di questa sacra giornata : e sul voto, certo un poco commosso del cuore e delle labbra, poniamo il suggello della Benedizione Apostolica. Amen, amen.

[6] ***Is.*** **21, 11.**
[7] ***Ib.*** **21, 12.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die IS Octobris 1961. — **Cathedrali Ecclesiae Iguatuvinae, noviter erectae, praefecit R. D. Iosephum Maurum Romalho de Alarcon Santiago, parochum civitatis vulgo nuncupatae « Aracati », in dioecesi Limoeirensi.**

die 13 Novembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Aninetensi R. P. D. Paulum Latusek, Antistitem Urbanum, Seminarii Maioris Vratislaviensis rectorem, quem deputavit Auxiliarem, pro archidioecesi Gnesnensi, Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.**

die 20 Novembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Abbiritanae R. D. Ioannem Oblak, e dioecesi Tarnoviensi, professorem Historiae Ecclesiasticae in Seminario Maiore ad « Olsztyn », quem deputavit Auxiliarem, pro archidioecesi Gnesnensi, Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.**

die 24 Novembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Mechliniensi Exc. P. D. Leonem Iosephum Suenens, hactenus Episcopum titularem Isindensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Hadrianotheraeaè R. D. Bronislaum Dabrowski, e Congregatione Parvae Operae Divinae Providentiae sacerdotem, quem deputavit Auxiliarem, pro archidioecesi Varsaviensi, Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.**

die 26 Novembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Blaundeniae Exc.**

P. D. Victorem Ioannem Perrin, hactenus Episcopum Atrebatensem.

die 30 Novembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Acheruntinae Exc. P. D. Conradum Ursi, hactenus Episcopum Neritonensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Dianensi Exc. P. D. Aldum Forzoni, hactenus Episcopum Gravinensem et Montis Pelusii.**

die 4 Decembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Albiensi Exc. P. D. Claudium Dupuy, hactenus Episcopum titularem Selijensem.**

die 7 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Meldensi Exc. P. D. Iacobum Eugenium Aloisium Ménager, hactenus Episcopum titularem Antiochenum parvum.**

die 11 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Andegavensi Exc. P. D. Henricum Mazérat, hactenus Episcopum Foroiuliensem-Tolonensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Malolosinae, nuper erectae, Exc. P. D. Emmanuelem P. dei Rosario, hactenus Episcopum Calbayoganum.**

— **Cathedrali Ecclesiae Imusensi, nuper erectae, R. P. D. Artemium G. Casas, Antistitem Urbanum, ex archidioecesi Manilensi.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Garrianensi R. P. Hyacinthum Eccher, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, quem constituit Praelatum** *nullius* **Aiquilensis.**

die 12 Decembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Bononiensi R. P. D. Antonium Caillot, Antistitem Urbanum et Vicarium Generalem dioecesis Constantiensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Alfonsi Pauli Desiderati Gaudron, Episcopi Ebroicensis.**

die 14 Decembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Durangensi Exc. P. D. Antonium López Aviña, hactenus Episcopum Zacatecensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Neo-Iguassuensi Exc. P. D. Honoratum Piazera, hactenus Episcopum titularem Termessensem.**

die 15 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Atrebatensi R. D. Gerardum Huyghe, e dioecesi Insulensi, curionem ad S. Martini in urbe Dunkerque cognominata.**

die lß Decembris. — **Metropolitanae Ecclesiae S. Pauli de Minnesota Exc. P. D. Leonem Binz, hactenus Archiepiscopum Dubuquensem.**

die 23 Decembris. — **Praelaturae** *nullius* **Raymundianae, noviter erectae, R. P. Amadeum González Ferreiros, ex Ordine B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum.**

die 2 Ianuarii 1962. — **Cathedrali Ecclesiae Canalopolitanae, noviter erectae, Exc. P. D. Orestem Iacobum Nuti, hactenus Episcopum Melensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Melensi R. D. Robertum Caceres, curionem**

paroeciae B. M. V. a Perpetuo Auxilio et S. Eugenii, in civitate Montis Videi.

die 16 Ianuarii. — **Metropolitanae Ecclesiae Tarentinae Exc. P. D. Oulielmum Motolese, hactenus Episcopum titularem Eutymensem.**

die 19 Ianuarii. — **Cathedralibus Ecclesiis Gravinensi et Montis Pelusii, invicem perpetuo unitis, Exc. P. D. Iosephum Vairo, hactenus Episcopum titularem Uthinensem.**

die 23 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Tutelensi Exc. P. D. Marcellum Lefebvre, hactenus Archiepiscopum Dakarensem, cui servavit archiepiscopalem titulum** *ad personam.*

— **Titulari episcopali Ecclesiae Aquaealbensi in Byzacena Exc. P. D. Amabilem Chassaigne, hactenus Episcopum Tutelensem.**

n
ANDRIENSIS

DECRETUM
Suppressionis Capituli Collegialis S. Nicolai

Exstant Netii tum Capitulum Cathedrale tum insigne Capitulum Collegiale Sancti Nicolai.

In praesens vero Capitulum S. Nicolai, ob exiguum Canonicorum numerum eorumque infirmam valetudinem ac provectam aetatem, non amplius suis muneribus uti par est fungi potest.

Quapropter Exdmus P. D. Franciscus Brustia, Episcopus Andriensis, postulantibus utriusque Capituli canonicis, Apostolicae Sedi supplices porrexit preces ut insigne Capitulum Collegiale S. Nicolai supprimeretur eiusque in praesens Capitulares viri in Capituli Cathedralis gremium aggregarentur.

Sacra Consistorialis Congregatio, rei opportunitate perspecta, porrectis precibus libenter annuendum censuit.

Proinde, vigore specialium facultatum sibi a Sslíño Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII tributarum et suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium aut habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, insigne Capitulum Collegiale S. Nicolai civitatis Andriensis perpetuo supprimit et omnino extinguit ;

clericos autem, qui dignitatem vel beneficium canonicale in eodem nunc obtinent, Capitulo Cathedrali aggregat.

Sacra Consistorialis Congregatio decernit insuper ut binae dignitates suppressi Capituli S. Nicolai proprias capitulares vestes et ornatus servent eaedemque omnibus Canonicis praecedant immediate post dignitates Capituli Cathedralis.

Indulget demum : ut R. D. Vincentius D'Oria, praesens curio ecclesiae S. Nicolai, pro hac vice tantum, simul et canonicus sit Capituli Cathedralis; ut R. D. Iacobo Noia, iubilato suppressi Capituli S. Nicolai, praecedentia competat inter omnes Canonicos, etiam Capituli Cathedralis, ab obtento beneficio in Capitulo S. Nicolai.

Quoad vero administrationem bonorum atque pias fundationes suppressi Capituli S. Nicolai Excmus Ordinarius S. Congregationem Concilii adeat eiusque obtemperet mandatis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, S. Consistorialis Congregatio memoratum Excoíñum P. D. Franciscum Brustia, Episcopum Andriensem, deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad hanc S. Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 1 Ianuarii anno 1961.

£8 MARCELLUS **Card.** MIMMI, **Ep. Sabinen, et Mandelen.,** *a Secretis*

L. © **S.**

f Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

III
S. IOSEPHI IN COSTARICA-ALAIUELENSIS-LIMONENSIS

DECRETUM
De finium immutatione

Maiori animarum bono apprime studentes Excmi PP. DD. Carolus Humbertus Rodríguez y Quirós, Archiepiscopus S. Iosephi in Costarica, Ioannes Vincentius Solis Fernández, Episcopus Alaiuelensis, et Al-

fonsus Höfer, Episcopus titularis Thebanus in Phtiotide, Vicarius Apostolicus Limonensis, unanimi consensu ab Apostolica Sede expostulaverant ut fines circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Ianuarii Verolino, Archiepiscopi Corinthiensis et in Republica Costaricensi Apostolici Nuntii, atque initis consiliis cum S. Congregatione De Propaganda Fide quoad territorium Vicariatus Apostolici Limonensis, rata huiusmodi immutationes aeternae animarum saluti cessuras, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII tributarum, oblatis precibus benigne annuere dignata est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto :

1 - ab archidioecesi S. Iosephi in Costarica distrahit :

a) **territorium municipiorum vulgo** *Santa Bárbara, San Antonio de Belén, San Joaquin de Flores* **et** *Turrubares,* **necnon et civilis districtus** *Sarapiqui* **nuncupatorum, idemque perpetuo adnectit dioecesi Alaiuelensi ;**

b) **territorium civilis districtus cui nomen** *Santa Cruz,* **intra fines municipii vulgo** *Turrialba* **exstans, paroeciae** *Juan Viñas* **nuncupatae obnoxium, illudque Vicariatui Apostolico Limonensi perpetuo adnectit.**

2 - a Vicariatu Apostolico Limonensi separat partem territorii civilis provinciae de Heredia in finibus eiusdem Vicariatus patentem quae his limitibus circumscribitur : ad septentrionem cursu fluminis *San Juan* **usque dum istud recipit aquas fluminis** *Sarapiqui,* **ad orientem et meridiem fluminibus** *Colorado* **et** *Chirripé,* **ad occasum solis denique cursu fluminum** *Sarapiqui* **et** *Sucio* **usque ad oram fluminis** *EI Cenerai,* **illamque in posterum dioecesi Alaiuelensi adnectit.**

Mandat insuper Sacra Congregatio Consistorialis ut documenta et acta praefatorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia a Curia a qua ad Curiam dioeceseos cui illa nuper sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, quam primum, transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium vel officium legitime detinent; ceteri autem clerici illi dioecesi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sacra Congregatio Con-

sistorialis memoratum Excimum P. D. Ianuarium Ver olino deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoria^ Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 21 mensis Augusti anno 1961.

CAROLUS **Card.** CONFALONIERI, *a Secretis*

L. *ÍB* S-

f Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

IV

PARAQUARIAE

DECRETUM

De erectione Vicariatus Castrensis

Quo militibus, aptiore firmioreque ratione, spiritualia praestarentur adiumenta — quemadmodum catholica nationis traditio exigit — inter Apostolicam Sedem et Reipublicae Paraquariae Magistratus solemnis nuper inita fuit pactio.

Ad huiusmodi autem Conventionem perficiendam Ssmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto *Vicariatum Castrensem Paraquarianum* erigit et constituit, quem — sarctis tectisque legibus memorato pacto statutis — sequentibus instruit normis.

1. Vicariatus Castrensis constabit : Vicario Castrensi, quatuor cappellanis maioribus, pro copiis, respective, terrestribus, maritimis, aeréis et a publica securitate, atque cappellanis militum, seu minoribus.

2. Vicarius Castrensis Pro-Vicarium constituet ex cappellanis maioribus, nisi aliter iudicaverit, delectum, qui proinde utroque fungetur munere.

3. Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae Assumptione--poli erit.

4. Curia ad instar dioecesanae efformantur atque ad eam pertinebunt : Pro-Vicarius, cappellani maiores, consultores, ceterique administri qui, iudicio Vicarii Castrensis, necessarii putantur.

5. Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria tum fori externi tum fori interni, speciali ac cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis de Vicariis Castrensibus *Solemne semper* **a Sacra Congregatione Consistoriali die 23 mensis-Aprilis anno 1951 editae.**

In stativis autem castris et in locis militibus utcumque reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercebit, secundario, quoties, scilicet, idem Vicarius Castrensis eiusque cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, initis consiliis — quatenus fas erit — cum Vicario Castrensi.

6. Iurisdictioni Vicarii Castrensis Paraquariae obnoxii erunt :

a) **Omnes sacerdotes in utroque cleri ordine militantes, qui muneri cappellani militum habitualiter deputantur ; sacerdotes autem qui auxiliarem operam praestant iurisdictioni Vicarii Castrensis subsunt tempore tantum quo opem navant, vel in iis quae ad militum curam spectant..**

b) **Universi Christi fideles qui sub vexillis Reipublicae Paraquarianae terra marique et aëria classi actu militant.**

c) Qui eorundem familias constituunt, uxores, videlicet, liberi, propinqui et necessarii atque famuli, dummodo in copiarum stationibus, vel in locis militibus reservatis, cum iisdem cohabitent.

d) **Qui, vulgato nomine,** *cadetes,* **nuncupantur in militaribus academiis instituendi, necnon ephebeorum alumni gradum optionis affectantes.**

e) Qui ad legiones a Publica Securitate pertinent, vulgo *fuerzas-policiales* **appellatas.**

/) Qui tandem, sive alicui Religioni adscripti sive non, in nosocomiis et in ceteris institutis aut locis militibus reservatis stabilem, sedem obtinent.

7. Vicarius Castrensis, conlatis cum Reipublicae Praeside consiliis, ab Apostolica Sede deligetur et per peculiare S. Congregationis Consistorialis Decretum officio potietur.

8. Cappellani maiores et militum cappellani a Vicario Castrensi — servatis servandis — nominantur, eiusque ordinariae potestati, durante munere, omnino subduntur.

Quoad ecclesiasticam disciplinam tamen, potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, obnoxii erunt. Huic vero, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, et monito statim Vicario Castrensi.

9. Quod ad militum cappellanos religiosos attinet, adamussim servetur Instructio *De Cappellanis militum religiosis,* a S. Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita, die 2 mensis Februarii anno 1955 edita.

10. Pro-Vicario et cappellanis maioribus necessarias et opportunas Vicarius Castrensis tribuet facultates.

11. Militum cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus parochorum, ad normam memoratae Instructionis de Vicariis Castrensibus, instructi.

Ubi autem impar necessitatibus sit militum cappellanorum numerus, Vicarius Castrensis — conlatis cum loci Ordinario aut cum Superiore religioso consiliis — sacerdotibus e clero saeculari vel religiosis militum curam committet, eisque necessarias et opportunas tribuet, ad nutum, facultates.

12. In celebratione matrimoniorum subditorum Vicariatus Castrensis, religiose servetur praescriptum canonis 1097, § 2 C. I. C, id est : « pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset», et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

13. Causas subditorum Vicariatus Castrensis Paraquariae sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tribunal metropolitanum Sanctissimae Assumptionis in prima instantia, dioecesanum Villaricense in altera instantia pertractabunt.

14. Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis exhibebit, quaesitis respondens iuxta ea quae in « Formula servanda » praescribuntur, a S. Congregatione Consistoriali die 20 mensis Octobris anno 1956 statuta.

Quinquennia autem sunt fixa ad normam canonis 340, § 1, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Paraquarianae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio est promenda, Vicarius Castrensis ad Urbem Apostolorum Petri et Pauli sepulchra veneraturus accedat et Romano Pontifici se sistat.

15. Vacante Vicarii Castrensis officio, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis — usque dum novus Vicarius Castrensis muneris possessionem ceperit — Pro-Vicarius, si adfuerit, assumet; secus cappellanus maior in munere antiquior.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit facultatibus fruetur et oneribus adstringetur quae ius commune — congrua congruis referendo — Vicario Capitulari tribuit.

Ipsius praesertim erit S. Congregationem Consistorialem de assumpto munere certiorem facere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua Excimum P.D. Carolum Martini, Archiepiscopum titularem Abaritanum, in Paraquaria Nuntium Apostolicum, deputare dignata est opportunis et necessariis conlatis facultatibus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 20 mensis Decembris anno 1961.

CAROLUS **Card.** GONFALONIERI, *a Secretis*

L. ffî S.

f Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

i

DECRETUM

Pontificium Institutum Liturgicum Anselmianum canonice erigitur penes Facultatem Sacrae Theologiae Pontificii Athenaei Sancti Anselmi de Urbe.

Ut legem credendi lex statuat supplicandi, Apostolica Sedes, inde a christianae fidei primordiis, id inculcare consuevit, ut ((praeter inviolabiles sanctiones, quibus piissimi Patres, pestiferae novitatis elatione deiecta, et bonae voluntatis exordia et incrementa probabilium studio-

rum et in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quae ab Apostolis tradita in toto mundo atque in omni Ecclesia catholica uniformiter celebrantur» (cfr. Enchiridion symbolorum et definitionum, n. 129). Quod ut impigro ecclesiastici doctioresque christifideles assequantur studio, Romani Pontifices, ad «necessitudinem inter dogma et liturgiam sacram, itemque inter cultum christianum et populi sanctificationem » intimius perspiciendam penitiusque procurandam, iugiter hortati sunt, nostris equidem temporibus Constitutione Apostolica «Divini cultus » Pii XI fel. rec. ac praecipue Encyclicis Litteris ((Mediator Dei » ab eiusdem successore Pio XII sanctae memoriae d. XX **m. Novembris a. D.** MCMXLVII **datis. Sollicitis Pontificum monitis obsequentes, sodales in primis Monastici Ordinis Sancti Benedicti sacram Liturgiam scientifica investigatione funditus excolendam, scriptis dissertationibus tractatibusque undequaque illustrandam, publicis praelectionibus tironibus theologisque docendam, summo studio prosecuti sunt. Tanto tot saeculorum decursu peracto operi fastigium imponere cupiens, Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti propositum significavit condendi, sub ductu et auctoritate Sanctae Sedis, Institutum Liturgicum penes Theologicam Facultatem Athenaei Anselmiani, cui praesunt in Urbe Monachi Ordinis Sancti Benedicti, quo aptius scientifica methodo instituerentur tum magistri disciplinarum liturgicarum tum directores Commissionum liturgicarum singularum dioeceseon. Sacra autem Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, postquam peculiaria Statuta examini subiecit atque approbavit, in Ecclesiae Sanctae decus ac salutarem clericorum presbyterorumque eruditionem, pro munere** *erigit* **atque** *erectum declarat Institutum Liturgicum Anselmianum,* **quod ob rei momentum** *Pontificii* **titulo in posterum insignitum decernit, cuius erit liturgicas scientias et biennali praelectionum cursu et criticis editionibus textuum ac documentorum provehere, atque publicis collationibus de altiorum pervestigationum exitu omnes certiores facere, ad normam eorundem Statutorum, agnitis iuribus honoribus privilegiis quae iisdem innuuntur ; ceteris servatis de iure servandis.**

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus, d. xvn m. Iunii a. D. MCMLXI.

£8 **I. Card.** PIZZARDO, **Ep. Albanen.,** *Praefectus*

L. © S.

f Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secretis*

II

DECRETUM

Catholica Studiorum Universitas Vallis Paradisi in Republica Chilena erectione canonica donatur.

In humanam succrescentem sobolem exquisitis erudiendam doctrinis optimisque moribus informandam, Sancta Dei Ecclesia praecipuam sedulamque curam constanter impendit, ad pietatem fingendo animos et scholas condendo, quibus religionis scientiarum artiumque studio instituerentur, qui postea in commune civium consortionis bonum vel magisteriis vel publicis muneribus essent functuri. Hac igitur actuosa voluntate studiosam iuventam complexa, Apostolica Sedes plures in Americae Meridionalis nationibus Catholicas studiorum Universitates promovit atque erexit, ut tutis saeptis exciperentur ingeniosiores adulescentes ((doctrina sensuque catholico imbuendi » (can. 1379, par. 2, C. I. C) . Quas inter, in Chilena Republica, Metropolitanae urbis Sancti Iacobi amplissimum superiorum studiorum domicilium eminet, die xxi m. Iunii a. D. MDCGCLXXXVII inchoatum, die vero xi m. Februarii a. D. MCMXXX a Sede Apostolica canonice erectum. Idem urbi Vallis Paradisi, principi totius Reipublicae portui, praestare cupientes, pii coniuges Raphael Ariztía et Maria Theresia Brown largissimas opes munificentissime contulerunt legitime constituendae fundationi « Isabel Caces de Brown », quam dioecesis Vallis Paradisi Ordinario in perpetuum donaverunt ad Athenaeum condendum, quo studiosi adolescentes, tenuiori praecipue loco nati, tam christiana institutione quam technicis disciplinis rite informarentur aptique scientificis profectibus et cuilibet industriae provehendae evaderent. Inceptum opus eo feliciter pervenit ut sollemni dicationis die xxv m. Martii a. D. MCMXXVIII florens iuvenum multitudo celebraret novi Instituti duas Facultates Commercii atque Scientiarum Industrialium, ex qua altera, anno MCMXXXVIII, Facultas Scientiarum Physicarum Matheseosque ac Polytechnicum Institutum originem duxerunt; quibus inde Facultas Architectonicae artis, eodem anno, anno vero MCMXLVII Facultas Scientiarum Iuridicarum et Socialium, anno denique MCMXOLIX Facultas Philosophiae et Educationis, accesserunt. Quae omnia tam prospere patrata cum diligenter inspexisset, Sacra Congregatio de Seminariis studiorumque Universitatibus instantes preces Episcopi Vallis Paradisi Augusto Pontifici de

Catholica Universitate in eadem civitate erigenda diligenter detulit. Salutaria vero eiusdem Athenaei laetus intuitus incrementa, Ssmus D. N. Ioannes Div. Prov. Pp. XXIII perlibenter annuere dignatus est ut eadem Sacra Congregatio, post peculiaria exhibita Statuta rite probata, Athenaeum ad normam can. 1376 C. I. C. erigerei. Hisce igitur Sacra Congregatio, ad Dei O. M. gloriam, ad Sanctae Ecclesiae decus atque in animarum frugiferum proventum *Catholicam Studiorum Universitatem Vallis Paradisi,* **in ipsa eiusdem nominis episcopali civitate nunc vigentem, pro munere** *constituit erigitque atque in perpetuum erectam declarat,* **quinque memoratis studiorum Facultatibus praeditam necnon Instituto Polytechnico multimodisque Scholis; ipsi Catholicae Universitati iura, honores, privilegia prorsus agnoscens, quae huiusmodi Athenaeis in universo Catholico Orbe ad normam iuris competunt. Sacra eadem Congregatio insuper praecipit ut omnia ad effectum traducantur, quae approbata Statuta tum de coetu curatorum ac de moderatoribus praescribunt tum de magistrorum discipulorumque officiis definiunt, maxime vero de Sacra eadem Congregatione statis temporibus edocenda rogandaque de novo nominando Rectore, de nova Facultate vel superiorum studiorum Instituto forte inchoandis, de quavis in Statuta a Sede Apostolica approbata mutatione inducenda. Sacrum denique idem Dicasterium** *Episcopum Vallis Paradisi* **pro tempore, Ordinarium loci, laudatae Universitatis studiorum** *Magnum Cancellarium* **de iure constituit ëdicitque, qui nomine Sanctae Sedis rite praesit invigiletque, ad normam (prout res ferat) art. 14 Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » necnon art. 5 « Ordinationum » ad eandem Constitutionem Apostolicam exsequendam additarum. Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.**

Datum Roma, ex aedibus Sacrae Congregationis, die i mensis Novembris, in Festo Omnium Sanctorum, a D. MCMLXI.

£B **I. Card.** PIZZARDO, **Ep. Albanen.,** *Praefectus*

L. © S.

t Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

De Indulgentiis insolitis, quae quibusdam Rosarii coronis attribuuntur

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae relatum est quasdam inter fideles Rosarii coronas distribui, quas insolitis omnino Indulgentiis ditatas aliqui asserunt, adeo ut recitationi uniuscuiusque *Ave Maria* **plures Indulgentiae plenariae adnectantur.**

Cum autem non sit de Romanae Ecclesiae consuetudine certos discretionis limites in elargiendis Indulgentiis excedere, Sacrum hoc Tribunal, cuius est de ipsarum Indulgentiarum concessione et usu iudicare, ad falsas praecavendas interpretationes et indiscretam fidelium devotionem vitandam, declarat has Indulgentias, praedictis coronis attributas, nullatenus validas esse.

Ssmus D.-N. Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 3 Februarii vertentis anni concessa, praedictum Decretum approbavit atque publici iuris fieri iussit.

Datum Roma, e Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 6 Februarii 1962.

A. M. Card. LARRAONA, *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

I. Rossi, *Regens*

n

Oratio pro felici exitu Concilii Oecumenici Vaticani II, a Summo Pontifice Ioanne Pp. XXIII exarata, Indulgentiis ditatur.

Acceptum tibi sit, Domine Deus, sacrificium laudis, quod divinae maiestati tuae offero pro felici exitu Concilii Oecumenici Vaticani secundi, et praesta, ut quod simul cum Pontifice nostro Ioanne suppliciter a te petimus, per misericordiam tuam efficaciter consequamur, Amen.

Die 16 Februarii 1962

S Simus D. N. Ioannes div. Prov. Pp. XXIII Clericis, qui ante Divini Officii oblationem, praefatam orationem devote recitaverint, Indulgentias quae sequuntur benigne dilargiri dignatus est, videlicet : **1. partialem quingentorum dierum** *saltem corde contrito lucrandam;* **2. plenariam,** *suetis conditionibus, semel in mense acquirendam, si quotidie per integrum mensem eandem recitationem persolverint. Praesenti ad exitum praedicti Concilii Oecumenici Vaticani valituro.*

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

I. Rossi, *Regens*

L. © S.

M. Schierano, *Substitutus*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

VIC. APOST. ALEPPEN.

Nullitatis matrimonii (Aboussouan - Balarse Mansour)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Mansour Batarsé, in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum, vel per se, vel per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Palazzo della Cancelleria, Piazza della Cancelleria 1, Roma) die 16 Iunii 1962, hora undecima, ad dubium concordandum, vel ad infrascriptum dubium subscribendum :

An sententia Rotalis diei 15 Iulii 1944 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi aliique notitiam habentes de commoratione praedicti domini Mansour Batarsé, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Guillelmus Doheny, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 14 Februarii a. 1962.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Mansour Batarsé, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 juin 1962, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Doit-on confirmer ou casser la sentence Botale du 15 juillet 1944 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Mansour Batarsé devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 3 febbraio 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. Luís AMADO-BLANCO Y FERNÁNDEZ, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Cuba.

Venerdì, 16 febbraio 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. MOHAMMED ABDUL RAUF, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'India.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 ottobre 1961. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Koenig Francesco, *Protettore dell'Istituto Secolare « Notre-Dame de la Route »* **(Vienna).**

11 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Bea Agostino, *Protettore delle « Esclavas del Divino Pastor »* **(Messico, D. F.).**

7 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Wyszynski Stefano, *Protettore delle « Ancelle di Gesù »* **(Varsavia).**

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale D'Alton Giovanni, *Protettore delle « Franciscan Missionari/ Sisters for Africa »* **(Dundalk, Armagh).**

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Confalonieri Carlo, *Protettore delle « Serve del Sacro Cuore di Gesù e dei Poveri »* **(Puebla, Messico).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Heard Guglielmo Teodoro, *Protettore del Venerabile Collegio Inglese in Roma.*

3 gennaio 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro, *Protettore delle Suore Missionarie della Consolata* **(Grugliasco, Torino).**

3 gennaio 1962. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio Maria,** *Protettore dei « Missionari Giuseppini di Messico »* **(Ciudad de México).**

10 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Döpfner Giulio,** *Protettore della « Kongregation der Dienerinnen der heiligen Kindheit Jesu»* **(Würzburg-Oberzell, Würzburg).**

» » » **S. E. Revma Monsig. Punzólo Luigi, Arcivescovo tit. di Sebastea,** *Internuncio Apostolico in Siria.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

24 giugno 1961. **S. E. Revma Monsig. Bressane de Araujo Ugo, Arcivescovo-Vescovo di Marilia.**

10 luglio » **S. E. Revma Monsig. Rancans Giuseppe, Vescovo tit. di Marcopoli.**

25 agosto » **s. E. Revma Monsig. Habozian Mesrop, Arcivescovo tit. di Camaco.**

13 novembre **s. E. Revma Monsig. Villepelet Giovanni Giuseppe, Vescovo di Nantes.**

6 dicembre » **s. E. Revma Monsig. Chassaigne Amabile, Vescovo tit. di Acque Albe di Bizacena.**

» » **s. E. Revma Monsig. Hyland Francesco E., Vescovo tit. di Bisica.**

11 **s. E. Revma Monsig. Foery Walter Andrea, Vescovo di Syracuse.**

» » **s. E. Revma Monsig. Floersh Giovanni A., Arcivescovo di Louisville.**

30 **s. E. Revma Monsig. Mosquera Cesare Antonio, Arcivescovo di Guayaquil.**

Protonotari Apostolici **ad instar participantium :**

21 settembre 1961. **Monsig. Sabo John S. (Fort Wayne-Sout Bend).**
17 ottobre » **Monsig. Fleury Curado Manuel (Patos de Minas).**
21 » » **Monsig. Vokovic Srecko (Split e Makarska).**
1 dicembre » **Monsig. O'Connell Henry Joseph (Boston).**
» » » **Monsig. Casey John Valentine (Dubuque).**
11 » » **Monsig. Masia Giovanni (Sassari).**
» » » **Monsig. Spallanzani Renato (Roma).**
30 » » **Monsig. Gentileschi Gaetano (Ripatransone).**
25 gennaio 1962. **Monsig. Pomponi Luigi (Ripatransone).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si *è* degnato di nominare:

3 febbraio 1962. Il Revmo Padre Rezac Giovanni, della Compagnia di Gesù, *Consultore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

» » ». L'Illmo e Revmo Monsig. Morelli Giacomo, *Consultore della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

23 giugno 1961. Al sig. Moreno Hueyo Belisario *(Argentina).*
13 luglio » Al sig. Von Holleben Ehrenfried *(Germania).*
» » » Al sig. Goppel Alfonso (*Germania).*
» » » Al sig. Eberhard Rodolfo *(Germania).*
» » » Al sig. Zu Löwenstein Carlo *(Germania).*
» » » Al sig. Schauff Giovanni *(Germania).*
8 settembre » Al sig. Urmeneta Ajarnaute Michele Xaverio (Pamplona).
7 ottobre » Al sig. Ducei Roberto *(Italia).*
14 » » Al sig. Molié Filippo (Genova).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

23 giugno 1961. Al Gen. di Brigata Hidalgo Oliva Gilberto *(Argentina).*
» » » Al Contramm. Pérez Guglielmo *(Argentina).*
» » » Al Gen. di Brigata Garré Giovanni Sebastiano *(Argentina).*

La Placca dell'Ordine di san ' Gregorio Magno, classe civile:

6 luglio 1961. Al sig. Delforge Marco (Namur).
13 » » Al sig. Kärcher Federico *(Germania).*
» » » Al sig. Mayer Giuseppe *(Germania).*
8 novembre » Al sig. Manzini Raimondo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23 giugno 1961. Al sig. Castellano Tristano D. *(Argentina).*
6 luglio .» Al sig. Parma Ivan Cirillo (Austin).
13 » » Al sig. Brauchle Giorgio *(Germania).*
» » » Al sig. Wirmer Ernesto *(Germania).*
» » » Al sig. Kunisch Riccardo *(Germania).*
» » » Al sig. Barbarinó Otto *(Germania).*
» » » Al sig. Leopold Giovanni *(Germania).*

13 luglio 1961. Al sig. **Baer Federico** *(Germania).*
» Al sig. **Von Brand Filippo** *(Germania).*
» » Al sig. **Engel Enrico** *(Germania).*
» Al sig. **Heigl Antonio** *(Germania).*
» » Al sig. **Mang Giovanni** *(Germania).*
» » Al sig. **Ankenbrand Leopoldo** *(Germania).*
» » » Al sig. **Lang Pietro Carlo** *(Germania).*
» » Al sig. **Caccavalle Paolo (Boma).**
21 » Al sig. **Mouton Francesco Saverio (Lafayette).**
6 agosto Al sig. **Philippart Angel Marie Joseph (Liége).**
» » » Al sig. **Wehrli Federico (Lugano).**
18 » » Al sig. **Brettagna Adolfo (Ferentino).**
» » » Al sig. **Parat Maurizio (Versailles).**
15 settembre Al sig. **Harrigan John R. (Nelson).**
20 » Al sig. **Cabrai da Costa Sacadura Sebastiano (Lisboa).**
» » Al sig. **La Padula Attilio (Roma).**
» » Al sig. **Van den Oever Domenico Giacomo J. (Rotterdam)**
» » » Al sig. **Larouche Leopold (Timmins).**
» » » Al sig. **Joyal Hector (Timmins).**
14 ottobre » Al sig. **Castelli Nicola (Vasto).**
20 » » Al sig. **Lorito Gaetano (Salerno).**
28 » » Al sig. **Sara Giorgio (Damasco dei Melchiti).**
» » » Al sig. **Venturini Vittorio (Roma).**
10 novembre » Al sig. **De Ruggiero Giuseppe (Taranto).**
17 » » Al sig. **Tittel Ernesto (Vienna).**
» » Al sig. **Duruflé Maurizio (Malines).**
» Al sig. **Pröpper Teodoro (Paderborn).**
» » Al sig. **Wellesz Egon (Birmingham).**
» » Al sig. **Vignanelli Ferruccio (Roma).**
» Al sig. **Germani Fernando (Roma).**
» Al sig. **Andriessen Enrico (Rotterdam).**
» Al sig. **Higginson J. Vincenzo (New York).**

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

13 luglio 1961. Al sig. **Reichelt Paolo** *(Germania).*
» » Al sig. **Dippelhofer Otto** *(Germania).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

13 novembre 1959. Al sig. **Mellish Roberto (Southwark).**
15 giugno 1961. Al sig. **Courvoisier Alfonso. (Besançon).**
23 » » Al sig. **De Wolf Andrea Antonio G. (Breda)**
26 » » Al sig. **Skillen Andrea (Middlesbrough).**
8 luglio » Al sig. **Bohracher Francesco (Innsbruck).**
13 » Al sig. **Bräu Giovanni** *(Germania).*
» » Al sig. **Eschenauer Giuseppe** *(Germania).*
» Al sig. **Bauer Adolfo** *(Germania).*
» » » Al sig. **Käfer Kurt** *(Germania).*
» » Al sig. **Köppler Enrico** *(Germania).*

13	luglio	1961.	Al sig. **Albert Gustavo** *(Germania).*
»	»	»	Al sig. **Busch Garlo** *(Germania).*
»			Al sig. **Williroider Giuseppe** *(Germania).*
»		»	Al sig. **Heiss Max** *(Germania).*
	»		Al sig. **Sauer Federico** *(Germania).*
	»	»	Al sig. **Geisenhofer Francesco** *(Germania).*
	»		Al sig. **Gebhert Martino** *(Germania).*
»	»	»	Al sig. **Laska Giuseppe** *(Germania).*
»	»	»	Al sig. **Kaesbach Carlo Enzo** *(Germania).*
»	»	»	Al sig. **Buckreuss Walter** *(Germania).*
»	»		Al sig. **Lill Giovanni Giacobbe** *(Germania).*
	»		Al sig. **Frings Giovanni** *(Germania).*
	»	»	Al sig. **Hentschel von Gilgenheimb Francesco Giuseppe** *(Germania).*
		»	Al sig. **Peffer Giuseppe (Luxembourg).**
	»		Al sig. **Schumacher Augusto (Luxembourg).**
	»	»	Al sig. **Hoefnagels Enrico Guglielmo (Utrecht).**
21	»		Al sig. **Arceneaux Emilio G. (Lafayette).**
»	»		Al sig. **Boudreaux Alfonso L. (Lafayette).**
	»		Al sig. **Bujard Alton Moss (Lafayette).**
	»	»	Al sig. **Declouet Paolo Enrico (Lafayette).**
	»		Al sig. **Himel Renato Ettore (Lafayette).**
»	»	»	Al sig. **Reggie Emilio Antonio (Lafayette).**
6	agosto	»	Al sig. **Redier: Jacques (Bayeux e Lisieux).**
»	»		Al sig. **Cébron de l'Isle Joseph (Nantes).**
»	»		Al sig. **Georget Adolphe (Nantes).**
		»	Al sig. **Guy on Ernest (Nantes).**
		»	Al sig. **Jouitteau François (Nantes).**
		»	Al sig. **Robet Gilbert (Nantes).**
			Al sig. **Disch Enrico Luigi L. M. (Roermond).**
		»	Al sig. **Van Eck Dirk ('s-Hertogenbosch).**
»			Al sig. **Kennedy Patrick Angus (Winnipeg).**
18			Al sig. **Van der Laan Giovanni Antonio (Rotterdam).**
8	settembre	»	Al sig. **Mammen Giovanni (Haarlem).**
»	»	»	Al sig. **Melchers Giovanni J. (Rotterdam).**
»			Al sig. **Schreurs Enrico Mattia L. M. ('s-Hertogenbosch).**
15		»	Al sig. **Gandolfi Claudio (Cremona).**
20	»		Al sig. **Van Eck Prudenzio J. ('s-Hertogenboschi.**
»			Al sig. **Goulet Donat (Timmins).**
»	»		Al sig. **Cüddihy Paul (Timmins).**
»			Al sig. **Garon Léon T. (Timmins).**
»	»		Al sig. **Kelly Joseph 'Maurice (Timmins).**
			Al sig. **Smith Elmer (Timmins).**
	»	»	Al sig. **Pilon Raymond (Timmins).**
27	»		Al sig. **Fehmers Pietro Gerardo F. T. (Rotterdam).**
»	»		Al sig. **Van Velzen Hendricus A. (Rotterdam).**
7	ottobre	»	Al sig. **Richard Bernard (Lyon).**

T ottobre 1961. Al sig. **Meda Arialdo (Milano).**
14 » » Al sig. **Bakose Giuseppe (Bagdad).**
28 » Al sig. **Cocchi Angelo (Asmara).**

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe milita

13 luglio 1961. Al Ten. Col. **Ulrich Warner** *(Germania).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

13 luglio 1961. Al sig. **Hettlage Carlo Maria** *(Germania).*
» » » Al sig. **Heubl Francesco** *(Germania).*
» » » Al sig. **Hartinger Giuseppe** *(Germania).*
» » » Al sig. **Brannekämper Theo** *(Germania).*
» Al sig. **Merkt Giovanni** *(Germania).*
» Al sig. **Schwerd Andrea** *(Germania).*

La *Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:*

19 aprile 1961. Al sig. **Rodríguez de Legísima Edoardo (Orense).**
20 » » Al sig. **Garda García Raimondo (Pamplona).**
4 maggio » Al sig. **Hamilton Monteverde Carlo (Tenerife).**
23 giugno » Al sig. **Roncoroni Attilio Regolo** *(Argentina).*
» » Al sig. **Osorio Stefano** *(Argentina).*
» » » Al sig. **Roggero Raul** *(Argentina).*
» » Al sig. **Cousin Enrico (Besançon).**
6 luglio » Al sig. **Petti Redemisto (Roma).**
13 » Al sig. **Bayerle Alberto** *(Germania).*
» » » Al sig. **Gussone Carlo** *(Germania).*
» » Al sig. **Geyer Enrico** *(Germania).*
» Al sig. **Schmitt Bruno** *(Germania).*
» Al sig. **Meyer Carlo** *(Germania).*
» » Al sig. **Laupheimer Giuseppe** *(Germania).*
» » Al sig. **Günder Enzo** *(Germania).*
» » Al sig. **Remold Giuseppe** *(Germaìiia).*
» » Al sig. **Martin Enrico** *(Germania).*
» » Al sig. **Grüner Rodolfo** *(Germania).*
» » Al sig. **Endter Teodoro** *(Germania).*
» » Al sig. **Zimmermann Eugenio** *(Germania).*
» » » Al sig. **Bayer Giuseppe** *(Germania).*
» » Al sig. **Stauber Carlo** *(Germania).*
» » Al sig. **Fries Carlo** *(Germania).*
» » » Al sig. **Christ Edoardo** *(Germania).*
» Al sig. **Trippen Guglielmo** *(Germania).*
» Al sig. **Münster Clemente** *(Germania).*
» » Al sig. **Sandfuchs Guglielmo** *(Germania).*
» » » Al sig. **Buschmann Federico** *(Germania).*
» Al sig. **Schnell Ugo** *(Germania).*
» » Al sig. **von Pölnitz Götz** *(Germania).*
» » Al sig. **Marx Giovanni Alberto** *(Germania).*

13 luglio 1961. Al sig. Husslein Giuseppe *(Germania).*
» » » **Al sig. Genewein Roberto** *(Germania).*
» » **Al sig. Steiner Giovanni** *(Germania).*
» » **Al sig. Wiedemann Giuseppe** *(Germania).*
» » **Al sig. Schönborn-Wiesentheid Carlo** *(Germania).*
» » **Al sig. Müller-Lutz Enzo Leo** *(Germania).*
» » **Al sig. Von Landsberg-Velen Dieter** *(Germania).*
» » » **Al sig. Von Placék Ottone** *(Germania).*
» » » **Al sig. Eggendorfer Teodoro (Sankt Pölten).**
6 agosto » **Al sig. De Sousa Oliveira Gioacchino (Braga).**
» » **Al sig- Navarre Felix H. (Viedma).**
15 settembre Al sig. Magnani Agostino (Pescia).
» **Al sig. Maltagliati Mario (Pescia).**
» **Al sig. Tiene Oreste (Salerno).**
» » **Al sig. Pastorini Silvio (Torino).**
20 » **Al sig. Gomes Branco Giuseppe (Lisboa).**
7 ottobre Al sig. Della Valle Ernesto (Genova).
» » **Al sig. Bocklandt Arthur (Gent).**
» » **Al sig. Antonietti Carlo (Milano).**
» **Al sig. Cermesoni Felice (Milano).**
» **Al sig. Liva Ferruccio (Milano).**
» **Al sig. Monti Pasquale Carlo (Milano).**
Al sig. Pilla Ettore (Milano).
» » » **Al sig. Toselli Carlo (Milano).**
» » » **Al sig. Zacchi Adolfo (Milano).**
» » **Al sig. Zavattari Umberto (Milano).**
» **Al sig. Sundgren Sten** *(Svezia).*
14 » » **Al sig. Fantoni Antonio (Mogadiscio).**
20 » **Al sig. Pirozzi Domenico (Aversa).**
» » **Al sig. Tura Ferrante (Comacchio).**
» **Al sig. Fabbri Armando (Fano).**
» **Al sig. Massari Francesco (Piacenza).**
28 » **Al sig. Monetti Gabriele (Lecce).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 marzo 1961. Al sig. Guerrero Salcedo Felice *(Chile).*
17 » **Al sig. Blanchy Giorgio** *(Principato di Monaco).*
19 maggio » **Al sig. Van Eessel Stefano M. ('s-Hertogenbosch).**
1 giugno Al sig. de Josez Leopold *(Belgio).*
» » » **Al sig. Chabro Luciano (Paris).**
» » » **Al sig. Van Hasselt Pietro Ludovico Maria ('s-Hertogenbosch).**
9 » **Al sig. Ongering Epigare Giovanni (Utrecht).**
» » **Al sig. Van Leijenhorst Adriano Maria (Utrecht).**
22 » » **Al sig. Theeuwes Giovanni Leonardo (Breda).**
23 » **Al sig. Natale Diaz Giovanni Carlo** *(Argentina).*
» » » **Al sig. Senestrari Taboada Oscar** *(Argentina).*
» » **Al sig. Tomaselli Alfredo Edoardo** *(Argentina).*

23 giugno 1961. Al sig. Spriet Giuseppe (Bruges).
» » Al sig. Hermans Oostant Joseph A. M. (Roermond).
29 » Al sig. Demes Giovanni Gerardo M. (Groningen).
» » » Al sig. Colette Nicola G. W. (Rotterdam).
» » » Al sig. Donders Antonio (Utrecht).
6 luglio » Al sig. Charlet Achille (Malines).
» Al sig. Ghobert Guglielmo (Malines).
» » » Al sig. Peremans Gustavo (Malines).
13 » » Al sig. Ederer Carlo Antonio *(Germania).*
» Al sig. Höllerer Giuseppe *(Germania).*
» » Al sig. Biller Giorgio *(Germania).*
» » Al sig. Renner Giuseppe *(Germania).*
» » Al sig. Thoma Giovanni *(Germania).*
» Al sig. Huf Sepp *(Germania).*
» » » Al sig. Meitinger Otto *(Germania).*
» Al sig. Volk Engelberto *(Germania).*
» » » Al sig. Forster Max *(Germania).*
» Al sig. Baumeister Federico *(Germania).*
» » Al sig. Hirschbeck Guglielmo *(Germania).*
» Al sig. Widmann Francesco *(Germania).*
» » Al sig. Ostermann Michele *(Germania).*
» » Al sig. Lindermüller Antonio *(Germania).*
» Al sig. Werkmeister Andrea *(Germania).*
» Al sig. Neumaier Andrea *(Germania).*
» » Al sig. Stolz Rodolfo *(Germania).*
» » Al sig. Thurmair Giorgio *(Germania).*
» Al sig. Pirner Otto *(Germania).*
» » Al sig. Bär Giovanni L. M. (Haarlem).
21 Al sig. Lunenburg Giacomo (Rotterdam).
1 agosto » Al sig. Tabacchi Paolo (Casale Monferrato).
6 » Al sig. Del Giudice Giuseppe (Treviso).
» » » Al sig. Genovese Gino (Treviso).
» Al sig. Granziol Giorgio (Treviso).
» » Al sig. Melchiori Giuseppe (Treviso).
Al sig. Michieli Antonio (Treviso).
» Al sig. Postma Giovanni Pietro (Groningen).
» Al sig. Van der Holst Adriano ('s-Hertqgenbosch).
» » Al sig. Witteveen Age Armanno (Utrecht).
18 » Al sig; Carnevali Mario (Camerino).
» Al sig. De Megni Gino (Nocera Umbra-Gualdo Tadino)
» Al sig. Giubilei Italo (Nocera Umbra-Gualdo Tadino).
» » Al sig. Burattini Raffaele (Roma).
» » Al sig. Micozzi Giovanni (Roma).
» » Al sig. Parodi Virgilio (Roma).
Al sig. Barcaccia Ennio (Sovana-Pitigliano).
» Al sig. Formiconi Silvano (Sovana-Pitigliano).
» » Al sig. Lombardi Gernando (Sovana-Pitigliano).
» » Al sig. Bianchi Stefano (Tripoli, *Africa).*
» » Al sig. Sirolli Nicola (Tripoli, *Africa).*

8 settembre 1961. Al sig. Geary Francis P. (Dublino).
» » » Al sig. Brand Paolo E. M. (Haarlem).
» » » Al sig. Verlaan Francesco E. B. (Haarlem).
20 » » Ai sig. Strijbosch Francesco Giovanni Antonio (Haarlem).
» » » Al sig. De Graaf Pietro Giovanni M. (Haarlem).
» » » Al sig. Lennards Giuseppe Leonardo M. A. (Roermond).
» » » Al sig. Andriessen Giacomo Maria Uberto fs-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Schroeders Giuseppe Enrico Giovanni ('s-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Paletta Donato (Valva e Sulmona).
27 » » Al sig. Streevelaar Gerardo (Rotterdam).
7 ottobre » Al sig. Costanzo Francesco (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Daloze Jean (Malines).
» » » Al sig. Van der Straten Waillet Michel (Malines).
» » » Al sig. Berger Abel (Namur).
» » » Al sig. Marot Jean (Namur).
» » » Al sig. De Giorgi Tommaso M. (Otranto).
14 » » Al sig. Mazzoncini Rodolfo (Belluno).
20 » » Al sig. Fiorini Gioacchino (Comacchio).
» » » Al sig. Tamoni Casimiro (Comacchio).
» » » Al sig. Andriuolo Vincenzo (Diano-Teggiano).
» » » Al sig. Angelini Venusto (Salerno).
28 » » Al sig. Lungo Giuseppe (Casale Monferrato).

NECROLOGIO

5 febbraio 1962. L'Emo Signor Cardinale Cicognani Gaetano, Vescovo suburbicario di Frascati, Prefetto della S. Congregazione dei Riti.
6 » » L'Emo Signor Cardinale de Gouveia Teodosio Clemente, del Titolò di S. Pietro in Vincoli, Arcivescovo di Lourenço Marques.
8 » » Monsig. Dyer Vivian Anthony, Arcivescovo di Calcutta.
12 » » Monsig. Guilland Zenobio Lorenzo, Arcivescovo di Paraná.
13 » » Monsig. Baccarini Salvatore, Arcivescovo di Capua.
15 » » L'Emo Signor Cardinale Muench Luigi Giuseppe, del Titolo di S. Bernardo alle Terme.
19 » » Monsig. O'Brien William David, Vescovo tit. di Calinda.
27 » » Monsig. Domitrovitsch José, Vescovo tit. di Podalia.

An. et vol. LIV 31 Martii 1962 (Ser. m, v. IV) - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

De Latinitatis studio provehendo

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

VETERUM SAPIENTIA, **in Graecorum Eomanorumque inclusa litteris, itemque clarissima antiquorum populorum monumenta doctrinae, quasi quaedam praenuntia aurora sunt habenda evangelicae veritatis, quam Filius Dei,** *gratiae disciplinaeque arbiter et magister, illuminatur ac deductor generis immani*[1] **his nuntiavit in terris. Ecclesiae enim Patres et Doctores, in praestantissimis vetustorum illorum temporum memoriis quandam agnoverunt animorum praeparationem ad supernas suscipiendas divitias, quas Christus Iesus** *in dispensatione plenitudinis temporum*[2] **cum mortalibus communicavit ; ex quo illud factum esse patet, ut in ordine rerum christianarum instaurato nihil sane perierit, quod verum, et iustum, et nobile, denique pulchrum ante acta saecula peperissent.**

Quam ob rem Ecclesia sancta eius modi sapientiae documenta, et in primis Graecam Latinamque linguas, sapientiae ipsius auream quasi vestem, summo quidem honore coluit : atque etiam venerandos sermones alios, qui in orientis plagis floruerunt, quippe cum ad humani gene-

[1] ***Tertull.,* Apol. 21; *Migne,*** PL **1, p. 394.**
[2] **Eph. 1, 10.**

ris profectum et ad mores conformandos haud parum valerent, in usum recepit; iidemque sive in religiosis caerimoniis sive in Sacrarum Scripturarum interpretatione adhibiti, usque ad praesens tempus in quibusdam regionibus, perinde ac vivacis antiquitatis numquam intermissae voces, viguerunt.

Quarum in varietate linguarum ea profecto eminet, quae primum in Latii finibus exorta, deinde postea mirum quantum ad christianum nomen in occidentis regiones disseminandum profecit. Siquidem non sine divino consilio illud evenit, ut qui sermo amplissimam gentium consortionem sub Romani Imperii auctoritate saecula plurima sociavisset, is et proprius Apostolicae Sedis evaderet[3] **et, posteritati servatus, christianos Europae populos alios cum aliis arto unitatis vinculo coniungeret.**

Suae enim sponte naturae lingua Latina ad provehendum apud populos quoslibet omnem humanitatis cultum est peraccommodata : cum invidiam non commoveat, singulis gentibus se aequabilem praestet, nullius partibus faveat, omnibus postremo sit grata et amica. Neque hoc neglegatur oportet, in sermone Latino nobilem inesse conformationem et proprietatem; siquidem *loquendi genus pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis*[4] **habet, quod unice et perspicuitati conducit et gravitati.**

His de causis Apostolica Sedes nullo non tempore linguam Latinam studiose asservandam curavit eamque dignam existimavit, *qua tamquam magnifica caelestis doctrinae sanctissimarumque legum veste*[5] **uteretur ipsa in sui exercitatione magisterii, eademque uterentur sacrorum administri. Hi namque ecclesiastici viri, ubicumque sunt gentium, Romanorum sermone adhibito, quae sunt Sanctae Sedis promptius comperire possunt, atque cum ipsa et inter se expeditius habere commercium.**

Eam igitur, adeo cum vita Ecclesiae conexam, *scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest,*[6] **quemadmodum Decessor Noster imm. mem. Pius XI monuit, qui, rem ratione et via persecutus, tres demonstravit huius linguae dotes, cum**

[3] Epist. S. Congr. Stud. *Vehementer sane,* ad Ep. universos, 1 Iul. 1908 : *Ench. Cler.,* N. 820. Cf. etiam Epist. Ap. Pii XI *Unigenitus Dei Filius,* 19 Mar. 1924 : *A. A. S.* XVI, 1924, p. 141.

[4] *Pius XI,* Epist. Ap. *Officiorum omnium,* 1 Aug. 1922 : *A. A. S.* XIV, 1922, pp. 452-453.

[5] *Pius XI,* Motu Proprio *Litterarum latinarum,* 20 Oct. 1924: *A. A. S.* XVI, 1924, p. 417.

[6] *Pius XI,* Epist. Ap. *Officiorum omnium,* 1 Aug. 1922 : *A. A. S.* XIV, 1922, p. 452.

Ecclesiae natura mire congruentes : *Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem.*[7]

Nam cum ad Ecclesiam Romanam necesse sit *omnem convenire ecclesiam/* **cumque Summi Pontifices potestatem habeant** *vere episcopalem, ordinariam et immediatam tum in omnes et singulas Ecclesias, tum in omnes et singulos pastores et fideles* [9] **cuiusvis ritus, cuiusvis linguae, consentaneum omnino videtur ut mutui commercii instrumentum** *universale* **sit et aequabile, maxime inter Apostolicam Sedem et Ecclesias, quae eodem ritu Latino utuntur. Itaque tum Romani Pontifices, si quid catholicas gentes docere volunt, tum Romanae Curiae Consilia, si qua negotia expediunt, si qua decreta conficiunt, ad universitatem fidelium spectantia, semper linguam Latinam haud secus usurpant, ac si materna vox ab innumeris gentibus accepta ea sit.**

Neque solum universalis, sed etiam *immutabilis* **lingua ab Ecclesia adhibita sit oportet. Si enim catholicae Ecclesiae veritates traderentur vel nonnullis vel multis ex mutabilibus linguis recentioribus, quarum nulla ceteris auctoritate praestaret, sane ex eo consequeretur, ut hinc earum vis neque satis significanter neque satis dilucide, qua varietate eae sunt, omnibus pateret; ut illinc nulla communis stabilisque norma haberetur, ad quam ceterarum sensus esset expendendus. Re quidem ipsa, lingua Latina, iamdiu adversus varietates tuta, quas cotidiana populi consuetudo in vocabulorum notionem inducere solet, fixa quidem censenda est et immobilis ; cum novae quorundam verborum Latinorum significationes, quas christianarum doctrinarum progressio, explanatio, defensio postulaverunt, iamdudum firmae eae sint rataeque.**

Cum denique catholica Ecclesia, utpote a Christo Domino condita, inter omnes humanas societates longe dignitate praestet, profecto decet eam lingua uti *non vulgari,* **sed nobilitatis et maiestatis plena.**

Praetereaque lingua Latina, quam *dicere catholicam vere possumus,*[10] **utpote quae sit Apostolicae Sedis, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, perpetuo usu consecrata, putanda est et** *thesaurus ... incomparandae praestantiae/*[11] **et quaedam quasi ianua, qua aditus omnibus**

[7] ***Ibidem.***

[8] ***8. Iren.,* Adv. Haer. 3, 3, 2; *Migne,* PG 7, p. 848.**

[9] **Cfr. *C. I. C,* can. 218, § 2.**

[10] **Cfr. *Pius XI,* Epist. Ap. *Officiorum omnium,* 1 Aug. 1922 : *A. A. S.* XIV, 1922, p. 453.**

[11] ***Pius XII,* Alloc. *Magis quam,* 23 Nov. 1951: *A. A. S.* XL-III, 1951, p. 737.**

patet ad ipsas christianas veritates antiquitus acceptas et ecclesiasticae doctrinae monumenta interpretanda ;[12] et vinculum denique peridoneum, quo praesens Ecclesiae aetas cum superioribus cumque futuris mirifice continetur.

Neque vero cuique in dubio esse potest, quin sive Romanorum sermoni sive honestis litteris ea vis insit, quae ad tenera adulescentium ingenia erudienda et conformanda perquam apposita ducatur, quippe qua tum praecipuae mentis animique facultates exerceantur, maturescant, perficiantur ; tum mentis sollertia acuatur iudicandisque potestas ; tum puerilis intellegentia aptius constituatur ad omnia recte complectenda et aestimanda; tum postremo summa ratione sive cogitare sive loqui discatur.

Quibus ex reputatis rebus sane intellegitur cur saepe et multum Romani Pontifices non solum linguae Latinae momentum praestantiamque in tanta laude posuerint, sed etiam studium et usum sacris utriusque cleri administris praeceperint, periculis denuntiatis ex eius neglegentia manantibus.

Iisdem igitur adducti causis gravissimis, quibus Decessores Nostri et Synodi Provinciales,[13] Nos quoque firma voluntate enitimur, ut huius linguae, in suam dignitatem restitutae, studium cultusque etiam atque etiam provehatur. Cum enim nostris temporibus sermonis Romani usus multis locis in controversiam coeptus sit vocari, atque adeo plurimi quid Apostolica Sedes hac de re sentiat exquirant, in animum propterea induximus, opportunis normis gravi hoc documento editis, cavere ut vetus et numquam intermissa linguae Latinae retineatur consuetudo, et, sicubi prope exoleverit, plane redintegretur.

Ceterum qui sit Nobismetipsis hac de re sensus, satis aperte, ut Nobis videtur, declaravimus, cum haec verba ad claros Latinitatis studiosos fecimus : *Pro dolor, sunt sat multi, qui mira progressione artium abnormiter capti, Latinitatis studia et alias id genus disciplinas repellere vel coercere sibi sumant ... Hac ipsa impellente necessitate, contrarium prosequendum iter esse putamus. Cum prorsus*

[12] *Leo XIII,* Epist. Encycl. *Depuis le jour,* 8 Sept. 1899 : *Acta Leonis XIII, XIX,* 1899, p. 166.

[13] Cfr. *Collectio Lacensis,* praesertim: vol. III, p. 1018s. (Conc. Prov. Westmonasteriense, a. 1859); vol. IV, 29 (Conc. Prov. Parisiense, a. 1849); vol. IV, pp. 149, 153 (Conc. Prov. Rhemense, a. 1849) ; vol. IV, pp. 359, 361 (Conc. Prov. Avenionense, a. 1849) ; vol. IV, pp. 394, 396 (Conc. Prov. Burdigalense, a. 1850) ; vol. V, p. 61 (Conc. Strigoniense, a. 1858) ; vol. V, p. 664 (Conc. Prov. Colócense, a. 1863) ; vol. VI, 619 (Synod. Vicariatus Suchnensis, a. 1803).

in animo id insideat, quod magis natura et dignitate hominis dignum sit, ardentius acquirendum est id, quod animum colat et omet, ne miseri mortales similiter ac eae, quas fabricantur, machinae, algidi, duri et amoris expertes exsistant.[14]

Quibus perspectis atque cogitate perpensis rebus, certa Nostri muneris conscientia et auctoritate haec, quae sequuntur, statuimus atque praecipimus.

1. Sacrorum Antistites et Ordinum Religiosorum Summi Magistri parem dent operam, ut vel in suis Seminariis vel in suis Scholis, in quibus adulescentes ad sacerdotium instituantur, hac in re Apostolicae Sedis voluntati studiose obsequantur omnes, et hisce Nostris praescriptionibus diligentissime pareant.

2. Paterna iidem sollicitudine caveant, ne qui e sua dicione, novarum rerum studiosi, contra linguam Latinam sive in altioribus sacris disciplinis tradendis sive in sacris habendis ritibus usurpandam scribant, neve praeiudicata opinione Apostolicae Sedis voluntatem hac in re exténuent vel perperam interpretentur.

3. Quemadmodum sive Codicis Iuris Canonici (can. 1364) sive Decessorum Nostrorum praeceptis statuitur, sacrorum alumni, antequam studia proprie ecclesiastica inchoent, a peritissimis magistris apta via ac ratione congruoque temporis spatio lingua Latina accuratissime imbuantur, *hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint ... fiat ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intellegentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem' veritatis.*[15] **Quod ad eos quoque pertinere volumus, qui natu maiores ad sacra capessenda munia divinitus vocati, humanitatis studiis vel nullam vel nimis tenuem tradiderunt operam. Nemini enim faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas disciplinas tractandas, nisi plane perfecteque hac lingua eruditus sit, eiusque sit usu praeditus.**

[14] Ad Conventum internat. «Ciceronianis studiis provehendis», 7. Sept. 1959: in *Discorsi Messaggi Colloqui* del Santo Padre *Giovanni XXIII,* I, pp. 234-235; cf. etiam Alloc, ad cives dioecesis Placentinae Romam peregrinantes habita, 15 Apr. 1959 : *L'Osservatore Romano,* 16 Apr. 1959; Epist. *Pater misericordiarum,* 22 Aug. 1961:A. *A. 8.* LUI, 1961, p. 677 ; Alloc, in sollemni auspicatione Collegii Insularum Philippinarum de Urbe habita, 7 Oct. 1961: *L'Osservatore Romano,* 9-10 Oct. 1961; Epist. *Iucunda laudatio,* S Dec. 1961 : *A. A. 8.* LUI, 1961, p. 812.

[15] *Pius XI,* Epist. Ap. *Officiorum omnium,* 1 Aug. 1922: *A. A. 8.* XIV, 1922, p. 453.

4. Sicubi autem, ob assimulatam studiorum rationem in publicis civitatis scholis obtinentem, de linguae Latinae cultu aliquatenus detractum sit, cum germanae flrmaeque doctrinae detrimento, ibi tralaticium huius linguae tradendae ordinem redintegrari omnino censemus; cum persuasum cuique esse debeat, hac etiam in re, sacrorum alumnorum institutionis rationem religiose esse tuendam, non tantum ad disciplinarum numerum et genera, sed etiam ad earum docendarum temporis spatia quod attinet. Quodsi, vel temporum vel locorum postulante cursu, ex necessitate aliae sint ad communes adiciendae disciplinae, tunc ea de causa aut studiorum porrigatur curriculum, aut disciplinae eaedem in breve cogantur, aut denique earum studium ad aliud reiciatur tempus.

5. Maiores sacraeque disciplinae, quemadmodum est saepius praescriptum, tradendae sunt lingua Latina; quae ut plurium saeculorum usu cognitum habemus, *aptissima existimatur ad difficillimas subtilissimasque rerum formas et notiones valde commode et perspicue explicandas;* [16] **cum superquam quod propriis ea certisque vocabulis iampridem aucta sit, ad integritatem catholicae fidei tuendam accommodatis, etiam ad inanem loquacitatem recidendam sit non mediocriter habilis. Quocirca qui sive in maximis Athenaeis, sive in Seminariis has profitentur disciplinas, et Latine loqui tenentur, et libros, scholarum usui destinatos, lingua Latina scriptos adhibere. Qui si ad hisce Sanctae Sedis praescriptionibus parendum, prae linguae Latinae ignoratione, expediti ipsi non sint, in eorum locum doctores ad hoc idonei gradatim sufficiantur. Difficultates vero, si quae vel ab alumnis vel a professoribus afferantur, hinc Antistitum et Moderatorum constantia, hinc bono doctorum animo eae vincantur necesse est.**

6. Quoniam lingua Latina est lingua Ecclesiae viva, ad cotidie succrescentes sermonis necessitates comparanda, atque adeo novis iisque aptis et congruis ditanda vocabulis, ratione quidem aequabili, universali et cum veteris linguae Latinae ingenio consentanea — quam scilicet rationem et Sancti Patres et optimi scriptores, quos *scholasticos* **vocant, secuti sunt — mandamus propterea S. Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito, ut Academicum Latinitatis Institutum condendum curet. Huic Instituto, in quo corpus Doctorum confletur oportet, linguis Latina et Graeca peritorum, ex variisque terrarum orbis partibus arcessitorum, illud praecipue erit propositum, ut — haud**

[16] **Epist S. C. Studiorum,** ***Vehementer sane,*** **1 Iul. 1908:** ***Ench. Cler.,*** **n. 821.**

secus atque singularum civitatum Academiae, suae cuiusque nationis linguae provehendae constitutae — simul prospiciat congruenti linguae Latinae progressioni, léxico latino, si opus sit, additis verbis cum eius indole et colore proprio convenientibus; simul scholas habeat de universa cuiusvis aetatis Latinitate, cum primis de christiana. In quibus scholis ad pleniorem linguae Latinae scientiam, ad eius usum, ad genus scribendi proprium et elegans ii informabuntur, qui vel ad linguam Latinam in Seminariis et Collegiis ecclesiasticis docendam, vel ad decreta et iudicia scribenda, vel ad epistolarum commercium exercendum in Consiliis Sanctae Sedis, in Curiis dioecesium, in Officiis Religiosorum Ordinum destinantur.

7. Cum autem lingua Latina sit cum Graeca quam maxime coniuncta et suae conformatione naturae et scriptorum pondere antiquitus traditorum, ad eam idcirco, ut saepe numero Decessores Nostri praeceperunt, necesse est qui futuri sunt sacrorum administri iam ab inferioris et medii ordinis scholis instituantur; ut nempe, cum altioribus disciplinis operam dabunt, ac praesertim si aut de Sacris Scripturis aut de sacra theologia academicos gradus appetent, sit ipsis facultas, non modo fontes Graecos philosophiae scholasticae, quam appellant, sed ipsos Sacrarum Scripturarum, Liturgiae, Ss. Patrum Graecorum primiformes codices adeundi probeque intellegendi.[17]

8. Eidem praeterea Sacro Consilio mandamus, ut linguae Latinae docendae rationem, ab omnibus diligentissime servandam, paret, quam qui sequantur eiusdem sermonis iustam cognitionem et usum capiant. Huiusmodi rationem, si res postulaverit, poterunt quidem Ordinariorum coetus aliter digerere, sed eius numquam immutare vel minuere naturam. Verumtamen iidem Ordinarii consilia sua, nisi fuerint a Sacra Congregatione cognita et probata, ne sibi sumant efficere.

Extremum quae hac Nostra Constitutione statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata ea omnia et firma consistere et permanere auctoritate Nostra Apostolica volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxn mensis Februarii, Cathedrae S. Petri Ap. sacro, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

[17] *Leo XIII,* Litt. Encycl. *Providentissimus Deus,* 18 Nov. 1893: *Acta Leonis XIII,* XIII, 1893, p. 342; Epist. *Plane quidem intelligis,* 20 Maii 1885, *Acta Leonis XIII,* V, pp. 63-64 ; *Pius XII,* Alloc. *Magis quam,* 23 Sept. 1951 : *A. A. 8.* XLIII, 1951, p. 737.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KAOHSIUNGENSIS
(TAINANENSIS)

E praefectura apostolica Kaohsiungensi quaedam territoria detrahuntur, quibus duae novae dioeceses constituuntur: « Tainanensis » et « Kaohsiungensis ».

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam secundum Christi verba quae ad Apostolos habuit, granum frumenti, quod terrae sinu excipitur in eoque fovetur, nisi dissolutione naturae moriatur, nullum fert fructum, multum, contra, si marcescat, etiam christianae semen religionis, per suorum asseclarum labores, passiones, caedes ipsas, novae spei argumentum, mori debuit, ut laetissimos fructus redderet, hominibusque cunctis esset in salutem. Quod cum, hac praesertim aetate, etiam in regione Formosa, quae est Sinarum insula, sive Dei munere sive etiam Missionariorum industria feliciter factum sit, visum est Sacrae Congregationi Fidei Propagandae, ante nempe audito dilecto Filio Iosepho Caprio, Apostolico in Sinis Internuntio, opportune fieri si, Apostolica Praefectura Kaohsiungensi divisa, duae novae dioeceses excitarentur; quod Nos rati posse in animorum utilitatem verti, re bene considerata, haec, quae sequuntur, decernimus atque iubemus. Ab ea Praefectura, quam diximus, partem detrahimus quam subpraefectura civilis Tainan et insula Pescadores, uti vocant, efficiunt. Hanc in dioecesis formam redigimus, *Tainanensis* appellandae, a cleroque saeculari, qui dici solet, Sinensi administrandae; reliquam vero partem eiusdem Praefecturae, quae civilibus subpraefecturis Kaohsiung et Pingtung continetur, item in dioecesium ordine annumeramus, eodem servato *Kaohsiungensi* nomine. Quam sollertiae Fratrum Ordinis Praedicatorum egregie de christiana religione meriti concredi placet. Utraque dioecesis suffraganea erit metropolitanae archidioecesi Taipehensi, cuius sacro Praesuli earum Episcopi obnoxii subicientur. Mensa episcopalis harum Sedium constabit: Curiae proventibus, populi collationibus, congrua bonorum parte, si qua sunt, quae ad praefecturam Kaohsiungensem pertinebant, ad normam can. 1500 C. I. C. Ad cetera autem quod

attinet, ad regimen nempe et administrationem novarum dioecesium, ad Canonicorum Collegium, ad Seminarium, ad electionem Vicarii Capitularis, hisque similia, Iuris Canonici leges omnino serventur. His praeterea litteris Nostris ad effectum adductis, documenta et acta quae ad dioecesim Tainanensem ad eiusve cives respiciant, ad eius Curiam cito mittantur, ibique in tabulario magna cura custodiantur. Ceterum haec Nostra decreta dilectus Filius Iosephus Caprio, cuius mentionem fecimus, fieri studebit, vel quem ipse delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Cum vero rem perfecerit, actae rei documenta exarari curabit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quodsi alius eo tempore Apostolicae Internuntiaturae in Sinis praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat;.quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. F. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tal., vol. CV, n. 96.

II

NIAMEYENSIS

Praefectura apostolica Niameyensis, in Republica vulgo Niger, ad gradum et dignitatem dioecesis attollitur, iisdem servatis nomine et finibus.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio christianae rei publicae regendae munere fungimur, omni ope contendimus ut per aptam quoque ecclesiasticarum circumscriptionum dispositionem citiorem gentibus in Christi Ecclesiam ingressum faciamus. Quod cum fieri posse accepissemus ad praefecturam apostolicam Niameyensem quod attinet, in Republica vulgo Niger cognominata, ea probare rataque habere placet, quae venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacro Fidei Propagandae Consilio praepositi, post auditum venerabilem Fratrem Ioannem Baptistam Maury, Archiepiscopum titulo Laodicensem in Phrygia atque Apostolicum in Africa Occidentali Delegatum, faciendum statuerunt, ut videlicet praefectura apostolica quam diximus, Patribus hactenus concredita Congregationis Sanctissimi Redemptoris, ad gradum dioecesis eveheretur : per hoc enim non modo iisdem Sodalibus, bene de christiana religione hactenus meritis, animum addi ad novos labores, verum etiam nova ibi locorum fore ut religiosae res incrementa capiant. De summa ergo et apostolica Nostra potestate, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Apostolicam praefecturam *Ni&meyensem* **in dioecesis formam redigimus, servato nomine et finibus, quam Sanctae Sedi directo subiectam atque Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxiam volumus, cuius caput urbs erit vulgo Niamey, in qua civitate Episcopus domicilium collocabit cathedramque in templo figet Beatae Mariae Virgini a Perpetuo Succursu dicato, quod ad cathedralis honorem tollimus, cum debitis privilegiis. Ecclesiam, quam condidimus, iisdem Sodalibus quibus antea, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, regendam committimus, datis scilicet sive dioecesi sive eius sacro Praesuli iuribus, honoribus, privilegiis, impositis quae congruunt oneribus. Sacrorum Antistiti cordi erit Seminarium saltem elementarium struere : id enim ad futuram dioecesis prosperitatem conferet ; et Canonicorum Collegium constituere. Quod tamen si statim ad effectum deduci nequeat, curabit**

Episcopus ut ad tempus Consultores dioecesani deligantur, qui consilio assint, a suo munere cessaturi, Canonicis per alias Nostras sub plumbo Litteras constitutis. Ad regimen quod attinet, ad administrationem dioecesis, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, normae iuris canonici omnino serventur. Ceterum, haec Nostra decreta venerabilis Frater Ioannes Baptista Maury, quem diximus, exsequenda curabit, vel qui tempore exsecutionis in eius locum uti Delegatus Apostolicus in Africa Occidentali successerit, factis ad id necessariis facultatibus, quas poterit alii quoque delegare, dummodo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Rebus autem peractis, documenta idem exarari studebit, quorum sincera exempla ad S. Congregationem de Propaganda Fide mitti curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effieacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel cor r um - pere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die uno ac vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AG AGI ANI A N
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco 6B Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. C VI, n, 11.

III

CORDUBENSIS
(FRANCISCOPOLITANAE)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Cordubensi, nova quaedam dioecesis constituitur, « Franciscopolitana » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fit persaepe ut sollers agricola ex arborum amplitudine aut ramum excerpat aut stirpem quam solo fertili credat, fore sperans ut cum nova adoleverit arbor ad aurasque arnicas ramis exierit, pomis etiam fertilis assurgat et exuberet. Ad cuius rei similitudinem et Nos, universae Ecclesiae administratores summique christianae religionis moderatores, solemus, si condicio ferat, ex aliis alias condere Ecclesias, cum constet plerumque auctis numero dioecesibus et fructus laete multiplicari, et populi necessitatibus aptius consuli et ecclesiasticae disciplinae satius denique provideri. Quam ob rem, haec meditantibus Nobis visum est expostulationi venerabilis Fratris Humberti Mozzoni, Archiepiscopi titulo Sidetani et in Ee publica Argentina Apostolici Nuntii, qui, audito venerabili Fratre Raimundo Iosepho Castellano, Archiepiscopo Cordubensi, petiit ut divisa hac eadem Ecclesia, nova excitaretur dioecesis. Re ergo bene reputata, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. A territorio archidioecesis Cordubensis sequentes paroecias separamus, vulgari sermone sic cognominatarum : Alicia, Altos de Chipion, Arroyito, Balnearia, Brinkmann, Colonia San Bartolomé, Devoto, Freyre, Las Varillas, Saturnino Laspiur, Marull, Morteros, Portena, Sacanta, San Francisco de Asis, Cristo Rey, Vignaud, Concepción del Tio, Santiago Temple, Luque et La Para; quibus terris novam dioecesim condimus *Franciscopolitanam* appellandam, cuius fines scilicet curiarum limites, e quibus coalescit, exaequabunt. Nova ergo dioecesis confinis erit : ad septemtriones, Ecclesiae S. Iacobi de Estero; ad orientem solem, archidioecesi S. Fidei in Argentina et dioecesi modo constitutae Raphaëliensi ; ad meridiem, dioecesi Civitatis Mariae ; ad occasum denique solis, archidioecesi Cordubensi. Sedem dioecesis in urbe quam vulgo San Francisco vocant collocamus, in qua Episcopus commorabitur ; cathedram

episcopalis auctoritatis in templo S. Francisci Assisiensis quod est in eadem civitate, factis nempe iuribus et privilegiis propriis. Debita iura et onera Episcopo facimus, cui dioecesis credetur gubernanda. Franciscopolitana Ecclesia Cordubensi Sedi subicietur suffraganea; item sacer eius Praesul Metropolitae eiusdem archidioecesis oboediet. Canonicorum Collegium condatur secundum normas per alias litteras Nostras dandas; interea tamen Consultores dioecesani deligantur, Episcopum consilio et opera iuvaturi. Quandoquidem autem sunt pueri futurae spes Ecclesiae, Seminarium saltem minus struatur, iis educandis quos adorandum Spiritus Sancti numen ad Sacerdotium vocaverit; qui vero iuvenes optimi fuerint, ii olim Romam mittantur, ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano philosophiae atque theologiae studiis incumbant. Mensam episcopalem efficient : Curiae proventus, fidelium collationes, pars bonorum quae ad normam canonis 1500 C.I.C. Sedi Franciscopolitanae obvenient. Regimen, administratio dioecesis, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, aliaque id genus, Iure Canonico temperentur. His praeterea litteris ad effectum adductis, Sacerdotes qui in novae dioecesis territorio beneficium aut officium habeant, ei addicantur tamquam proprius clerus ; ceteri clerici et Seminarii tirones, ei circumscriptioni in qua legitime degant. Documenta denique et acta novam Ecclesiam respicientia, ad eius curiam episcopalem mittantur, ibique magna cura in tabulario rerum religiosarum custodiantur. Ceterum haec Nostra decreta venerabilis Frater Humbertus Mozzoni exsequi studebit, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Cum vero res acta fuerit, documenta exarari faciet, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem mitti curabit. Si vero eo tempore alius Apostolicae Nuntiaturae in Re publica Argentina praesit, hic iussa Nostra efficiet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint

subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
/S. *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 28.

IV

RIVADA VIAE
(RIVOGALLAECENSIS)

Detractis e dioecesi Rivadaviae territoriis, nova conditur Ecclesia, « Rivogallaecensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum omnium utilitati consulere cupientes, quas ab omnipotenti Deo quasi splendidas margaritas tuendas accepimus, nihil unquam intentatum relinquimus quod aptiori earum gubernationi atque christifidelium bono conducere videatur. Cum igitur venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, Archiepiscopus titulo Sidetanus atque in Republica Argentina Apostolicus Nuntius, ab hac Apostolica Sede petierit ut, partita Rivadaviae dioecesi, nova excitaretur, quo regionum incolae vulgo « Santa Cruz » et « Gobernación de Tierra del Fuego » nuncupaquidem venerabilem Fratrem Carolum Marianum Pérez, Episcopum tarum uberiore fruerentur animorum suorum curatione, post auditum

Rivadaviae, huiusmodi precibus concedimus. Qua de re, consensu eorum suppleto qui in hac re aliquid iuris vel habeant, vel se habere arbitrentur, summa Nostra potestate sequentia statuimus atque decernimus. A Sedis Rivadaviae territorio eam partem separamus quae civiles regiones complectitur « Santa Cruz » et « Gobernación de Tierra del Fuego » cognominatas, ex eaque dioecesim condimus *Rivogallaecensem,* **ab urbe Rio Gallegos, nuncupandam, iisdemque finibus circumscribendam atque regiones quarum nomen fecimus, prout in praesens terminantur. Nova ergo dioecesis confinis erit : ad septemtrionem dioecesi Rivadaviae ; ad orientem solem Oceano Atlantico ; ad meridiem regionibus australi polo-proximis; ad occidentem denique solem finibus Reipublicae Chilenae. Episcopi Sedes ac domicilium in urbe erit Rio Gallegos cognominata, cathedra quoque episcopalis auctoritatis inibi exstabit, in aede scilicet B. M. V. de Lujan dicata, quam per has Litteras ad cathedralis templi dignitatem evehimus, cum omnibus honoribus, iuribus, et privilegiis propriis; quae item iura Episcopo debebuntur, una cum oneribus et obligationibus quae Episcoporum munus consequuntur. Rivogallaecensem dioecesim suffraganeam facimus Ecclesiae metropolitanae Sinus Albi, eiusque sacrum Praesulem metropolitanae iurisdictionis Archiepiscopi Sinus Albi. Ut vero sacra sollemnia debita magnificentia conficiantur, utque Episcopus eorum virorum consilio ac navitate nitatur qui mentibus animique dotibus excellant, volumus ut in nova dioecesi cathedrale Canonicorum collegium condatur, iuxta peculiares normas aliis sub plumbo Litteris a Nobis edendis ; libenter tamen permittimus- ut, quoad usque id fieri nequeat, Canonicorum loco dioecesani renuntietur Consultores qui Episcopo eadem ratione assint. Episcopalem mensam, quam appellant, Curiae proventus constituent, pecuniae sponte a fidelibus oblatae atque ea bonorum pars quae ad normam canonis 1500' C. I. C. novae dioecesi obveniet. Cum autem ii pueri summa sint cura fovendi quos Christi animorumque amor ad sacerdotalia ofiicia alliciat obeunda, volumus ut quam primum Rivogallaecensis Episcopus minus: saltem Seminarium exstruat, ad iuris communis normas et iuxta leges a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus latas ; ex eo autem lecti iuvenes Romam mittantur ut in Pontificio Collegio-Piano Latino Americano philosophiae et sacrae theologiae operam dent. Quod autem ad novae dioecesis regimen attinet atque administrationem, ad Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem, aliaque eiusmodi, ea: serventur quae Codex Iuris Canonici praescribit. Item volumus ut simul atque huius dioecesis constitutio effecta fuerit, sacerdotes ei Ecclesiae**

censeantur adscripti in cuius territorio vel beneficium vel officium habeant ; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei in qua legitimum habeant domicilium. Documenta denique et acta quae ad Rivogallaecensem dioecesim quovis modo respiciant, a Rivadaviae Curia ad novam Rivogallaecensem Curiam mittantur, in tabulario de more servanda. Ceterum quae his Litteris decrevimus efficienda curabit venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, quem diximus, cui omnes agendae rei potestates facimus, cuilibet etiam delegandae, dummodo ecclesiastica dignitate pollenti. Quae cum facta fuerint, idem onus etiam habebit peractae divisionis documenta exarandi eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi. Quodsi eo tempore, quo haec fieri debeant, alius Apostolicae in Argentina Nuntiaturae praeerit, hic iisdem potestatibus fruetur, eadem onera sustinebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

liOco £ß Plumbi
In Ap. Cane, tao., vol. CVI, n. 32.

V

MORONENSIS-S. ISIDORI IN ARGENTINA (FOROMARTINIENSIS)

Quibusdam a dioecesibus Moronensi et S. Isidor i in Argentina detractis territoriis, nova conditur dioecesis, « Foromartiniensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hispanae linguae Americam imprimisque egregiam Argentinam Rempublicam feliciora in dies incrementa capientem amanti sollicitudine et cura Apostolica haec Sedes prosequitur, illud sane intendens ut, aeque ac humanae civilesque res, Ecclesiae instituta augeantur, quibus apte dispositis christiana in Deum fides in animis servetur atque promoveatur. Cuius rei gratia, cum venerabilis Prater Humbertus Mozzoni, Archiepiscopus titulo Sidetanus atque in Republica Argentina Apostolicus Nuntius, expostulaverit ut, amplis divisis dioecesium Moronensis et Sancti Isidori in Argentina territoriis, alia ex iisdem dioecesis conderetur, Nos populi utilitatibus inservire cupientes, auditisque venerabilibus Fratribus Michaele Raspanti, Episcopo Moronensi atque Antonio M. Aguirre, Episcopo S. Isidori in Argentina, consensum eorum supplentes qui aliquod ius in hac re habeant vel se praesumant habere, Nostra summa et apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus ac iubemus. A dioecesi Moronensi integrum territorium detrahimus regionum, quas « Partidos » vocant, vulgo cognominatarum General San Martín et 3 de Febrero; item a dioecesi S. Isidori in Argentina territorium regionis seu ((partido » General Sarmiento cognominatae, ex iisque omnibus novam dioecesim constituimus *Foromartiniensem* nomine, quae iisdem finibus circumscribetur ac regiones seu « partidos » e quibus in praesens coalescit. Nova scilicet dioecesis confinis erit : ad orientem solem, archidioecesi Bonaerensi ; ad meridiem, dioecesi Moronensi ; ad occidentem solem et ad septemtrionem, dioecesi S. Isidori in Argentina. Foromartiniensis dioecesis sedes et caput urbs erit San Martín cognominata, in qua Episcopus domicilium suum statuet; cathedra in templo D. N. Iesu Christo sub nomine « Jesús Amoroso » sacro collocabitur, quod tamquam Cathedralis ecclesia habebitur, cum iuribus, honoribus,

privilegiis propriis. Sua etiam Episcopo iura facimus, congruis obligationibus impositis, inter quae annumerare placet esse Eum cum sua Ecclesia metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi Bonaërensis obnoxium et suffraganeum. Volumus etiam ut in constituta dioecesi Canonicorum collegium condatur, iuxta normas per alias Nostras sub plumbo litteras edendas. Si tamen nunc id fieri nequeat, indulgemus ut ad tempus Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et opera Episcopo assint. Item gravi obligatione tenebitur Episcopus Seminarium saltem minus condendi, alumnis in sortem Domini vocandis, ad iuris communis normas atque Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus. Ex eo autem lecti iuvenes Romam mittantur, ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano philosophiae atque sacrae theologiae operam dent. Mensam episcopalem, quam vocant, efficient : Curiae emolumenta, fidelium pecunia sponte data atque ea bonorum pars quae ad normam canonis 1500 C.I.C. e dioecesibus Moronensi et S. Isidori in Argentina novae Sedi obvenient. Sacerdotes qui, his Litteris ad effectum deductis, in Foromartiniensi dioecesi vel officium vel beneficium habeant, eidem censeantur adscripti; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei in qua legitimo degant domicilio. Ad regimen, administrationem quod attinet, item ad Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, hisque similia, iuris communis normae serventur. Volumus denique ut, cum primum dioecesis constitutio facta fuerit, documenta et acta quae ad eam quoquo modo pertineant, ad eius Curiam episcopalem mittantur atque religiosa cura in tabulario serventur. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Prater Humbertus Mozzoni, quem diximus, exsequi curabit, vel per se ipse, vel per alium, factis ad id necessariis facultatibus. Cum autem res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum digna fide exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem mittet. Quod si fiat ut eo tempore alius eidem Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis sive typis

impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost;*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CV1, n. 29.

VI

VIEDMENSIS
(NEUQUENIANAE)

A dioecesi Viedmensi territorio vulgo Neuquén detracto, nova ex eo dioecesis constituitur, « Neuqueniana » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Centenarius annus, iam undevicies subiens, ex quo Paulus, intrepidus Christi Apostolus, postquam mundum peragravit universum, ad Italas oras vinctus appulit, Romamque petiit Christum et hunc cruci affixum annuntiaturus, tamquam tuba excitat atque movet ut eam fidem quam sanctissimus Christi assecla in ipsam Romani imperii intulit arcem, eandem Nos summa religione tueamur et propagemus et, quantum fieri potest, vigentem faciamus. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Humbertus Mozzoni, Archiepiscopus titulo Sidetanus et in Re-

publica Argentina Apostolicus Nuntius, ab hac Romana Sede petierit ut quodam territorio separato a Viedmensi dioecesi nova excitaretur Ecclesia, Nos consilio audito venerabilis Fratris Iosephi Borgatti, sacri Viedmensis Praesulis, apostolica Nostra auctoritate haec decernimus atque iubemus. Ab ea dioecesi quam diximus territorium separamus quod civili provincia, vulgo Neuquén appellata, continetur, ex eoque novam dioecesim condimus, cuius erit nomen *Neuqueniana,* **cuiusque erunt fines : ad septemtriones dioecesis Fororaphaëliensis, hac ipsa die constituta; ad orientalem et meridionalem partem, dioecesis Viedimensis; ad occidentem denique solem, limites Reipublicae Chilensis. Ecclesiam quam condidimus suffraganeam facimus Sedi Mendozensi, hodie in Sedium metropolitanarum ordine annumeratae; cuius Metropolitae iurisdictioni erit sacer Neuquenianus Praesul obnoxius. Caput novae dioecesis urbs Neuquén erit ; in eaque civitate Episcopus commorabitur, cathedra episcopalis auctoritatis in templo B. M. V. Perdolentis collocata, quod ad dignitatem cathedralis aedis tollimus, cum debitis iuribus et honoribus. Episcopalis mensa, quam dicunt, efficietur : Curiae proventibus, fidelium collationibus, bonorum parte, quae Sedi Neuquenianae obvenient, iuxta canonis 1500 C. I. C. praescriptum. Ad regimen administrationemque conditae Ecclesiae quod attinet, normae serventur quas Ius Canonicum statuit ; item ad electionem Vicarii Capitularis quod pertinet adque similia. Suum esse Episcopus ducat Seminarium saltem minus constituere, ad leges iuris communis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus : pueri enim ad sacerdotium vocati sunt Ecclesiarum novae spes, flores, fructus. Cum vero iidem eo adoleverint ut philosophicis ac theologicis disciplinis incumbere debeant, qui meliores fuerint Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum. Curet etiam sacer Antistes ut Canonicorum Collegium condatur, qui caerimoniarum maiestate Deum colant, Episcopoque consilio et ope assint. Interim tamen Praesul Consultores dioecesanos legat, a suo munere cessaturos, cum Canonici fuerint nominati. Censemus praeterea ut vix ac hae litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, Sacerdotes Ecclesiae illi censeantur ascripti in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici et Seminarii tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta ad novam dioecesim respicientia, vel ad eius cives, cito ad eius Curiam episcopalem mittantur, inque rerum religiosarum tabulario serventur. Ceterum, haec Nostra decreta venerabilis Fratris Humberti Mozzoni providentia ad rem adducentur, vel eius quem ille**

delegaverit, factis scilicet necessariis potestatibus. Re vero acta, documenta exarentur, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Quod si alius eo tempore ei Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit^ ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 35.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia dicata Beatae Mariae Virgini, Omnium Gratiarum Conciliatrici, Sultanae Africae, in oppido « Lodonga », Aruaensis dioecesis, condecoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatissimam Virginem Mariam cunctas haereses interemisse in universo mundo iure meritoque canit Ecclesia : quod quidem iis omnibus qui ad Regnum Christi in dissitas regiones dilatandum forti animo decertant ac pugnant gaudium affert aliique spem. Haud aliter accidisse videtur intra recentis Aruaensis dioecesis fines, in illa Ugandae regione quae Martyrum sanguine fuit purpura ta. Etenim, ex quo ligneum Mariale simulacrum in ecclesia oppidi vulgo « Lodonga » positum fuit, tanta in Virginem Mariam, Omnium Gratiarum Sequestram, nec non in Iesum Christum eiusdem Filium et in verum Deum excitatâ est pietas, tam multi indigenae, vetere superstitione deleta, ad christianam religionem christianumque cultum se traduxerunt, ut Deipara Virgo « Sultana » seu « Domina Africae » fuerit appellata atque Regnum Christi in tota illa Ugandae regione « West Nile » sermone vulgato nuncupata mirum ceperit incrementum. Laudata Marialis ecclesia amplitudine et altitudine admiratione digna fideliumque concursu frequens est : « romanico », quem dicunt, ordine exstructa, ara maxima, marmoribus polycromis opereque musivo ditata, nec non pictis tabulis pretiosaque sacra supellectile praedita est. Quae quidem ecclesia, actuosis e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu Sacerdotibus concredita, anno MCMLIV sollemni ritu una fuit consecrata et Beatae Mariae Virgini, Omnium Gratiarum Conciliatrici, dicata, cuius simulacrum aurea corona, a Pio Pp.XII, fel. rec, proximo Decessore Nostro, pie lustrata, fuit redimitum. Ad firmandam autem inter indigenas Catholicam Fidem eandemque conspicuo augendam praemio, Venerabilis Frater Angelus Tarantino, Episcopus Aruaensis, enixis Nos adiit precibus, ut memoratam ecclesiam ad dignitatem Basilicae Minoris benigne evehere dignaremur. Nos vero, quibus pietatem in Beatam Mariam Virginem augescere ac magis magisque in dies uberiores edere fructus maxime cordi est, huiusmodi precibus annuendum perlibenter censui-

mus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctuarium dicatum Beatae Mariae Virgini, Omnium Gratiarum Conciliatrici, Sultanae Africae nuncupatae, in oppido « Lodonga », intra Aruaensis dioecesis fines, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque eflicaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Maii, anno MCMLXI, Pontificatus Nostri tertio.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Sanctus Benedictus, Abbas, Patronus eligitur omnium Italicorum coetuum qui « Enti e Sezioni di Riforma Fondiaria » ac « Consorzi di Bonifica Agraria » vulgo appellantur, omniumque Italicorum agricolarum.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Benedictus Abbas, cum legem sodalibus tradidit, duo maximi momenti capita statuere voluit, ad quae homines et praesertim monachi vitae cursum dirigerent; nam illud <(Ora et Labora », quod in proverbii consuetudinem venit, breviter exprimit atque ostendit tum animi pietatem erga Deum, tum industriam, quae, validis corporis viribus nitens, terram proscindit uberesque ex ea fructus demetit. Cui quidem industriae aliquid Romani simulque Christiani inesse prorsus patet, ita ut plura ad unam summam prudenter rettulisse Sanctus Abbas videatur. Sed tantum praeceptum cum posteriore tempore conferendum est, siquidem, postquam barbari homines Italiae fines incursionibus vexaverunt, monachis Benedictinis auctor

ribus, ars et studium agrorum colendorum inventa sunt, nomenque Benedicti idem significavit ac humanioris vitae usus. Cum autem in Italia, publicis Potestatibus faventibus, Consilia Consiliorumque Partes, aliquot iam annos, delecta sint, Communesque Societates initae, quo praedia in melius reducantur frugesque affluentius ferant, tanti operis patrocinium Sancto Benedicto committere peropportunum est iudicandum. Novimus quippe quot rationibus legibusque horum Consiliorum viri agrorum cultui consulant atque Italiae campos fertiles laetosque facere conentur; egregium sane opus et ingens nostraeque aetati accommodatissimum, cum omnes de terra, de bonorum possessione, de frugibus, de colonis quaestiones, dissolvendas et enodandas curet. Illud vero in primis probandum, quod, fundis in melius reformatis, universus ruricolarum coetus vitam honestiorem morumque disciplina iucundiorem degere poterit. Multae enim aedes sacrae et cellae, curiales domus et studiorum sedes exstructae sunt, immo, ut Nobis renuntiatum est, plures exstruentur, ut sacerdotes sua munera et officia diligenter exsequantur familiisque agricolarum sollicite adsint. Non igitur dubitamus, si licet antiquorum poëtarum verba usurpare novisque rebus aptare, velut ominis causa dicere : « Utinam Italia *magna parens frugum* **iterum atque iterum sit, et** *pax* **Christi, Sancto Benedicto opitulante,** *arva colat* **». Quibus impulsi causis, Nos eorum qui regunt tum Consilia Consiliorumque Partes, fundis dividendis excolendis, seu «Enti e Sezioni di Riforma Fondiaria», tum Communes Societates, agris cultu novandis, seu « Consorzi di Bonifica Agraria », preces, enixa Venerabilis Fratris Alberti Iosephi Scola, Episcopi Nursini, commendatione suffultas, libentissime excipiendas censemus. Itaque, collatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Caietano S. R. E. Cardinali Cicognani, Episcopo Tusculano, atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Benedictum, Abbatem, Caelestem** *Patronum* **omnium Italicorum coetuum qui « Enti e Sezioni di Riforma Fondiaria » ac « Consorzi di Bonifica Agraria » vulgo dicuntur, omniumque Italicorum agricolarum, facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae Coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in**

posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Iulii anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
f A. DELL'ACQUA, *Substitutus*

III

E.mus Dominus Paulus S. R. E. Card. Giobbe, tit. S. Mariae in Vallicella, eligitur in « Cardinalem Patronum » S. Ordinis Equitum S. Ioannis Hierosolymitani (vulgo «Ordinis Melitensis»).

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Res a Sacro Ordine Equitum Sancti Ioannis Hierosolymitani gestas, ex quo tempore Beatus Gerardus, singularis militiae auctor et institutor fuerit, honestas laudibusque dignissimas semper fuisse, nemo est qui ignoret. Is enim, quamvis tum hominum pravitate tum eventuum vice premeretur atque vexaretur, pietatis radicem religionisque vim numquam amisit, immo vero, consuetudine et officio et fide, Christi Ecclesiae devinctus, de eadem optime meritus est. Par igitur decorumque videtur amplissimo dare Ordini Cardinalem Patronum, qui, praecipuis iuribus ac privilegiis praeditus, eius rationes et negotia cum hac Apostolica Sede moderetur. Quod quidem prospeximus et praenuntiavimus Litteris Apostolicis, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Iunii hoc anno datis, cum, Primaria Melitensis Militiae Lege approbata et promulgata, scripsimus Nos ipsos ex Purpuratos Patribus delecturos esse Patronum, cunctorum Sodalium bono et pietati in primis intentum. Ea vero maturitate, quae Apostolico convenit moderamini, Patronum Ordinis designaturi, neminem alium nisi Te, Dilecte Fili Noster, dignum ducimus, qui tanto honori et officio praeponaris. Nuper enim, eiusdem Ordinis Sodalis, Nostri Legati munere fungens, acri perpendisti mente utrum vetus Lex, a Pio Pp. XII, Decessore Nostro imm. rec, ad tempus lata, stabilis maneret, an

potius, prout rerum usus doceret, immutaretur. Quae tua rerum ad Ordinem pertinentium peritia Nobis firmissime suadet Te novo officio explendo diligentissimum fore. Itaque motu proprio, hisce Litteris Apostolicis, Nostraque auctoritate, Te, Summum Magistrum Ecclesiae beneficiis dandis, Sacri Ordinis Equitum Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui Melitensis dicitur, *Cardinalem Patronum,* **quoad vives, eligimus, facimus, renuntiamus, Tibique facultates omnes necessarias atque opportunas tribuimus, ad amplissimum munus salubriter fruetuoseque in Domino implendum. Omnibus proinde et singulis eiusdem Ordinis Moderatoribus et Sodalibus mandamus ut Te in suum Patronum excipiant, Tibique, ad Primariae Legis normam, faveant ac praesto sint. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xviu mensis Augusti, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Templum Sacratissimi Cordis Iesu, « dei Tibidabo » appellatum, intra fines Barcinonensis dioecesis exstans, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — In colle amoenissimo, qui <(Tibidabo » dicitur urbique Barcinoni in Hispania, verae pietatis quasi arx atque praesidium, imminet, his ipsis diebus tot et tanta fiunt, quae a Dei providentis consilio, iis quidem qui fidei Christianae observantes et studiosi sint, haud dubie manare videantur. Nos enim, qui, de sacris muneribus explendis solliciti, omnes rerum Christianarum eventus attento sequimur animo, nihil effugere potest festorum dierum celebritas : novum peropportunumque ex omnibus nationibus Conventum significamus, qui id proprie intendit ut ((Cor Iesu Sacratissimum » dignis honoribus insignique pietate colatur. Alia vero, laudabili incepto velut innexa, memorare exoptamus, quae tum ad templum Deo in honorem eiusdem SS. Cordis dedicandum, tum ad aeneum signum Christi in summo tholo ponendum, spectant. Ceterum his omnibus, Festum D. N. Iesu Christi Regis, postremo mensis Octobris dominico die, fastigium magnifice imponet. Ut a colle prospectus maris Mediterranei periucundus praebetur oculis, ita ex iis praeclaris rebus cuique licebit Sancti

Ioannis Bosco recte perpendere verba, in quibus praesensionis ratio quaedam ac vis inest. Aiebat enim Templum v. d. « dei Tibidabo » plurimum gloriae et honoris Deo esse allaturum, antiquamque populi hispanici fidem ostensurum. Neque obliviscimur Eucharistici ex universis nationibus Conventus, qui Matriti anno MCMXI **est habitus, auctores, Templum illud, operibus imperfectis nec absolutis, « totius hispanicae gentis Piaculare » felici appellatione renuntiavisse atque ad hominum scelera impietatesque expianda destinavisse. Ita factum est ut ibi, quinquaginta iam amplius annos, pietas erga SS. Cor Iesu et cultus, Sodalibus Societatis Sancti Francisci Salesii studium et industriam suam impedientibus, mire creverint indeque latissime se panderint. Grata quoque mente fingimus, utinamque dulcissimo complexu teneamus, insontium coronam puerorum, qui, omnium Hispaniae regionum quasi procuratores, a Deo veniam « pro delictis et peccatis populi » petunt. Illis, voce repercussa, preces supplicationesque respondent Christifidelium, ad locum sanctissimum, paenitentiae causa, accedentium. Patet igitur iustis de causis et opportunitatibus, quibus favere volumus, aedem et religione et arte nobilissimam, esse eximiis honoribus augendam. Itaque Venerabilis Fratris Gregorii Modrego Casáus, Archiepiscopi-Episcopi Barcinonensis, votum libenti excipimus animo atque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Templum SS. Cordis Iesu, quod <(Templo dei Tibidabo » hispane appellatum, intra Barcinonensis dioeceseos fines exstat, titulo ac dignitate** *Basilicae Minoris* **afilcimus ac decoramus, omnibus privilegiis additis, quae Templis, hoc honore insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud-Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX **mensis Septembris, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

H. I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Beata Maria Virgo, « a Consolatione » appellata, praecipua universae Taurinensis archidioecesis Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quam Ecclesia universa precibus Lauretanis « Consolatricem afflictorum » perbelle salutat, eam Augusta Taurinorum, quae urbs in Subalpina regione, maximo ubi Duria Pado flumine excipitur, ceteris praestat, summa pietate ac religione antiquissima prosequitur. Quod quidem ab Apostolica Sede comprobatum ratamque est habitum, cum Pius Pp. XII, Decessor Noster imm. rec, Litteris sub anulo Piscatoris die xx mensis Maii, anno MCMXLII **datis, Beatam Mariam Virginem, a Consolatione vocatam, Taurinensis civitatis praecipuam apud Deum Patronam elegit. Nunc vero, cum Dilectus Filius Noster Maurilius S. R. E. Presbyter Cardinalis Fossati, diligentissimus Taurinensis Archiepiscopus, certiores Nos fecerit incrementum quoddam et accessionem salutaris privilegii ab omnibus archidioecesis Christifidelibus exoptari, aequam profecto et honestam huiusmodi postulationem excipiendam ducimus. Nam, si Augustae Taurinorum proprium est Sacrum Templum intra urbis moenia custodire, sanctissimus Virginis Consolatricis cultus cum circumiectis oppidis ac terris est communis. Hoc enim ostendere videntur tum celebres peregrinationes quas homines et mulieres cuiusvis ordinis, ex pagis vicisque profecti, saepius suscipiunt, tum luculenta testimonia et exempla, quae sanctissimi viri palam ediderant. S. Iosephum Benedictum Cottolengo ét S. Iosephum Cafasso et S. Ioannem Bosco dicimus, qui ruri sunt nati, ibique cuncta edocti quae ad Virginem Consolatricem pertinerent, priusquam Augustam Taurinorum peterent ; quo cum pervenissent, marialem pietatem uberius alere atque excolere potuerunt. Eorum vero suavissima memoria, qui « decus et ornamentum Taurinensium clericorum » saeculo undevicesimo fuisse iure meritoque dicuntur, egregie demonstrat ad quos sensus eorum pietas sit informata, omnesque normam quandam ac regulam tantae religionis docet. Idcirco Beata Maria Virgo Consolatrix vocatur et colitur, quod ((exsules filios Hevae)), adversis rebus, humanis nihil spei afferentibus, solatur, tuetur, defendit. Quibus omnibus perpensis, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, eiusdem Purpurati Patris optato libentissime annuendum censemus. Itaque certa scientia ac**

matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem, a Consolatione appellatam, praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* **archidioecesis Taurinensis eligimus, facimus, declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, autoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII **mensis Octobris, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Sancti Cyrillus et Methodius, Episcopi Confessores, totius Labacensis dioecesis caelestes apud Deum praecipui Patroni, Sancti vero Hermagora et Fortunatus eiusdem dioecesis secundarii Patroni eliguntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Clarissimae tamquam gemmae in Orientis Christiani memoriis nomina Sanctorum Cyrilli et Methodii nitent, quippe cum, fratres coniunctissimi, evangelicae veritatis satores impigros et strenuos se praebuerint. Eorum studium, ardens sane ac mirabile, si primum Constantinopoli est patefactum, ab urbe Roma, apostolicae petrae arce, vim catholicam ac facultatem, quae videlicet in universum pateret, hausit ; inde vero longe lateque sese effundens, populos fere innumeros, tum christiani verbi tum humani cultus rudes, sacris doctrinis expolivit. Non autem necessarium Nobis videtur omnia repetere quae eorum industriae sunt ascribenda, vel ea afferre quae ad expeditiones attinent, plurimis pressas difficultatibus, cum certo constet eorum opera Christi regnum in Slavoniae finibus felicissimo exitu esse nuntiatum. Divinos Libros in antiquiorem Slavorum linguam ab iis

esse conversos, novis litterarum formis inductis, omnes laudibus efferunt, quin etiam studiorum humanitatis eos auctores et patres consalutant. Hic vero Nostra illud multum refert, quod, sepulcrum Sancti Clementis Papae et Martyris cum invenissent in Ponto, eius ossa Romam secum religiose tulerunt; quam rem, haud parvi momenti, si componas cum observantia qua Romanos Pontifices semper sunt prosecuti, ea facile ac perspicue intelligitur dos, quae pluris facit ceteras eorum virtutes. Dotem significamus quae in firma adhaesione, in fidelitate summa erga Romanam Ecclesiam consistit; qua de re nihil dubitamus fratres sanctissimos illius fidei, quae in Petro uno innititur, patronos, tutores, vades existimare ac renuntiare. Eorum enim exempla secuti, plurimi nostrae aetatis fideles, quamvis tantorum serie casuum vexati, fidelitatem erga Sedem Apostolicam, velut thesaurum hereditate acceptum, constantissime servant, numquam a recta via aberrantes. Quapropter, Sanctorum Cyrilli et Methodii cultum esse fovendum et augendum rati, votum Venerabilis Fratris Antonii Vovk, Labacensis Episcopi, benignissimo animo excipimus atque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctos Cyrillum et Methodium, Episcopos Confessores, totius Labacensis dioecesis caelestes apud Deum *praecipuos Patronos* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt; Sanctos vero Hermagoram et Fortunatum, Martyres) eiusdem dioecesis** *secundarios Patronos* **renuntiamus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xm mensis Decembris anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI

a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Antonium tit. S. Laurentii in Panisperna S. R. E. Cardinalem Caggiano, Archiepiscopum Bonaërensem, decem lustra implentem ex quo sacerdotio auctus est.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Piae cum certatione laetitiae cleri populique Archidioecesis Bonaërensis, sub proximi mensis Martii exitum, decem revoluta celebrabis lustra, ex quo ad sacerdotii gradum evectus es.

Festis ritibus coetibusque, quibus iure merito anniversaria huiusmodi recoletur memoria, hasce per Litteras, corpore absentes, animo autem praesentes in communis gaudii auctum bene ominata verba tibi proferimus, quae nescia silere caritas elicit.

Nec desunt votis aequae gratulationes et laudes. Enimvero in Rosariensi dioecesi, cui viginti quinque per annos primus Antistes praefuisti, praeclara dedisti specimina probandi sacri pastoris, quorum adhuc felices successus et notabiles fructus illic conspici licet. Nam eam sapientiae plena moderatione et structura ordinasti, praeter alia compluribus aedibus sacris, paroeciis et catholicis scholis exornans. A te curae habitae sunt, ut illic Seminaria maius et minus et id, quod Praeseminarium nuncupatur, domusque rusticationis sacrorum alumnis excipiendis exaedificarentur. Alacre quoque tuum evigilavit studium, ut religiosae populi institutioni consuleretur, Actio Catholica per Argentinae fines constitueretur, et Actio socialis incrementa susciperet.

Te hisce animi dotibus et meritis praeditum a fel. rec. Decessore Nostro Pio XII, Sacrae Romanae Purpurae insignibus exornatum, Nos metropolitanae Bonaerensi Sedi praefecimus, in qua administranda sueta tua diligentia elucet, propterea quod eo semper contenais, ut emolumento et decori catholicae religionis et perquam dilectae patriae profutura molimina perficiat.

Tibi laudi vertit, quod, quemadmodum in Eucharistico ex omnibus nationibus Conventu parando, qui in urbe Bono Aere anno MCMXXXV **habitus est, insignes explesti partes, ita ibidem Marialem Conventum ex universa America et praegrande illud inceptum, quod « magna sacra missio » nuncupatum est, praeclaro cum exitu ad rem et effectum addu-**

xisti. Nec sileri patimur merita, quae tibi comparas, suetae cum tuae prudentiae iudicio omnium Argentinae Antistitum Consilio praesidens. Ad humiliores praesertim et infirmiores allevandos multum operis et studii ponis. Recens quoque viis f erratis praepositorum longam ac perniciosam contentionem gravibus argumentis flexanimae eloquentiae tuae, immo ingenii tui, socialis aequitatis cultoris, laetis ominibus composuisti.

Fausta et felicia quaelibet percupientes, Christi gratiam tibi largis adfluentem donis invocamus, ut, crescente aevo, ad ulteriora et elatiora pius amansque recti conscendas, ac Redemptori nostro valide arcteque iunctus, cum S. Ambrosio effari queas : «ipse oculus noster, ut per illum videamus Patrem; ipse vox nostra, per quam loquamur ad Patrem ; ipse dextera nostra, per quam Deo Patri sacrificium nostrum off eramus)).*

Ut autem salutarior quinquagesimus sacerdotii tui natalis contingat, id tibi facultatis facimus, ut, quo volueris die, adstantibus christifidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenaria Indulgentia proposita.

Nihil denique Nobis restat nisi ut tibi, Dilecte Fili Noster, et sollertibus Antistitibus Auxiliaribus tuis, cunctoque gregi moderationi tuae commisso Apostolicam Benedictionem libenti volentique animo impertiamus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xix mensis Februarii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

II

Ad Rev.mum Patrem Malcolmum La Velle, Congregationis Clericorum Excalceatorum SS.mae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi Praepositum Generalem, centesimo exeunte anno ex quo S. Gabriel a Virgine Perdolente in Coelum migravit.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sanctitatis altrix perennis Ecclesia omni aevo ita excellit spirituali pulchritudine, ut, quam aetas matura vel senilis memorabilium rerum gestarum laude exornet, eadem verecundae iuventutis floribus suave redolentibus non

[1] *De Isaac et anima,* 8.

se tins decoretur. Inter quos amplissimo praeconio celebratur S. Gabriel a Virgine Perdolente, alumnus Congregationis Clericorum Excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi, qui, nondum xxiv annos natus, unum ante saeculum in obscuro olim oppido Aprutino Insula seu « Isola del Gran Sasso » vulgo appellato, iam caelo dignus e terrestri vita migravit.

Ex quo tempore, maxime vero postquam Beatorum ac deinde Sanctorum Caelitum honores ei sunt decreti, iuvenis ille ut novum lumen in Ecclesia refulget, exemplo christifideles docet, deprecatione clientes suos tuetur.

Merito idcirco factum est, ut praestantissimus iuvenis unus e Patronis constitueretur Italis iuvenibus ab Actione Catholica ; nam fuit aetati nostrae propinquior, in saeculo degens ad christianae legis rationem vitam composuit, in religiosa militia brevi ad sanctitatis pervenit fastigium. Quin etiam Nobis datum est eundem Aprutinae regionis caelestem Patronum renuntiare.

Magnopere vero probantes consilium, ut saecularis memoria obitus S. Gabrielis a Virgine Perdolente sollemnibus celebretur, has Litteras ad te, dilecte fili, dare statuimus, quibus egregio iuveni isti, religiosae familiae tuae eximio decori, meritus honor tribuatur et praecepta virtutis, quae in brevi eiusdem vita uberrima inveniuntur, proponantur.

Urbs Asisium, virtutis nobile domicilium, hunc lectissimum Ecclesiae filium Calendis Martiis anno MDCCCXXXVIII progenuit; qui a seraphico patre Francisco nomen accepit eiusdemque amorem erga Christum cruci afnxum, saeculi aspernationem, paupertatem assidua imitatione consequi studuit. Post litterarum curriculum egregia cum laude emensum, voluntati Dei tandem obsecutus in asceterium Congregationis tuae se recepit, scilicet in religiosae disciplinae palaestram ingressus est, e qua non nisi victor discederet. Ibi enim Franciscus Possenti novum nomen Gabrielis a Virgine Perdolente adeptus, novus homo factus est ob has praesertim, quas summopere coluit, virtutes.

Etenim fluxas saeculi res omnino contempsit, superstitem se arbitratus e naufragio ac tempestate, et una misericordia Dei in salutis perfugium, id est in religiosae societatis tuta saepta ac serenum convictum translatum. Qui antea, cum in saeculo duceret vitam, vanis studiis et oblectamentis paulum indulserat, iam plane agnovit, « quam contemptibilis sit gloria mundi, quam deceptoriae eius blanditiae et quam illius existant mortiferae voluptates».[1]

[1] S. Laurentius Iustiniani, *De humilitate,* 3.

Altera laus, qua iuvenis miles Christi peculiari ratione commendatur, ex eo profecta est, quod singulari animi ardore paenitentiam et voluntariam castigationem sectabatur. Didicerat enim animi cupidines frangere et corpus in servitutem redigere. E legiferi patris sui disciplina Salvatoris nostri et Almae Matris Mariae acerbissimos cruciatus non solum pia meditatione recoluit, sed eorum etiam particeps esse voluit, ut digna fieret hostia Deo.

Mirum autem quam vigilanter, quam studiose castimoniam servavit ; idque etiam in saeculari vita, quam inter oblectamenta agens, tamen innocentiam cum morum suavitate coniunctam semper prae se tulit ; in asceterio vero constitutus, angelicae virtutis odorem velut fragrans lilium sparsit. Ne tantum decus umquam violaretur, probatissimis est usus subsidiis, scilicet precatione, pietate erga Deiparam Mariam, paenitentia.

Dum autem tam acriter sibi imperat, S. Gabriel non erat natura tristi, sed omni tempore laetus atque festivus; quae quidem ipsius est alia nota. Vera enim pax verumque gaudium animi non e vanis nedum vetitis delectationibus oriuntur, sed e virtutum exercitatione et e divina gratia pectus obtinente. Semper sibi constans, spiritualem laetitiam in vultu ostendit ad eamque ceteros excitavit; scilicet Deo fruebatur, qui « est gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium ».[2]

Praecipua demum pietate erga Beatam Mariam Virginem S. Gabriel enituit, qui amor non fuit sterilis quaedam animi inflammatio, sed opere comprobabatur. Pientissima Mater menti eius numquam non obversabatur, ad eam in vitae vicissitudinibus confugiebat, eius dolores pia recordatione dolebat, ei plane confidere consueverat, ita ut aemulus S. Bernardi haberi posset, suavissimo praeceptione monentis : <(Mariam cogita, Mariam invoca : non recedat ab ore, non recedat a corde, et ut impetres eius orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum ».[3] Qua in re eo progressus est, ut voti sponsione se obligans statueret gloriam Dei Genetricis propagare.

Cum igitur hic singularis exempli iuvenis in legiferi patris sui mores se plane formaverit, habent Clerici Excalceati Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi, quem mutentur, ac pro certo habemus fore, ut ex hac saeculari celebratione invitamentum accipiant alta et excelsa, quae ipsis sunt proposita, alacriter perficiendi.

[2] ***Soliloqu. animae,*** **35; P. L. 40, 894.**

[3] **Horn. I,** ***Super Missus;*** **P. L. 183, 70.**

Eorum scilicet est Crucis dominicae signum attollere et huius mysterii meditatione populos revocare in viam salutis. Quod agere non poterunt, nisi ipsi sapientia Crucis, ut S. Gabriel, fuerint imbuti.

Iuvenes praeterea monemus, ut hunc inditum Caelitum attentis mentis oculis intueantur : ipse enim brevi temporis spatio, quo huius lucis usura fruebatur, easdem difficultates, quas ipsi, expertus est et evicit. Hoc vero hortamentum quam maxime ad rem pertinet, cum iuveniles animi indole sua proclives sint ad aversandam morum disciplinam, ad voluptates affectandas, ad ea, « quae sursum sunt »,[4] posthabenda, bona, quae in materia posita sunt, nimis appetenda. Etiam S. Gabriel, dum saecularem ageret vitam, non quidem alienus fuit a lautitiis et oblectamentis, iis tamen non passus est se a Deo seiungi. Illius igitur exemplo iuvenes, quos habemus carissimos, discant « servire Domino in laetitia »,[5] simulque ad moderationem ac temperantiam animi affectus et vitae actus componere. Peculiari sane ratione exsistat iis magister integritatis morum, cum hisce temporibus virtuti castimoniae tot immineant pericula, tot corruptelarum illecebrae, artis etiam technicae inventis, disseminentur. Ut autem hoc castitatis decus valeant servare, Beatam Mariam Virginem, quae omnis labis nescia fuit, actuosa pietate excolant eiusque se committant praesidio, quemadmodum S. Gabriel consueverat agere.

Sed non solum iuvenibus e laicorum ordine is exempla praebet monitoria, sed iis etiam qui in sortem Domini sunt vocati. Qui persuasum sibi habeant praecipuum momentum tribuendum esse non actioni exteriori, sed interiori, siquidem e vita supernaturali, qua animus alitur, illa redundet oportet. Ad irritum enim cadit quodvis inceptum, nisi gratia divina, quae hominem collustret ac dirigat, provide fulciatur.

Pro animis ergo, quae ipsis credentur, studeant se sanctificare, et divinae ad sacram militiam vocationi diligentissime obsequi. Qua in re non neglegenda est paenitentia, quam S. Gabriel, dum ad capessendum sacerdotium contenderet, mirum in modum exercuit, atque adeo a nonnullis saeculi delectationibus, quae quidem laicis non inhibentur, abstineant. Spiritualis igitur doctrinae studio incensi Moderatoribus animo prompto et humili pareant et ad eorum, qui Dei gerunt personam, voluntatem libenter sese accommodent, fastum illum sedulo devitantes, qui sacrorum alumnos dedecet omnino.

[4] ***Col.* 3, 1.**
[5] **Cfr. *Ps.* 99, 1.**

Huius denique iuvenis vita, tot virtutum coruscans fulgore, patres matresque familias salubriter permoveat, ut gravi oneri et muneri liberos secundum religionis praecepta instituendi satisfaciant, siquidem illorum non solum est humano generi subolem comparare, sed etiam, idque maxime, efficere, ut filii vivida membra sint mystici Corporis Christi. Si in domestico convictu pietas viget, vitae integritas floret, christianae legis auctoritas obtinet, facile ibi, divina operante gratia, semina ponuntur vocationis ad vitam sacerdotalem et religiosam, et fundamenta iaciuntur sanctitatis.

Haec videntur esse monita et consilia quae celebrationes ob revolutum saeculum a piissima morte S. Gabrielis a Virgine Perdolente menti iniciunt, quae quidem sollemnia apte in annum incidunt, quo Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum cogetur. Ad quod si omnes, exemplis venerandi huius iuvenis conformati, se composuerint, fieri non poterit quin fructus laetos et uberes inde colligant. Tibi autem, dilecte fili, sodalibus Congregationis, cuius regimen tenes, iuvenili coetui ab Actione Catholica et omnibus, qui faustae commemorationi isti interefuerunt, Benedictionem Apostolicam, supernorum munerum auspicem ac pignus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Februarii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIONES

I

Cum quartae sessionis labores incohabantur Commissionis Centralis Concilio Oecumenico Vaticano secundo apparando, habita. *

Venerabiles Fratres ac dilecti filii.

In alternis humanae vitae vicibus, eventuum initium et exitus, sive ad singulos sive ad societatem communitatemque spectantia, praecipuam semper animi attentionem ad se convertunt ; eaque Ecclesia maternis auspiciis precibusque communire consuevit. Hanc ob rem iucundum

* Die 20 Februarii mensis a. 1962.

fuit Nobis tres superiore tempore aetas sessiones Commissionis Supremae, quae Oecumenicum Concilium Vaticanum secundum praeparat, verbis Nostris absolvere, quae una simul epitome essent atque hortamentum exhiberent.

Huius autem quarti id genus consessus exordium — ut iam alias fecimus — distinguere et bonis ominibus prosequi malumus.

Cum ab allocutione, quam die vicesima tertia elapsi mensis Ianuarii vobis habuimus, parum temporis decurrerit, animi Nostri sensum effuse et abundanter promere — quod quidem summopere Nos delectaret — Nobis non sumimus. Satis Nobis est submisse et simpliciter animadvertere illud, quod veluti nota et figura est terrestris hominum vitae, immo ipsius Ecclesiae. Intelligimus necessitatem mutabilis motus et peregrinationis, qua impellente in occursum obviam veniunt multi : proficiscitur alter intempestivus, alter tempestivus advenit.

Ex quo vos postremum hic congregatos vidimus, tres Sacri Collegii atque Supremae huius Commissionis Purpurati Patres e terrestri vita discesserunt : desideratissimi enim nos dereliquerunt Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Caietanus Cicognani, Theodosius Clemens de Gouveia, et Aloisius Iosephus Muench.

Perillustrium horum Ecclesiae filiorum mors, quorum integra vita tot praestitit meritis, et indefatigata opera, huic Apostolicae Sedis ministerio addicta, tanti existimanda est, mentes nostras aegritudine maestitiaque afficit ; at id meminisse iubet, quam incerta mutabilisque sit communis hominum condicio, cui nostra in terris est obnoxia vita : haec enim nihil aliud est, quam per terrestris exsilii vicissitudines in caelum tendere.

Quod autem ad dilectos illos Filios Nostros attinet, suavem spem fovemus, eos peracti laboris iustissimum praemium in superno regno iam assecutos esse, eosdemque ex illis caelestis beatitatis sedibus, ubi nos praecesserunt *in signo fidei,* **suas ad Deum Patrem omnipotentem precationes nostris plane coniungere, ut gratiae suae ope labores vestros, ad quos nunc aggredimini, uberi fructu ditet. Hac in animorum societate, quam cum defunctis fratribus habemus, admirabilis prorsus oculis Nostris obversatur visio : terra scilicet cum caelorum regno consociatur ad istius sessionis felices prosperandos exitus.**

Quodsi obitus trium e Collegis vestris maestitiam quandam hodiernae sessioni infert, haec tamen aliquo modo levatur, eo quod omnes valde gaudemus, dilectum Filium Nostrum Stephanum Cardinalem Wyszynski

inter nos praesentem adesse. Est nobis eius adventus etiam gratior, quod hac oblata occasione celsitatem nobilitatemque animi sui testatus est eximio munere, quod magni pendimus. Etenim huc adveniens veluti materni risus delicias Virginis Mariae a Czestochowa attulit. O Virginem Nigram, quam habemus carissimam! A iuvenilibus annis ea est Nobis admodum coniuncta eiusque venerandam imaginem semper apud Nos pio cum honore servamus.

Quod dignissimus hic Praeses sacrorum Antistitum Poloniae, qua est humanitate et observantia, egit, in mentem revocat alterum egregie factum, quod animum Nostrum blande per movit; cum enim die quarta Novembris proxime praeteriti in Petriana Basilica octogesimus natalis Vicarii Christi in terris sollemniter commemoraretur, eodem die eademque hora sacri Pastores Poloniae, in templo Claromontano, Virgini Mariae se devoverunt, eius apud Filium Divinum deprecationem implorantes, ut millesimus annus prope transactus a Fide Catholica in nobilissimae! illam Nationem invecta aequo pietatis obsequio populique frequentia celebraretur. Animum Nostrum adhuc suaviter permulcent verba illa, quibus iidem se deVoverunt; quae quidem verba sacros Antistites plane addecent, atque apprime consentanea videntur huic tempori, quo ad apparandum Oecumenicum Concilium omnes ex omnibus terrarum orbis partibus, coniunctis viribus, intenti sumus.

Benignissimo igitur vultu suo Deipara Virgo vos respiciat, venerabiles Fratres ac dilecti filii, ac celebrandarum sessionum decursu laboribus vestris semper propitia adsit. Ad Ipsam supplices confugiamus, ab eaque auxilia ac praesidia omnia, quibus indigemus, fidenti animo exspectemus. Siquidem hac una adducti causa coetum hodiernum inivimus, ut nempe Dei gloriam eiusque regni adventum in terris promoveamus ; ac nihil aliud spectant labores Nostri, quam ut valeamus parare Domino plebem perfectam, quae quidem prima suscepti Romani Pontificatus proposita Nostra fuerunt.

Pignus caelestis patrocinii, quod a Maria Virgine praestolamur, esto Apostolica Benedictio, quam vobis singulis universis et operi vestro effusa caritate impertimus.

II

***In Vaticana Basilica habita, in festo Cathedrae S. Petri Apostoli, ad Urbis curiones sacrosque temporis quadragesimalis concionatores, adstantibus etiam plurimis S, R. E. Cardinalibus, Episcopis, Romanae Curiae Praelatis, e Clero Romano sacerdotibus ac sacrorum alumnis.* ***

Venerabili Fratelli, diletti figli.

L'incontro coi parroci e predicatori quaresimalisti ha voluto quest'anno dilatarsi fin a comprendere tutti gli Ecclesiastici di Koma, e le speranze e giovinezze del sacerdozio dei Seminari, studentati ed Università. L'anno del Concilio Ecumenico imponeva questo raduno delle energie sacerdotali, quasi a pregustamento delle solenni assise che in questa stessa Basilica, attorno alla Cattedra di Pietro, avranno inizio nel prossimo mese di ottobre.

Prerogative del Papa nel governo della Chiesa universale

Oh ! la Cattedra apostolica di San Pietro : quale espressione della grande famiglia umana, dei cui membri tutta la Chiesa si compone. Da qualunque località amiate scorgerla, da Gerusalemme, da Antiochia, da Roma, su questa Cattedra batte in pieno la luce, che si riverbera dalle parole rivolte da Gesù — teste S. Matteo — alla persona di Pietro, in una pagina fra le più belle e toccanti del Nuovo Testamento : *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam ... : et tibi dabo claves regni caelorum.*[1]

Che cosa significano queste chiavi, añídate personalmente a Simone di Giovanni, a Pietro, se non l'indicazione del governo universale della Chiesa affidato a lui? Da Gerusalemme ad Antiochia, e da questa città al centro dell'impero di Roma, sotto il soffio dello Spirito Santo, il cammino dell'Apostolo è aperto ormai verso il mondo : a lui il Signore ha affidato le pecore e gli agnelli : *Pasce agnos, pasce oves.*[2] **Egli è dunque principe e pastore universale, che guida il gregge nel nome stesso di Cristo. È a questo governo che i successori di Pietro chiameranno e si**

*** Die 22 Februarii mensis a. 1962.**

[1] ***Matth.* 16, 18, 19.**

[2] **Cfr. *Io.* 21, 15, 17.**

assoderanno, giusto *in partem sollicitudinis,* **i fratelli Vescovi del mondo intero. Da questa cattedra viene consacrato per sempre l'episcopato della Chiesa una, santa, cattolica e apostolica. Da Cristo a Pietro, e da Pietro ai singoli pastori del gregge cristiano, l'autorità delle chiavi, discesa dal Cielo nella persona del Romano Pontefice, da questi si diffonde, attraverso i Vescovi, sull'intera società cristiana, a direzione ed a santificazione dell'umanità redenta dal Sangue di Cristo.**

19	»		**Monsig. Jiménez Chinarro Valentino (Toledo).**

25	**agosto**	**1961.**	**Monsig. Deragowski Eugenio J. (Springfield-Cape Girardeau).**
20	**settembre**	»	**Monsig. Conniff John J. (Buffalo).**
7	**ottobre**		**Monsig. Lynch John Anthony (Burlington).**
»	»		**Monsig. Bann John M. (Little Rock).**
			Monsig. Burn Joseph M. (Little Rock).
»		»	**Monsig. Evans James G. (Little Rock).**
			Monsig. Galvins William E. (Little Rock).
	»	»	**Monsig. Graves Lawrence P. (Little Rock).**
	»		**Monsig. Hinckley Edward N. (Little Rock).**
		»	**Monsig. Lafferti Claiborne (Little Rock).**
»	»		**Monsig. Lillis Thomas H. (Little Rock).**
»	»	»	**Monsig. Me Coy Charles B. (Little Rock).**
»		»	**Monsig. McDevitt Bernard F. (Little Rock).**
			Monsig. McKee Francis J. (Little Rock).
»		»	**Monsig. Murphy John E. (Little Rock).**
			Monsig. Norton Michael J. (Little Rock).
»			**Monsig. Walshe Thomas F. (Little Rock).**
14		»	**Monsig. Nedumkallel Thomas (Kothamangalam).**
8	**novembre**		**Monsig. Miglietta Mario (Brindisi).**
17	»		**Monsig. Navarro Romero Jesús (Guadalajara).**
»			**Monsig. Vacha Emilio (Torino).**
25		»	**Monsig. Chartrand Norman J. (Winnipeg).**
8	**dicembre**		**Monsig. Menezes Winnibald Joseph (Bombay).**
»			**Monsig. Sale Filippo (Sassari).**
13			**Monsig. Colasuonno Francesco (Bari).**
15			**Monsig. Franciosi Duilio (Carpi).**
»		»	**Monsig. Golinelli Ruggero (Carpi).**
»	»	»	**Monsig. Cornacchia Giuseppe (Faenza).**
»			**Monsig. Zannoni Vincenzo (Faenza).**
	»		**Monsig. Tortoriello Felice (Muro Lucano).**
»	»		**Monsig. Boccadamo Vittorio (Otranto).**
»	»		**Monsig. Dimitri Antonio (Otranto).**
		»	**Monsig. Nuzzo Giovanni (Otranto).**
		»	**Monsig. Cassola Ovidio (Tortona).**
»	»		**Monsig. Ciarla Angelo (Velletri).**
»		»	**Monsig. Ciardi Quinto (Velletri).**
		»	**Monsig. Di Verdi Renato (Velletri).**
	»	»	**Monsig. Faustinella Vincenzo (Velletri).**
»		»	**Monsig. Onorati Vincenzo (Velletri).**
»	»		**Monsig. Trocchi Eteocle (Velletri).**
16	»		**Monsig. Ghidoni Luigi (Piacenza).**
23	»	»	**Monsig. Volpetti Mario (Roma).**
9	**gennaio**	**1962.**	**Monsig. Irigoyen Jesús (Pamplona).**
»	»		**Monsig. Pugliese Francesco (Tropea).**
13	»	»	**Monsig. Valletta Leopoldo (Capua).**
»	»	»	**Monsig. Comandé Francesco (Mileto).**
	»	»	**Monsig. Costa Domenico (Mileto).**
			Monsig. Luzzi Francesco (Mileto).

13 gennaio 1962. Monsig. Pagnotta Francesco (Mileto).
» » » Monsig. Valenti Francesco (Mileto).
» » » Monsig. Staderini Roberto (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

20 settembre 1961. Monsig. Saldías Zúñiga Hugo (Los Angeles - *Chile).*
28 ottobre » Monsig. Espila Fernández Angelo (San Sebastián).
25 novembre » Monsig. Amato Giuseppe (Campagna).
23 dicembre » Monsig. Ivanov Atanasio (Krizevci).
» » » Monsig. Firak Michele (Krizevci).
13 gennaio 1962. Monsig. Pimpo Mario (Roma).

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

23 novembre 1961. Il sig. Elefante Domenico (Napoli).
8 dicembre » Il sig. Rossi Roberto (Roma).
» » » Il sig. Vastano Michele (Roma).

Cappellano segreto d'onore di Sua Santità:

15 dicembre 1961. Monsig. Contessa Giovanni (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

L'Ordine Supremo del Cristo:

16 marzo 1962. A S. E. il Dott. de Valera Éamon, Presidente d'Irlanda.

Il Collare dell'Ordine Piano :

16 marzo 1962. A S. E. il Dott. Orlich Francesco J., Presidente eletto della Repubblica di Costa Rica.

NECROLOGIO

Monsig. Cársky Józef, Vescovo tit. di Tagora.
4 marzo 1962. Monsig. Fiori Domenico, Vescovo tit. di Palmira.
29 » » Monsig. Hill James Michael, Vescovo di Victoria (Canada).

An. et vol. LIV 16 Aprilis 1962 (Ser. m, v. IV) - N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

SACRA CONSISTORIA

I

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xix mensis Martii anno MCMLXII, in Aula superiore Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Pizzardo detulit ac reddidit peritiam Sacri Collegii Cardinalium Beatissimo Patri, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Aloisi Masella, pro hoc anno ipsius Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Camerario.

II - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

VENERABILES FRATRES

Hoc Purpuratorum Patrum Collegium, quod in Vaticana aula proxime Summi Pontificis solium sedet, verum est *Consistorium* existimandum sacri illius coetus, qui in catholico orbe est amplissimus; utpote in quod Petri Successor eos pedetemptim cooptet. quos in universa Ecclesia gubernanda, sibi a divino eiusdem Conditore commissa, propiores habeat laboris adiutores quasique consortes.

Quae vero observatio arcanumque silentium ad domesticum hunc nostrum adhibentur congressum, ea sane clero cunctoque populo christiano quamdam inierunt magnarum rerum exspectationem anxiam.

Quodcumque enim Consistorium per menses et annos Consistorio succedit, proprium quidquam praeferre videtur, ex gravioribus iis humanae consociationis eventibus emanans, qui catholicae Ecclesiae vitam in qualibet terrarum orbis parte quoquo modo contingunt, quique nunc maestitiam et aegritudinem spirant, nunc spes laetas et firmas.

Quod hodie celebratur Consistorium, tria haec habet propria et praecipua : ut scilicet primum novos decem renuntiemus Patres Cardinales; ut deinde de catholicae rei statu in quibusdam civitatibus breviter commemoremus; ut denique novum quiddam significemus ad sacrum Cardinalium Collegium spectans.

Initio autem in consessum vestrum intuentes facere non possumus, quin Nostram vestraeque Familiae, Venerabiles Fratres, maestitiam declaremus, e pia memoria natam eorum Collegii vestri membrorum, qui ad caelestia praemia vocati Collegas suos ad Communis Patris latus reliquerunt, opera ab ipsis incohata continuaturos.

Profecto vos nequaquam praeterit, Nostro ineunte Pontificatu, quosdam miratos esse Nos, novorum eorumque permagnorum onerum conscientia ductos, quae nostris diebus in regimen Ecclesiae sanctae recidunt, plures quam umquam alias Purpuratos Patres nominavisse. Iamvero, his tribus circiter annis, septemdecim Cardinales, naturae legibus concedentes, e vita discesserunt. Atque nos, quicumque in hunc ornatissimum consessum congregati sumus, dum ad eos hodie confidentem animum referimus, et praeclarissima merita recogitamus, ab iis sibi parta in suo cuiusque sustinendo munere, et eorum suave, fraternum, sanctum vitae institutum; quae propter omnium benevolentiam collegerunt.

O animas dulcissimas, propediem fortasse vos unusquisque nostrum vicissim consequetur! Sed hoc interim spatio nobis deprecatores adestote apud Christum Iesum, qui, cum nos ad caelestem patriam primus praegrederetur, omnibus pollici-

tus est: *Vado parare vobis locum.*[1] **Interea vero ex creberrima ea commentatione nos, ad divini Magistri nutum, qui omnium est** *resurrectio et vita,*[2] **vos esse consecuturos, animi tranquillitatem sumimus ad curas viresque nostras** *in aedificationem corporis Christi*[3] **impendendas.**

At aliae quaedam, et eae certe graviores, licet ad sancte agendum aeque instimulantes, affiliationis causae nobis, in hoc Consistorio sedentibus, afferuntur ex condicione plurimorum hominum singulorum et non paucarum hominum communitatum, in universa fere terra; qui ex eo acerbitates aegritudinesque capiunt, quod sibi per vim praecipuarum libertatum exercitatio imminuatur, quae non minus cuilibet homini quam homini christiano debentur.

Quam ob rem a multis, a nimium multis orbis terrarum regionibus ad Nos permanant hominum gemitus. Modo videmus hominis vitam alicubi vexari ët exagitari, quod communes omnium utilitates aliae ad alias non componantur, neque, ut aequum, temperentur; modo perturbamur, quod novae semper conflentur difficultates iis populis, qui aut, post iter incertum molestumque emensum, iam in numerum civitatum, quae sui sunt iuris, aggregati sunt, aut vias vestigant, pacificas eas quidem, sed certas, quibus eodem perveniant; modo audimus a multis vehementer expeti, ut socialibus hominum necessitatibus et commodis mature planeque succurratur; cui rei efficiendae viris et probis et honestis stimulo fuerunt et sunt a Nobis editae Litterae Encyclicae, quibus initium *Mater et Magistra.*

Quid vero de latissimis iis regionibus dicamus, ubi docetur fereque per vim suadetur, in caelis nullum esse lumen, nullam ibi esse originem ordinis rerum religiosarum et humanis maiorum, nullam supernae gratiae fontem; ubi pronuntiant ab hac dumtaxat terra — modo ex ea cum veteres tum novae exciantur vires, et ad terrestrem hanc hominum consortionem adhibeantur — posse sive singulis mortalibus sive universae humanae societati cum civili cultu prosperitatem felicitatemque provenire?

[1] ***Io.*** **14, 2.**
[2] ***Ibid.*** **11, 25.**
[3] ***Eph,*** **4, 12.**

Exinde quaedam quasi túrbida procella coorta est, quae magnas ruinas in iis maxime locis edidit, ubi, propter obsoletum ac miserum vitae statum, factum est ut multitudines, sive dolo sive vi adactae, pro pretio alicuius incerti, fluxi emolumenti, se ad novam servitutem, specie tantum commùtatam, facilius fingerent et aeeommodarent; eaedemque animis paullatim opinionem imbibèrent omnia in bonorum corporis dispensatione esse ponenda.

Nunc autem quae mala exinde orta sunt, lateque insederunt, timorem profecto faciunt, ne omnes catholici orbis sacri Praesules in Concilio Vaticano II, haud multo post habendo, interesse non possint.

Quemadmodum iterum atque iterum monuimus, amplissimus ille magnaeque auctoritatis consessus eo praecipue spectat, ut, quantum maxime potest, pariter omnium quaeratur unitas in Christo, pariter populorum sociae operae et optatissimae paci aliqua ex parte consulatur; quam scilicet ad rem non mediocriter conferre poterunt congressiones et colloquia Episcoporum, undique terrarum huc celebrandi Concilii causa venientium.

Verumtamen quis occursus animo fingi potest cum viris in eiusmodi terris degentibus, in quibus, ut inter omnes constat, et perincommodus est rerum status, et vitae actio multiplici ex capite praepeditur? Cum Episcopis, dicimus, qui apostolici officii sui gratia, religioso utique et forti animo expíe ti, adhuc aut in custodia sunt, aut exilio sunt multati, aut utcumque vetantur, ne sacris fungantur muneribus?

Ad hos Venerabiles Fratres, Nobis sane carissimos, ad clerum populumque ipsis concreditum, ad eorum denique nobilissimas nationes, ubi tamen pastoralium perfunctioni munerum obstatur, ex hoc amplissimo consessu rursus Nostra perveniant verba, maestitiae plena, quibus eorum solari et confirmare animos cupimus.

Attamen divinus humani generis Redemptor, qui praesenti ope sua Nostris semper adest laboribus, pro Ecclesia sancta susceptis, grave horum pondus nonnullis etiam caelestis gratiae fomentis ita mulcet atque allevai, ut quas curas et aegritudines, quasi voluntariam corporis afflictationem, cotidie toleramus, loco caelestis muneris ducamus.

Etenim, postquam maesto animo piam venerandamque me-

moriam repraesentavimus Cardinalium vita functorum, atque Nostri animi acerbitatem significavimus ob tristes catholicae Ecclesiae casus, cuius libertas alicubi nunc clam nunc palam opprimitur et praeciditur, en duo se nobis obiciunt eventus, qui ad laetitiam permovent, quique ad omnia Collegii vestri membra proxime respiciunt.

III - CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Alter eventus hoc ipso die initium capit; agitur nempe de decem novis Venerabilibus Fratribus, qui Patrum Cardinalium dignitate honestantur, atque in eorum locum sufficiuntur, qui ex hac mortali vita ad supernam gloriam, ut omnino confidimus, demigrarunt.

Post hanc sacram caerimoniam, ut est in more positum, septem hisce diebus, primum purpureum biretum recens electis Cardinalibus in Clementina aula imponemus, deinde vero galerum Romanamque purpuram in maximo christiani nominis templo iisdem deferemus.

Cum autem consuetudo id non ferat, ut novorum Cardinalium renuntiationem eorum simul sequatur commendatio, fit idcirco, ut quae nomina coram vobis appellemus, ea potius quam electorum virorum vitam in memoriam reducant, pietate, diligenti industria, meritis ornatorum, spem videantur portendere novae acriorisque sedulitatis, quae optimorum consiliorum copiam, praeclara cum Apostolicae Sedis utilitate, beati Petri Successori polliceatur. Qui quidem ipsius Petrianae navis gubernacula tractans, illud exsequitur Christi mandatum: *Due in altum/* **atque adeo omnibus mentis animique viribus libenter fruitur, quas Sacri Collegii membra sibi commodant, ad Apostolicam quamlibet industriam tuendam, augendam, provehendamque. Nam quiviscumque ecclesiasticus vir, laboribus exceptis et multifariam variis iam obitis muneribus, sacrae Purpurae decore insignitur, non iam ad requietem curarum spectat, sed ad nova agenda negotia; quibus Divinae consilio Providentiae respondens, nova quadam peculiari ratione ita vitam suam nobilitet, ut aliquando a Deo superna promereatur praemia, atque etiam, historia teste, grata hominum recordatione floreat.**

[4] *Luc.* 5, 4.

Nomina igitur eorum decem virorum habeatis, quos in Patrum Cardinalium Collegium ascribendos censuimus.

Hi autem sunt :

IOSEPHUS DA COSTA NUNES, **Archiepiscopus titulo Odessitanus, Alter a Praefecto aerarii Apostolicae Sedis per interregnum ;**

IOANNES PANICO, **Archiepiscopus titulo Iustinianensis, et Nuntius Apostolicus in Lusitania;**

HILDEBRANDUS ANTONIUTTI, **Archiepiscopus titulo Synnadensis in Phrygia, et Nuntius Apostolicus in Hispania;**

EPHRAIMUS FORNI, **Archiepiscopus titulo Darnitanus, et Nuntius Apostolicus in Belgica ;**

IOANNES LANDÁZURI RICKETTS, **Archiepiscopus Limanus;**

GABRIEL ACACIUS COUSSA, **Archiepiscopus titulo Hierapolitanus in Syria Melchitarum, Alter ab Adiutore S. Consilii pro Ecclesia Orientali;**

RADULFUS SILVA HENRÍQUEZ, **Archiepiscopus S. Iacobi in Chilia ;**

LEO IOSEPHUS SUENENS, **Archiepiscopus Mechliniensis-Bruxellensis ;**

MICHAEL BROWNE, **Summus Magister Ordinis Fratrum Praedicatorum ;**

IOACHIMUS ANSELMUS **M.** ALBAREDA, **Bibliothecae Apostolicae Vaticanae Praefectus.**

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei¿ sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et publicamus S. R. **E. Cardinales :**

Ex ordine Presbyterorum :

IOSEPHUM DA COSTA NUNES,
IOANNEM PANICO,
HILDEBRANDUM ANTONIUTTI,
EPHRAIMUM FORNI,
IOANNEM LANDÁZURI RICKETTS,
GABRIELEM ACACIUM COUSSA,
RADULFUM SILVA HENRÍQUEZ,
LEONEM IOSEPHUM SUENENS.

Ex Ordine Diaconorum :

MICHAELEM BROWNE,
IOACHIMUM ANSELMUM M. ALBAREDA.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa £g tris et Fi £g Iii et Spiritus © Sancti. Amen.

IV - SEQUITUR SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

VENERABILES FRATRES

Praestantissimorum horum virorum in Senatum vestrum cooptatio, quemadmodum iam significavimus, quodam quasi auspicio praemonstr at prosperum successum exspectatissimae dignissimaeque illius Congressionis, quam nimirum in maximis universae Ecclesiae eventibus opus est numerare : Concilii Vaticani, dicimus, cuius initium in diem indiximus undecimum proximi mensis Octobris, Maternitati Virginis Mariae sacri.

Nunc nuper novos Patres Cardinales renuntiaturi diximus id,alterum esse e duobus eventibus, qui salutari ac memorabili hoc anno, quo Christi Sponsae vitalis perennisque virtus in lucem commodius proferetur, ad Sacrum Collegium» vestrum proxime pertinent.

Iam alterum nuntium, Venerabiles Fratres, nunc libentes accipite, quo res proditur, quam item putamus a bono et proprio consilio profectam. Vos videlicet certiores facimus a Nobismetipsis, die undevicesimo proximi mensis Aprilis, nempe in commemoratione *Cenae Domini,* **Episcopos consecratum iri eos Purpuratos Patres, qui, vel iamdiu vel nuper in Romanae Ecclesiae Senatum ascripti, huiusmodi careant dignitate. Qui ritus sollemnis eo nimirum die peragetur, cum christianum sacerdotium, non modo commemorabitur institutum, sed re ipsa institutum renovabitur, gratiae et apostolatus [5] plenitudine collata; idque opportune fiet in archibasilica Lateranensi, quam** *omnium Ecclesiarum Urbis et orbis matrem et caput* **appellant.**

Quod consilium Nostrum cum duodecim Cardinalibus aperuissemus, ad quos res spectat, non modo id ipsi laeto animo

[5] ***Rom.* 1, 5.**

probaverunt, verum etiam gratias Nobis ob eam causam egerunt, quod eos in hac mystica sanctaque re pares Collegis suis facturi sumus, qui vel in Episcoporum, vel in Presbyterorum ordine sunt.

Huiusmodi autem episcopalis consecratio, qua nihil sane abrogatur tripertito Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum ordini, hodie in Purpuratorum Patrum Collegio obtinenti, nihil pariter commutat neque quod ad partes attinet, quae in sacris caerimoniis usurpantur, neque quod ad singulares antiquitus traditas notas, neque quod ad propria ipsorum munera. Itemque nullo modo Episcopos Suburbicarios contingit, quorum status ac condicio novis opportunisque normis, mox in vulgus edendis, temperabitur.

Ceterum legitimae causae non desunt, cur omnibus Patribus Cardinalibus, Diaconis non exceptis, episcopalis dignitas convenienter deferatur; si in primis animum ad honorem attendamus Purpuratis Patribus debitum, ob gravissima eorum munera, cum proximi sint Romani Pontificis adiutores in universa Ecclesia gubernanda.

At historia quoque id ipsum suadet. Etenim ab antiquo tempore Episcopi Suburbicarii, Presbyteri atque Diaconi huius almae Urbis, Lateranensi ceterisque patriarchalibus basilicis addicti erant, ipsius *Episcopi sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae Urbis Romae*[6] **munus in peragendis divinis officiis participantes.**

Venerabiles Fratres, in Sacrum Collegium iam diu vel recens cooptati, gaudium nostrum et corona nostra,[7] eo vel magis perplacet Nobis pandere ?vobis Nostri animi sensus, qui parentem ac fratrem addecent, quod hodie festum S. Ioseph celebramus, nobis duplici de causa carissimi: nam cum sacro Baptismate rite abluti sumus, nomen S. Ioseph Nobis impositum est, quem quidem praesentissimum semper patronum experti sumus ; ac praeterea in eiusdem festo, abhinc septem et triginta annos, hoc est anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, in hac alma Urbe, Nobis episcopalis dignitas collata est, in templo S. Carolo dicato, quem impen-

*** *Liber Diurnus Romanorum Pontificum,* ed. H. Foerster, Bern, 1958, p. 15T.**

' Cfr. *Phil.* 4, 1.

sissima religione colimus. Atque non sine paterni animi solacio novimus, undecim Sacri Collegii membra una Nobiscum commune Sancti Ioseph nomen habere, qui Ecclesiae universae patronus constitutus est, cuiusque peculiari tutelae proximum Concilium Oecumenicum concredidimus.

Dilectissimus Cardinalis Decanus, pro egregio munere suo, suavissimis verbis vestrorum animorum sensus declaravit, cum, fausta hac data occasione, Nobis detulit Sacri Collegii gratulationes et vota.

Quod mutuum officiorum commercium, quo eiusdem spectatissimae Familiae membra inter se bona ac felicia adprecantur, id peculiare habet, ut imaginem quodammodo referat gratae illius ac stabilis suavitatis, qua catholica Ecclesia regitur, itemque praeclaro hortamento sit unicuique nostrum, ut bonum pergamus opus in iis muneribus explendis, quae Divinae Providentiae consilio nobis demandata sunt, ad utilitatem et incrementum Christi Regni in terris proferendi.

Dum iterum vos salvere iubemus et christianae prosperitatis vota pro vobis facimus, Apostolicam vobis Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Extremum vero, ut Ecclesia sancta ad Concilii Vaticani II eventum gravissimum in omni ordine suo veluti acies instructa contendat, opus est iis dioecesibus consulamus, quae postremis hisce mensibus quoquo modo Pastore suo sunt orbatae. Quam ob rem, Spiritus Sancti Paracliti superno lumine implorato, hos Episcopos renuntiamus atque publicamus.

V - PROVISIO ECCLESIARUM

Summus Pontifex sequentes proposuit Ecclesias :

Metropolitanae Ecclesiae Florentinae **praefecit Exc. P. D. Hermenegildum Florit, hactenus Archiepiscopum tit. Hierapolitanum in Syria.**

Metropolitanae Ecclesiae Dubuquensi **Exc. P. D. Iacobum Iosephum Byrne, iam Episcopum Xylopolitanum.**

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Anchialitanae **Exc. P. D. Hyacinthum Ioannem Ambrosi, hactenus Archiepiscopum Goritiensem et Gradiscanum.**

Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Euchaitenae **Exc. P. D. Boleslaum Kominek, iam Episcopum tit. Vagensem.**

Cathedrali Ecclesiae Valentinae in Venezuela **Exc. P. D. Iosephum Ali Lebrun Mora tinos, iam Episcopum Maracayensem.**

Cathedrali Ecclesiae Cajamarcensi **Exc. P. D. Iosephum Antonium Dämmert Bellido, iam Episcopum tit. Amathusium in Palaestina.**

Titulari Episcopali Ecclesiae Sebeliensi **Exc. P. D. Oddonem Bernacchia, hactenus Episcopum Thermularum.**

Titulari Episcopali Ecclesiae Pharanitanae **R. P. D. Iulium Barbetta, Canonicum Patriarchalis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe.**

Titulari Episcopali Ecclesiae Palmyrenae **R. P. D. Alfredum Bontempi, Canonicum Patriarchalis Basilicae Liberianae et rectorem Pontificii Collegii Nepomuceni in Urbe.**

Titulari Episcopali Ecclesiae Liviensi **R. P. Franciscum Tortora, sodalem ex Ordine Minimorum, parochum ecclesiae S. Francisci de Paula in civitate Panormitana, quem constituit Praelatum ((nullius» S. Luciae.**

Deinde Beatissimus Pater Sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

Neanthopolitanum, **exarchia in archidioecesim evecta, Asrate Mariam Yemmeru, iam Episcopum Urimensem et Exarchum Apostolicum Asmarensem.**

Mocissenum, **Gabrielem Bukatko, iam Episcopum Crisiensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Ujèic, Archiepiscopi Belogradiensis et Administratoris Apostolici Banati.**

Ranchiensem, **Pium Kerketta.**

Mendozensem, **dioecesi in archidioecesim evecta, Alfonsum Mariam Buteler, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

Corrientensem, **dioecesi in archidioecesim evecta, Franciscum Vicentin, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

Montis Regalis, **Conradum Mingo, iam Episcopum Drepanensem.**

Sancti Iacobi in Chile, **Radulfum Silva Henríquez, iam Episcopum Vallis Paradisi.**

Senensem, **Ismaèlem Marium Castellano, iam Archiepiscopum Colossensem.**

Constantiensem in Thracia, **Ecclesia in Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Petrum Veuillot, iam Episcopum Andegavensem, Coadiutorem ((sedi datum » Emi P. D. Mauritii S. R. E. Cardinalis Peltin, Archiepiscopi Parisiensis.**

Nicopolitanum in Epiro, **Iosephum Strebler, iam Archiepiscopum Lomensem.**

Dystiensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Aemilium de Brigard Ortiz, iam Episcopum Coracesiotanum.**

Monacensem et Frisingensem, **Emum P. D. Iulium S. R. E. Cardinalem Döpfner, iam Episcopum Berolinensem.**

Nicopolitanum ad Nestum, **Laurentium Iosephum Shehan, iam Episcopum Bridgeportensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Francisci P. Keough, Archiepiscopi Baltimorensis, cui iam successit.**

Coadiutorem cum iure successionis **Emi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Arteaga et Betancourt, Archiepiscopi Sancti Christophori de Habana, Evelium Diaz et Cia, Archiepiscopum Petrensem in Palaestina.**

Bostrenum, **Ioannem Patricium Cody, iam Episcopum Kansanopolitanum-Sancti Iosephi, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Francisci Rummel, Archiepiscopi Novae Aureliae.**

Amorianum, **Ioannem C. Aloisium Marinoni, iam Episcopum Pisitanum et Vicarium Apostolicum Asmarensem Latinorum.**

Philadelphiensem Ucrainorum, **Ambrosium Senyshyn, iam Episcopum Stanfordensem Ucrainorum.**

Cardiffensem, **Ioannem Murphy, iam Episcopum Salopiensem.**

Cosentinum, **Dominicum Picchinenna, iam Archiepiscopum Acheruntinum.**

Misthiensem, **Renatum Grafiin, iam Archiepiscopum Yaundensem.**

Stauropolitanum, **Iosephum Villelmum Mariam Baeten, iam Episcopum Bredanum.**

Yaundensem, **Ioannem Baptistam Zoa.**

Claudiopolitanum in Isauria, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Emmanuelem Clarizio, Internuntium Apostolicum in Pachistana Republica.**

Iustinianopolitanum in Galatia, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Carmelum Rocco, Nuntium Apostolicum in Republica Boliviana.**

Abaritanum, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Carolum Martini, Nuntium Apostolicum in Republica Paraquariana.**

Bindaeum, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Caietanum Alibrandi, Nuntium Apostolicum in Republica Chilensi.**

Christopolitanum, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta," Sanctum Portalupi, Nuntium Apostolicum in Republica Nicaraquana et Honduriensi.**

Meverianensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ambrosium Marchioni, Nuntium Apostolicum in Republica Guatimalensi et Salvatoriana.**

Apölloniensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Iosephum Caprio, Internuntium Apostolicum in Sinis.**

Algizensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Marium Brini, Delegatum Apostolicum in Indosinis.**

Zenopolitanum in Isauria, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Ioannem Ferrofino, Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana.**

Leriensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Aloisium Dadaglio, Nuntium Apostolicum in Foederatis Venetiolae Civitatibus.**

Tuseamiensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Guidonem dei Mestri, Delegatum Apostolicum Africae Orientalis.**

Gratianensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Felicem Pirozzi, Delegatum Apostolicum Insulae Madagascariae.**

Serrensem in Proconsulari, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Xaverium Zupi, Delegatum Apostolicum in Corea.**

Tarasensem in Numidia, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Antonium Pinci.**

Xanthiensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem pro hac vice evecta, Brunonem Heim, Delegatum Apostolicum in Scandia.**

Mechliniensem-Bruxellensem, **Leonem Iosephum Suenens, iam Episcopum Isindensem.**

Acheruntinum, **Conradum Ursi, iam Episcopum Neritonensem.**

Albiensem, **Claudium Dupuy, iam Episcopum Selijensem.**

Serrensem in Macedonia, **Aloisium Iosephum Kerkhofs, iam Episcopum Leodiensem.**

Durangensem, **Antonium López Aviña, iam Episcopum Zacatecensem.**

Sancti Pauli de Minnesota, **Leonem Binz, iam Archiepiscopum Dubuquensem.**

Labacensem, **dioecesi in archidioecesim evecta, Antonium Vovk, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

Arcis Lamy, **dioecesi in archidioecesim evecta, Paulum Dalmais, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

Tarentinum, **Villelmum Motolese, iam Episcopum Eutymensem.**

Nicopolitanum ad Nestum, **Ioannem Gordon, Delegatum Apostolicum Thailandiae et Paeninsulae Malacensis.**

Methymnaeum, **Emmanuelem Nunes Gabriel, iam Episcopum Maiali jensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Moisis Alves de Pinho, Archiepiscopi Luandensis.**

S-. Francisci in California, **Iosephum Thomam McGucken, iam Episcopum Sacramentensem.**

Atlantensem, **dioecesi in archidioecesim evecta, Paulum J. Hallinan, iam Episcopum Carolopolitanum.**

EPISCOPOS

Mastaurensem in Asia, **Eduardum Muszynski, Auxiliarem Excmi P. D. Czeslaw Kaczmarek, Episcopi Kielcensis.**

Barenum in Hellesponto, **Valentinum Wójcik, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Cantu Lorek, Episcopi Sandomiriensis.**

Gibbensem, **Alfonsum Verwimp, iam Episcopum Kisantuensem.**

Sozopolitanum in Haemimonto, **Franciscum Carroll, Vicarium Apostolicum Monroviensem.**

Adigratensem, **noviter erecta dioecesi, Hailé Mariam Cahsay, iam Episcopum Sozusenum in Libya et Exarchum Apostolicum Neanthopolitanum.**

Asmarensem, **noviter erecta dioecesi, Franciscum Abraha.**

Arcis Portal, **noviter erecta dioecesi, Vincentium Me Cauley.**

MyitJcynaënsem, **noviter erecta dioecesi, Ioannem Iacobum Howe.**

Promensem, **noviter erecta dioecesi, Thomam Albertum Newman.**

Parlaitanum, **Villelmum Zephyrinum Gomes, Auxiliarem Emi P. D. Valeriani S. R. E. Cardinalis Gracias, Archiepiscopi Bombayensis.**

Larandensem, **Valphridum Teixeirá Vieira, Auxiliarem Emi P. D. Augusti Alvari S. R. E. Cardinalis da Silva, Archiepiscopi S. Salvatoris in Brasilia.**

Bagensem, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Gomes.**

Vallipolitanum, **noviter erecta dioecesi, Carolum Quintero Arce.**

Bivoriensem, **noviter erecta dioecesi, Michaelem González Ibarra.**

Hsinchuensem, **noviter erecta dioecesi. Petrum Pao-Zin Tou.**

Kaohsiungensem, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Cheng Tien-Siang.**

Tainanensem, **noviter erecta dioecesi, Stanislaum Lokuang.**

Niameyensem, **noviter erecta dioecesi, Hippolytum Berlier.**

Taunggyensem, **noviter erecta dioecesi, Ioannem Baptistam Gobbato.**

Tunguensem, **Sebastianum Shwe-Yauk.**

Fidentinum, **Villelmum Bosetti, iam Episcopum Hipponensem.**

Nicotriensem et Tropiensem, **Iosephum Bonfiglioli.**

Erizenum, **Octavium Pasquet, iam Episcopum Sagiensem, nuper vita functum.**

Sagiensem, **Andream Pioger, iam Episcopum Tremithusium.**

Centumfocensem, **Alfredum Müller et San Martín, iam Episcopum Anaeum.**

Girardotensem, **Cyrum Alfonsum Gómez.**

Antiochenum ad Meandrum, **Felicem Guillet, iam Episcopum Apamiensem.**

Arsinoënsem in Cypro, **Angelum Cuniberti, Vicarium Apostolicum Florentiae.**

Balburensem, **Gervasium Nkalanga, Auxiliarem Emi P. D. Lauream S. R. E. Cardinalis Rugambwa, Episcopi Bukobaënsis.**

Abilenum in Palaestina, **Caesarem Gatimo, Auxiliarem Excmi P. D. Caroli M. Cavallera, Episcopi Nyeriensis.**

Athyrensem, **Ludovicum Nganga, Auxiliarem Excmi P.** *D.* **Francisci Van de Bergh, Episcopi Lisalaënsis.**

Arcadiensem, **Iosephum Almici, Auxiliarem Excmi P. D. Hyacinthi Tredici, Archiepiscopi-Episcopi Brixiensis.**

Bladiensem, **Ioannem Mazur, Auxiliarem Exctmi P. D. Petri Kalwa, Episcopi Lublinensis.**

Bosetanum, **Erasmum Hinojosa, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Caroli Alberti Arce Masías, Episcopi Piurensis.**

Gandybensem, **Geraldum Franciscum 0'Keefe, Auxiliarem Excmi P. D. Villelmi 0'Brady, Archiepiscopi S. Pauli de Minnesota, nuper vita functi,**

Selensem, **Calogerum Lauricella, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Baptistae Peruzzo, Archiepiscopi-Episcopi Agrigentini.**

Drepanensem, **Franciscum Ricceri, iam Episcopum Coelenum et Praelatum « nullius » S. Luciae.**

Sintangensem, **noviter erecta dioecesi, Lambertum van Kessel,**

Portus Harcurtensis, **noviter erecta dioecesi, Godefridum Okoye.**

Campaniensem, **Iolanthum Nuzzi, iam Episcopum Emmausensem.**

Vallis Paradisi, **retento titulo Archiepiscopali** *ad personam,* **Aemilium Tagle Covarrubias, iam Archiepiscopum Nicopolitanum ad Nestum.**

Tullanensem, **noviter erecta dioecesi, Iosephum de Jesús Sahagún de la Parra.**

Prusiensem, **Iosephum Salazar López, Coadiutorem seu Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Gabrielis Anaya et Diez de Bonilla, Episcopi Zamorensis in Mexico.**

Lucensem in Hispania, **Antonium Ona de Echave, iam Episcopum Dystiensem.**

Coadiutorem eum iure successionis **Excmi P. D. Ioannis Iosephi Swint, Archiepiscopi-Episcopi Vheliixgensis, Iosephum II. Hodges, Episcopum Rusaditanum.**

Afogadensem de Ingazeira, **Franciscum Austrégesilo Mesquita.**

Catulensem, **Petrum N. Bantigue, Auxiliarem Emi P. D. Rufmi J. S. R. E. Cardinalis Santos, Archiepiscopi Manilensis.**

Felbesianum, **Valmorem Batu Wichrowski, iam Episcopum Neo-Iguassuensem, Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Victoris Sartori, Episcopi S. Mariae.**

Irenopolitanum in Cilicia, **Caietanum -Michetti, Auxiliarem Excmi P. D. Norberti Perini, Archiepiscopi Firmam.**

Laoagensem, **noviter erecta dioecesi, Antonium Mabutas et Lloren.**

Coensem, **Paulum Nordhues, Auxiliarem Eximi P. D. Laurentii Jaeger, Archiepiscopi Paderbornensis.**

Andrapenum, **Ioannem F. Whealon, Auxiliarem Excmi P. D. Eduardi Francisci Hoban, Archiepiscopi-Episcopi Clevelandensis.**

Bururiensem, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Martin, iam Episcopum Ngoziensem.**

Thuburbitanorum Minorum, **Villelmum I. McNaughton, primum Vicarium Apostolicum Inchonensem.**

Jataiensem, **Benedictum Dominicum Coscia.**

Emmausensem, **Carolum Maccari.**

Avellanediensem, **noviter erecta dioecesi, Aemilium Antonium Di Pasquo, iam Episcopum S. Ludovici in Argentina.**

Franciscopolitanum, **noviter erecta dioecesi, Petrum Lira, iam Episcopum Tenediensem.**

Foromartiniensem, **noviter erecta dioecesi, Emmanuelem Menéndez, iam Episcopum Diospolitanum superiorem.**

Fororaphaëliensem, **noviter erecta dioecesi, Radulfum Primatesta, iam Episcopum Tanaitanum.**

Anatuyanensem, **noviter erecta dioecesi, Georgium Gottau.**

Foroeoncordianum, **noviter erecta dioecesi, Richardum Rosch.**

G-oyanensem, **noviter erecta dioecesi, Albertum Devoto.**

Neuquenianum, **noviter" erecta dioecesi, Iacobum Franciscum De Nevares.**

Novoraniensem, **noviter erecta dioecesi, Franciscum de la Cruz Muguerza.**

Raphaëliensem, **noviter erecta dioecesi, Vincentium Zazpe.**

Rivogallaëcensem, **noviter erecta dioecesi, Mauritium Eugenium Magliano.**

Leopoldinensem, **Gerardum Ferreira Reis.**

Gedamusensem, **Georgium J. Gottwald, Auxiliarem Emi P. D. Io* sephi Elmeri S. R. E. Cardinalis Ritter, Archiepiscopi S. Ludovici.**

Kisantuensem, **Petrum Kimbondo, iam Episcopum Sebeliensem.**

Popohabakaënsem, **noviter erecta dioecesi, Petrum Bouckaert.**

Mbalmayoënsem, **noviter erecta dioecesi, Paulum Etoga, iam Episcopum Cyparissiensem.**

Cataquensem, **Alexandrum Mbuka-Nzundu, Auxiliarem Excmi P. D. Andreae Lefebvre, Episcopi Kikuitensis.**

Denparasensem, **noviter erecta dioecesi, Paulum Sani.**

Butaënsem, **Jacobum Mbali.**

Jerichuntinum, **Philippum Pocci, Auxiliarem Emi P. D. Cardinalis in Urbe Vicarii.**

Tenediensem, **Ioannem Canestri, Auxiliarem Emi P. D. Cardinalis in Urbe Vicarii.**

Uthinensem, **Iosephum Vairo.**

Diospolitanum Superiorem, **Nemesium Rivera Meza, iam Episcopum Ca jamarcensem.**

Rosariensem, **Villelmum Bolatti, iam Episcopum Limatensem.**

Sancti Iacobi de Estero, **Emmanuelem Tato, iam Episcopum Aulonensem.**

Sancti Ludovici in Argentina, **Carolum Mariam Cafferata, iam Episcopum Chersonesitanum in Europa.**

Bonustensem, **Ioannem Gugic, Auxiliarem Excmi P. D. Pauli Butorac, Episcopi Ragusini.**

Danabenum, **Aloisium Mena Arroyo, Coadiutorem, etiam « sedi datum », Excimi P. D. Antonii Guizar Valencia, Archiepiscopi Chihuahuensis.**

Sibenicensem, **Iosephum Arneric.**

Matanzensem, **Iosephum Maximinum Eusebium Domínguez et Rodríguez, iam Episcopum Caeciritanum.**

De Tandjung-Karang, **noviter erecta dioecesi, Albertum Hermelink.**

Stectorenum, **Petrum Guichet, Vicarium Apostolicum Insularum Gilbertinarum.**

Urbevetanum, **Virginium Dondeo, iam Episcopum Aliphanum.**

Muliensem, **Vidonen Riobé, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Roberti Picard' de la Vacquerie, Episcopi Aurelianensis.**

Acropolitanum, **Renatum Kérautret, Coadiutorem cum iure successionis Exenii P. D. Ioannis Baptistae Mégnin, Episcopi Engolismensis.**

Tanaitanum, **Augustinum Herrera, iam Episcopum Sancti Dominici Novem Iulii, Coadiutorem, eiam « sedi datum », Excimi P. D. Henrici Muhn, Episcopi Jujuyensis.**

Dicensem, **Antonium Rossi, Auxiliarem Excmi P. D. Zenobii Laurentii Guilland, Archiepiscopi Paranensis.**

Gaeciritanum, **Marcum Gregorium McGrath, Auxiliarem Excmi P. I). Francisci Beckmann, Archiepiscopi Panamensis.**

Rubrubaculensem, **noviter erecta dioecesi, Robertum E. Tracy, iam Episcopum Sergentzensem.**

Ghersonesitanum in Europa, **Philippum Iacobum Benitez Avalos, Auxiliarem Excnii P. D. Ioannis Iosephi Hannibalis Mena Porta, Archiepiscopi Ssmae Assumptionis.**

Limatensem, **Laurentium Graziano, Auxiliarem Excmi P. D. Beniamini Barrera et Reyes, Episcopi Sanctae Annae.**

Pluviensem, **noviter erecta dioecesi, Romanum Arrieta.**

Stanfordensem Ucrainorum, **Iosephum Schmondiuk, iam Episcopum Zeugmatensem in Syria.**

Hermonthitanum, **Augustinum Eugenium Hornyak, Auxiliarem Emi P. D. Villelmi S. R. E. Cardinalis Godfrey, Archiepiscopi Vestmonasteriensis et Exarchi Apostolici pro fidelibus IJcrainis in Anglia.**

Sebastopolitanum in Thracia, **Andream Sapelak.**

Berolinensem, **Alfredum Bengsch, iam Episcopum Tubiensem.**

Niciotanum, **Petrum Rogan, iam Episcopum Bueaënsem.**

Fertiliensem, **noviter erecta dioecesi, Almirum Marques Ferreira, iam Episcopum Arindelensem.**

Macaonensem, **Paulum Iosephum Tavares.**

Ruhengeriensem, **Iosephum Sibomana.**

Ngoziensem, **Andream Makarakiza.**

Gapitoliensem, **Iosephum Leonem Roias Chaparro, Coadiutorem cum iure successionis Excnii P. D. Antonii Ignatii Camargo, Episcopi Truxillensis in Venezuela, cui iam successit.**

Arindelensem, **Antonium Ribeiro de Oliveira, Auxiliarem Excmi P. D. Ferdinandi Gomes dos Santos, Archiepiscopi Goianiensis.**

Aliphanum, **Raphaelem Pellecchia, iam Episcopum Amisenum.**

Ikelaënsem, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Weigl.**

Astridaënsem, **noviter erecta dioecesi, Ioannem Baptistam Gahamanyi.**

Apamiensem, **Mauritium Rigaud.**

Berenicensem, **Antonium Hofmann, Coadiutorem cum iure successionis Eixclmi P. D. Conradi Landersdorfer, Episcopi Passaviensis.**

Bridgeportensem, **Gualterum Villelmum Curtis, iam Episcopum Bisicensem.**

Bisicensem, **Franciscum E. Hyland, iam Episcopum Atlantensem.**

Iguatuvinum, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Maurum Ramalho de Alarcón Santiago.**

Bogorensem, **noviter erecta dioecesi, Nicolaum Geise.**

Padangensem, **noviter erecta dioecesi, Raimundum Caesarem Bergamin.**

Hadrianopolitanum, **Angelum Prinetto, Vicarium Administrationis Apostolicae Lauretanae.**

Curubitanum, **Paulum Grégoire, Auxiliarem Emi P. D. Pauli Aemilii S. R. E. Cardinalis Léger, Archiepiscopi Marianopolitana**

Aggaritanum, **Iosephum Ludovicum Buchkremer, Auxiliarem Excfiii P. D. Ioannis Pohlschneider, Episcopi Aquisgranensis.**

Aëtensem, **Ioannem Villelmum Mariam Bluyssen, Auxiliarem Excmi P. D. Villelmi Mariae Bekkers, Episcopi Buscoducensis.**

Angelimum, **noviter erecta dioecesi, Thomam Iosephum Drury.**

Ambladensem, **Heldonem Bernardum Schuster, Auxiliarem Excmi P. D. Villelmi Iosephi Condón, Episcopi Great-Ormensis.**

Gergitmum, **Aloisium Oldani, Auxiliarem Emi P. D. Ioannis Baptistae S. R. E. Cardinalis Montini, Archiepiscopi Mediolanensis.**

Acrassiotmum, **Leopoldum L. Arcaira, Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii dei Rosario, Archiepiscopi Zamboangensis.**

Canensem, **Felicissimum Stephanum Tinivella, iam Episcopum Dianensem, Coadiutorem Emi P. D. Maurilii S. R. E. Cardinalis Fossati, Archiepiscopi Taurinensis.**

Masakaënsem, **Hadriaimm Ddungu.**

Tubiensem, **Theophilum Mbemba, Coadiutorem Excmi P. D. Michaelis Bernard, Archiepiscopi Brazzapolitani.**

Aninetensem, **Paulum Latusek, Auxiliarem, pro archidioecesi Gnesnensi, Elmi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.**

Abbiritanum, **Ioannem Oblak, Auxiliarem, pro archidioecesi Gnesnensi, Emi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.**

Abaradirensem, **Ioannem Wosinski.**

Pastopolitanum, **Georgium Albertum Giraldo Restrepo, iam Episcopum Garrianensem.**

Hadrianotheraeum, **Bronislaum Dabrowski, Auxiliarem, pro archidioecesi Varsaviensi, Etmi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Wyszynski, Archiepiscopi Gnesnensis et Varsaviensis.**

Blaundenium, **Victorem Ioannem Perrin, iam Episcopum Atrebatensem.**

Arnaetanum, **Aloisium Robin, iam Episcopum Blesensem.**

Dianensem, **Aldum Forzoni, iam Episcopum Gravinensem et Montis Pelusii.**

Altiburitanum, **Geraldum E. Carter, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Christophori Cody, Episcopi Londonensis.**

Gyparissiensem, **Gregorium Gara vito, Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Iosephi Bruls, Vicarii Apostolici Villavicentiensis.**

Arsennaritanum, **Augustinum Jauffrès, iam Episcopum Tarantasiensenj.**

Meldensem, **Iacobum Eugenium Aloisium Ménager, iam Episcopum Antiochenum parvum.**

Carianensem, **Carolum Alexandrum Salatka, Auxiliarem Excmi P. D. Alienis Iacobi Babcock, Episcopi Grandormensis.**

Leopolitanum, **Ernestum L. Unterkoefler, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis I. Russell, Episcopi Richmondiensis.**

Andegavensem, **Henricum Mazérat, iam Episcopum Foroiuliensem-Tolonensem.**

Malolosinum, **noviter erecta dioecesi, Emmanuelem P. Dei Rosario, iam Episcopum Calbayoganum.**

Immensem, **noviter erecta dioecesi, Artemium G. Casas.**

Garrianensem et Praelatum « nullius » Aiquilensem, **Hyacinthum Eccher.**

Bononiensem, **Antonium Caillot, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Alfonsi Pauli Desiderati Gaudron, Episcopi Ebroicensis.**

Neo-Iguassuensem, **Honoratum Piazera, iam Episcopum Termessensem.**

Atrebatensem, **Gerardum Huyghe.**

Oitaënsem, **noviter erecta dioecesi, Petrum Saburo Hirata.**

Arcis Archambault, **noviter erecta dioecesi, Henricum Veniat.**

Auguritensem, **Michaelem Darmancier, Vicarium Apostolicum Insularum Vallis et Futuna.**

Thignicensem, **Iacobum Komba, Auxiliarem Excmi P. D. Hermanni Eberhardi Spiess, Abbatis « nullius » Peramihoënsis.**

Thenitanum, **Paulum Ghizzoni, Auxiliarem Excmi P. D. Humberti Malchiodi, Archiepiscopi-Episcopi Piacentini.**

Canalopolitanum, **noviter erecta dioecesi, Orestem Iacobum Nuti, iam Episcopum Melensem,**

Melensem, **Robertum Caceres.**

Gravinensem et Montis Pelusii, **Iosephum Vairo, iam Episcopum Uthinensem.**

Aquaealbensem in Byzacena, **Amabilem Chassaigne, iam Episcopum Tutelensem.**

Tutelensem, **Marcellum Lefebvre, iam Archiepiscopum Dakarensem, retento Archiepiscopali titulo** *ad personam.*

Antiochenum Parvum, **Andream Charles de la Brousse, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Villelmi Sembel, Episcopi Divionensis.**

Kansanopolitanum - Sancti Iosephi, **Carolum Hermannum Helmsing, iam Episcopum Campifontis-Capitis Girardeaunensem.**

Santanderiensem, **Eugenium Beitia Aldazabal, iam Episcopum Tamiathitanum.**

Quercopolitanum, **noviter erecta dioecesi, Floyd Laurentium Begin, iam Episcopum Salenum.**

Sanctae Rosae in California, **noviter erecta dioecesi, Leonem T. Maher.**

Stocktoniensem, **noviter erecta dioecesi, Hugonem Aloisium Donohoe, iam Episcopum Taianum.**

Isindensem et Praelatum « nullius » Tagamnum, **noviter erecta Praelatura, Iosephum Villelmum Regan.**

Angelopolitanum, **noviter erecta dioecesi, Aloisium Lorscheider.**

Sancti Dominici Novem Iulii, **Antonium Quarracino.**

Jacarezinhoënsem, **Petrum Pilipak.**

Apollonidensem, **Rodulphum das Merces de Oliveira Pena, iam Episcopum Valentinum in Brasilia.**

Tamiathitanum, **Marcum Caliaro, Suffraganeum Sabinensem et Mandelensem.**

Sancti Christophori de Laguna, **Aloisium Gascón Franco.**

Coadiutorem cum iure successionis **Excmi P. D. Iosephi Mariae Alcaráz et Alenda, Episcopi Pacensis, Dorotheum Fernández et Fernández, Episcopum Castabalensem.**

Ausafensem, **Mauritium Paulum Rousseau, iam Episcopum Valleguidonensein.**

Neritonensem, **Antonium Rosarium Mennonna, iam Episcopum Muranum.**

Oriensem, **Ildephonsum Mariam Iosephum Sansierra, Auxiliarem Excmi P. D. Audini Rodríguez et Olmos, Archiepiscopi Sancti Joannis de Cuyo.**

Eutymensem, **Ioannem de Cambourg, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Lefebvre, Archiepiscopi Bituricensis.**

Makenensem, **noviter erecta dioecesi, Augustum Azzolini.**

PRAELATOS ((NULLIUS))

Humajtanensem, **noviter erecta Praelatura, Iosephum Domitrovitsch, iam Episcopum Podaliensem, nuper vita functum.**

Qerontopolitanum, **noviter erecta Praelatura, Hugonem Gerbermann.**

Oviedopolitanum, **noviter erecta Praelatura, Hieronymum Pechillo.**

Raymundianum, **noviter erecta Praelatura, Amadeum González Ferreiros.**

Praetera Summus Pontifex confirmavisse Se dixit electiones canonice factas in Synodo Episcoporum Melchitarum : Excmi P. D. Antonii Toutoundji, Archiepiscopi Hemeseni Melchitarum, ad Metropolitanam Ecclesiam Aleppensem Melchitarum ; Excmi P. D. -Antonii Parage, Archiepiscopi tit. Laodiceni Melchitarum, ad Archiepiscopalem tit. Ecclesiam Tamiathitanam Melchitarum ; R. P. Pauli Achkar ad Archiepiscopalem Ecclesiam Laodicenam in Syria Melchitarum ; R. P. Gabrielis Abou-Sada ad Archiepiscopalem Ecclesiam Caesariensem in Palaestina Melchitarum ; R. P. Neophiti Edelby ad Archiepiscopalem Ecclesiam Edessenam in Osrhoène Melchitarum; R. P. Ioannis Bassoul ad Archiepiscopalem Ecclesiam Hemesenam Melchitarum; et R. P. Augustini Farah ad Cathedralem Ecclesiam Tripolitanam Melchitarum.

Insuper confirmasse Se quoque electionem canonice factam, in Synodo Episcoporum Maronitarum, R. D. Nasrallah Sfeir ad Episcopalem tit. Ecclesiam Tarsensem Maronitarum.

Tunc Revmus Cardinalis Urbani, dimisso Titulo Sanctae Priscae, op ta vit Titulum Sancti Marci.

VI - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde *personaliter* **sacrum Pallium postulaverunt pro Metropolitanis Ecclesiis :** *Montis Regalis,* **Exc. P. D. Conradus Mingo ;** *Acherun-Una,* **Exc. P. D. Conradus Ursi;** *Beneventana* **(per successionem), Exc. P. D. Raphael Calabria;** *Florentina,* **Exc. P. D. Hermenegildus Florit.**

Per procuratorem **vero postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis Metropolitanis :** *Neanthopolitana* **(noviter erecta),** *Ranchiensi, Mendozensi* **(per elevationem Sedis),** *Corrientensi* **(per elevationem Sedis),** *Senensi, Philadelphiensi Ucrainorum, Cardiffensi, Yaundensi, AXbiensi, Sancti Dominici* **(per successionem),** *Durangensi, Sancti Pauli de Minnesota, Arcis Lamy* **(per elevationem Sedis),** *Tarentina, Baltimorensi*

(per successionem), *Sancti Francisci in California, Atlantensi* **(per elevationem Sedis),** *Dubuquensi;* **item pro Archiepiscopali** *Labacensi* **(per elevationem Sedis).**

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria quinta, die xxn mensis Martii anno MCMLXII**, in Basilica Vaticana habitum est** *Consistorium publicum,* **in quo Summus Pontifex Ioannes Pp. XXIII Galerum rubrum pontificalem sollemniter imposuit octo Emis ac Revftiis DD. Cardinalibus in Consistorio Secreto feriae secundae superioris creatis, scilicet :**

IOSEPHO DA COSTA NUNES,

EPHRAIMO FORNI,

IOANNI LANDÁZURI RICKETTS,

GABRIELI ACACIO COUSSA,

RADULFO SILVA HENRÍQUEZ,

LEONI IOSEPHO SUENENS,

MICHAELI BROWNE,

IOACHIMO ANSELMO **M.** ALBAREDA.

Interim per Advocatos Sacri Consistorii, peroratio fiebat Causarum Servorum Dei Iosephi Freinademets, sacerdotis e Societate Verbi Divini, et P. Damiani da Venster, e Congregatione Sacrorum Cordium Iesu et Mariae.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

Absoluto publico Consistorio in Basilica Vaticana, eodem die in Aula consistoriali Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium secretum,* **in quo Beatissimus Pater supra dictis novis Cardinalibus, ut de more, os clausit.**

Deinde sequentes proposuit Ecclesias.

I - PROVISIO ECCLESIARUM

Metropolitanae Ecclesiae Turritanae **praefecit Exc. P. D. Paulum \Carta, hactenus Episcopum Fodianum.**

Titulari Episcopali Ecclesiae Aezanitanae **Exc. P. D. Caietanum De Cicco, iam Episcopum Suessanum.**

Titulari Episcopali Ecclesiae Capitoliensi **Exc. P. D. Iosephum Thurler, iam Episcopum Xapecoënsem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis ExcJmi P. D. Iosephi Caroli de Aguirre, Episcopi Sorocabani.**

Cathedrali Ecclesiae Calbayoganae **R. P. D. Cyprianum Urgel Villahermosa, Protonotarium Apostolicum « ad instar », parochum ecclesiae Cathedralis et Vicarium Generalem dioecesis Palensis,**

Cathedrali Ecclesiae Bredanae **R. D. Gerardum Henricum De Vet, moderatorem Actionis Catholicae et Operum Socialium in dioecesi Bredana.**

II - ORIS APERITIO ET TITULORUM ADSIGNATIO

Inde Beatissimus Pater os aperuit mox creatis Cardinalibus, ut in Consistoriis, Congregationibus aliisve functionibus Cardinalitiis suas valerent dicere sententias, iisque anulos tradidit singulisque adsignavit :

IOSEPHO DA COSTA NUNES, *Titulum 8. Priscae.*

EPHRAIMO FORNI, *Titulum 8. Crucis in Hierusalem.*

IOANNI LANDÁZURI RICKETTS, *Titulum 8. Mariae de Aracoeli.*

GABRIELI ACACIO COUSSA, *Titulum 8. Athanasii.*

RADULPHO SILVA HENRÍQUEZ, *Titulum 8. Bernardi ad Thermas.*

LEONI IOSEPHO SUENENS, *Titulum 8. Petri ad vincula.*

MICHAELI BROWNE, *Diaconiam 8. Pauli Apostoli in Arenula.*

IOACHIMO ANSELMO M. ALBAREDA, *Diaconiam S. Apollinaris.*

III - POSTULATIO PALLIORUM

Postea *personaliter* **postulaverunt sacrum Pallium pro Metropolitanis Ecclesiis :** *8. Iacobi in Chile,* **Emus ac Revmus Dnus Radulphus S. R. E. Card. Silva Henríquez ;** *Mechliniensi-Bruxellensi,* **Emus ac Revmus Dnus**

Leo Iosephus S. R. E. Card. Suenens; item pro Cathedrali Ecclesia *Puteolana* **(nuper ex privilegio), Emus ac Revmus Dnus Alfonsus S. R. E. Card. Castaldo ; insuper pro Archiepiscopali** *Gosentina,* **Exc. P. D. Dominicus Picchinenna; pro Episcopali (ex privilegio)** *Arretina* **(per successionem), Exc. P. D. Telesphorus Ioannes Cioli.**

Emus ac Revmus Dnus Paulus Card. Marella, nomine Emi ac Revmi Dñi Iulii S. R. E. Card. Döpfner, postulavit sacrum Pallium pro Metropolitanis Ecclesiis unitis *Monacensi et Frisingensi.*

Per procuratorem **vero postulatio Pallii facta est pro Ecclesia Metropolitana** *Turritana.*

ALLOCUTIONES

I

Habita post exactos labores Sessionis quintae Commissionis (Centralis Concilio Oecumenico Vaticano H apparando. *

Venerabiles Fratres et dilecti filii Nostri.

Bene ominata verba, quibus vos salutamus antequam finis imponitur huic quintae sessioni Supremi Consilii, parandi Concilii Oecumenici Vaticani Secundi causa collecti, probe planeque suadet Nobis introitus Missae dominicae quartae quadragenarii ieiunii tempore, ((Laetare)) appellatae. Missa dominicae tertiae sacri Adventus festivo exordio « Gaudete » incipiebat, quo quidem Bethlemica gaudia praenuntiabantur. Quantum spirant suavitatis haec praevia festa praeçonia, quae Domini Natalem et paschalia sollemnia coniungunt !

Quamvis occupatos Nos tenuissent sat onerosae admissiones, quas postremis singulis diebus dedimus, praepediti sane non sumus, quominus feliciter et attente prosequeremur praeclara et gravia communia studia, quae vos contulistis ad ea praeparanda, quae quasi viva materies erunt in exactas formas doctrinam redigendi, et ecclesiasticae disciplinae suppeditabunt praescripta.

Haec utraque magno usui erunt, ut Sanctae Ecclesiae catholica sententia in credendo et cogitando eluceat, ut eius vita et actio reflorescat, prout adiuncta rerum ad religiosum convictum omnium eius filiorum attinentia postulant.

*** Die 3 Aprilis mensis a. 1962.**

Variis gratisque colloquiis, quae cum multis e vobis seruimus, pio cum oblectamento percepimus vividas, at tranquillo tenore atque mutua cum observantia porrectas disputationes super quaestionibus, quae ad doctrinam et ad usum vitae pertinent. Hae diversa examinatae inspectione et prospectu, quem nationum varia indoles distinguit, et singulorum ingenium et rerum experientia mutant, magni aestimandorum iudiciorum varietatem suppeditant. Sereno more modoque habita disputatio profecto ad exitus ducit, qui probandi erunt. Inde namque continget, ut, cum Concilium Oecumenicum sollemniter patuerit, non laboriosus Antistitum consensus fiet, et universis erit acceptus.

Tria fuerunt lemmata, quae a vobis in disceptationem vocata sunt, ob oculos habitis relationibus, quas Praesides singularum Commissionum pro credito sibi officio antea concinnaverunt : Sacra Liturgia, Catholicae Missiones, scripta typis mandanda, spectacula.

Haec argumenta, Ecclesiae magisterio continenter pertractata sunt; quaestionesque spectant, quas prorsus novas proponi et exsolvi iubent nova praesidia ad socialem communicationem apta.

Ecclesia nullo modo moram vel impedimentum infert doctrinarum et artium progressioni atque incremento; quin immo eadem promovet, viamque munit atque patefacit, qua recentiora artium inventa conferre possint ad bona, quae non solum ad corpus, verum etiam ad animum spectent, ita quidem ut ipsa mentis cultura ac rei civilis prosperitas augeantur ; hac tamen lege ut spiritualia bona morumque honestas nullum detrimentum accipiant.

Aetate hac nostra, multo magis quam praeteritis temporibus doctorum virorum studia in Sacra Liturgia versantur.

Quod quidem non parum adiuvat eorum omnium labores, qui, normis plene obsequentes de hac re ab Ecclesia datis, praesertim per Encyclicas Litteras « *Mediator Dei* » aliaque gravia Romanorum Pontificum documenta, id laudabilibus sane nisibus assequi contendunt, ut nempe sacri ritus, ad nativum revocentur splendorem iidemque vividius excitent christifideles ad sinceram fovendam pietatem, eosque ad evangelicae perfectionis sanctitatem perducant.

Praeterea quaestiones, quae ad rem missionalem pertinent, cotidianas curas sollicitudinesque Nostras ad se convertunt ; neque minus oççupatôs Nos tenent iuvenes, ad sacra capessenda divinitus vocati, apte instituendi, et feliciora incrementa Sacrorum Seminariorum atque domorum Religiosis educandis.

Quod autem Catholicae Missiones in tristissimis versantur condicionibus apud multas Nationes, in quibus rerum socialium ac politicarum perturbationes Evangelii praeconum opera, haud ita pridem spei plena omnino fere labefactaverunt, hoc, dicimus, summo Nos afficit dolore, qui nonnisi fusis ad Deum precibus allevari potest.

Ea denique, quae ad scripta typis edenda atque ad spectacula attinent, etsi graves struunt animis nostris sollicitudines, suavem tamen spem foveri iubent. Omnes enim norunt quanta virtute quantoque momento haec polleant inventa et praesidia socialis communicationis; itidem nemo ignorat, quanta haec efficacitate animos permoveant, adulescentium praesertim, quorum nondum confirmata ingenia maioribus obiciuntur periculis. Quam ob rem, id sane postulat, ut patres matresque familias et civiles magistratus id genus instrumentis attente invigilent ; id pariter requirit, ut qui ea moderantur, ii exquisita morum conscientia summaque prudentia praediti sint; ut denique omnes, qui ipsis utuntur, in primis parentes atque praeceptores caute et considerate id faciant.

Nobis in animo non est, ea iterum tractanda sumere, quae Decessores Nostri, hac super provincia edocuerunt : meminisse saltem iuvabit binas Encyclicas illas Litteras, alteras verbis « *Vigilanti cura* **», alteras «** *Miranda prorsus* **» incipientes ; Nostrarum quoque orationum mentionem facere Nobis liceat, quas ad diurnarios scriptores, non una data occasione, habuimus. Haec omnia Ecclesiae Sanctae maternam curam trepidamque exspectationem plane ostendunt, quibus hodiernae vitae adiuncta ipsa prosequitur.**

Celebrandi Concilii Patres cogitationes convertent ad hasce omnes maximi ponderis quaestiones, atque ad alias quoque plurimas, quae iam pertractatae sunt, vel in proximis coetibus pertractabuntur ; id autem agentes, non modo res omnes penitus illustrabunt, Ecclesiae vitam atque mandatum spectantes, verum etiam normas legesque dabunt, quae ad pastorale ministerium maiore cum efficacitate et fructu exsequendum prosint, atque nostrae aetatis hominibus, praesentium rerum varietate nimis quam aequum sit vel captis vel anxiis, graviore auctoritate persuadeant, ut animorum suorum profectui magis magisque consulant.

Haec omnia igitur causa sunt, cur sive de peractorum adhuc studiorum prospero successu, sive de apto rerum exitu, quem iam conspicere licet, admodum laetemur; pariterque suadent, ut Divino Paraclito ex imo pectore maximas grates agamus, Qui suo nos lumine ac munimine

regit, et maiora usque dona nobis iam pollicetur, cum communes labores post paschalia sollemnia resumendi erunt.

Quae sacra sollemnia nova sint vobis occasio, Venerabiles Fratres et dilecti filii, ut caelesti perfusum gaudio paschale festum nomine Nostro variis gentibus percupiatis, quarum estis Antistites. Haec vero omina ac vota antiqui Summi Pontifices aliquantulum praevia, tertia quadragesimali dominica per auream rosam significabat, quam, a Lateranensibus aedibus in Romanam Basilicam Sanctae Crucis in Ierusalem advectam, ibi rite lustrabant ; hac in sacra caerimonia Decessores Nostri quandam Byzantinam consuetudinem imitabantur, qua divini Redemptoris Cruci fragrantium florum munus, eadem die dominica, summa celebritate praebebatur.

Huiusmodi aurea rosa hoc anno forma et imago esto magnae illius benedictionis, quam Nos, una cum paschalibus votis, omnibus in Christo credentibus impertimus, sinceris sane credentibus, qui Eius sanctissimae Crucis virtute confidunt.

Sinite igitur Nos hanc mysticam rosam, quae Nostras paschales salutares praecationes prae se fert, iisdem prosequi verbis, quibus Decessor Noster Innocentius tertius, Summus clarissimusque Ecclesiae Antistes, eandem fidelibus in Sessoriana Basilica una simul congregatis ostendebat :

« Hodiernum officium — sic loquebatur Innocentius III Pontifex — totum est plenum laetitia, totum gaudio cumulatimi ... Haec pariter designantur in proprietatibus huius floris, quem vobis visibiliter praesentamus : caritas in colore, iucunditas in odore, satietas in sapore. Rosa quippe prae ceteris floribus colore delectat : odore recreat : sapore confortât

Hoc sane — idem iterare gaudemus — hoc sane sit vobis, cunctae Sanctae Ecclesiae Catholicae, simulque universo terrarum orbi, festivum paschale omen, quod humilis Petri Successor expromit hoc sollemni et nitenti et arcano veluti pervigilio Concilii Oecumenici primi et vicesimi ; omen, dicimus, quod aurea illa Innocentii Papae III rosa bene significatur, quae caritate rutilât, omniumque christianarum virtutum flagrantia suaviter redolet; id omnibus animum addat ad praestantissimam sanctitudinis formam in exemplum colendam, et illius sit benedictionis pignus atque auspicium, quam cunctis gentibus impertire cupimus. Amen, amen.

[1] **P. *L.* 217, 393.**

II

Iuris peritis qui interfuerunt Conventui Romae habito a Consilio v. « Comité Special pour la Paix Mondiale par le Droit ». *

Chers Messieurs,

C'est **avec un grand plaisir que Nous accueillons ici les participants de la Conférence Européenne organisée par le Comité Spécial pour la Paix Mondiale par le Droit. Nous apprécions le souci qui vous anime, Messieurs, de prôner l'usage du Droit pour les bons rapports entre les Etats. Nous vous félicitons vivement de cette action sur Popinion publique, conduite avec tant de zèle par cette association. « L'Eglise regarde favorablement, disions-Nous déjà dans le Message de Noël 1959, toutes les initiatives sérieuses qui peuvent épargner à l'humanité de nouveaux deuils, de nouveaux carnages, de nouvelles destructions incalculables w.**[1]

Cette attitude constante de l'Eglise en faveur de la paix véritable, elle apparaît à travers les enseignements des Pontifes Romains. Comment ne pas avoir présentes à l'esprit notamment, les paroles si nombreuses et si précises de Notre Prédécesseur immédiat sur l'ordre international? Les rapports entre les nations, répétait inlassablement Pie XII, tout comme les rapports entre les personnes, ne sauraient être régis par la force, mais doivent être réglés par des normes juridiques conformes à la raison et fondées sur des principes moraux universels et immuables, sans lesquels la paix ne peut régner entre les Etats.

C'est pourquoi il convient tant d'insister, comme vous le proposez dans vos rencontres, sur l'observation des lois internationales et sur le rôle médiateur des Cours de justice. *Pax orbis ex jure.*

Notre Message cité plus haut allait dans le même sens : « Il faut donc dépasser certaines conception erronées : le mythe de la force, du nationalisme, ou quelque autre, qui ont intoxiqué le vie commune des peuples, et fonder la paix sur les principes moraux, selon l'enseignement de la saine raison et de la doctrine chrétienne.

((Mais, à côté de la vérité et éclairée par elle, doit s'avancer la justice. Elle supprime les causes de conflit et de guerre, résoud les diffé-

* Die 4 Aprilis mensis a. 3962.

[1] *A. A. S.* 52, p. 31.

rents, fixe les obligations, précise les devoirs, répond aux droits de chacune des parties ».[2]

Une telle préoccupation de respecter les droits des personnes et des diverses communautés anime l'enseignement social de l'Eglise. Et tout homme qui cherche à en approfondir la teneur et à y conformer sa conduite, se rend familier l'exercice des vertus civiques et sociales. Il se trouve même appelé à mettre tous les dons que la nature lui a départis au service désintéressé de la société humaine : intelligence, puissance d'organisation, rayonnement personnel, biens matériels.

Permettez-Nous de vous le faire remarquer : « La paix véritable ne peut venir que de Dieu : elle n'a qu'un seul nom : la paix du Christ; elle n'a qu'un visage, celui que le Christ lui a donné; c'est pour prévenir en quelque sorte les contrefaçons de l'homme, qu'il a souligné : " je vous laisse ma paix, je vous donne ma paix " ».[3]

Aussi sentons-Nous le devoir de vous inviter à compléter vos travaux par une humble et incessante invocation à la Divine Providence, afin que la paix, fruit de la justice, soit toujours plus amplement concédée aux hommes. Puissent les secours célestes soutenir vos initiatives pacifiques et les couronner de succès !

Mais ces prières seront plus puissantes si elles partent d'un cœur lui-même pacifié, établi dans une dépendance aimante et filiale de la volonté de Dieu et attentif à observer fidèlement les lois divines. D'un cœur désireux de communiquer ses dispositions et de mériter ainsi la douce approbation du Seigneur Jésus : « *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, Beati pacifici ».*[4]

}sfous ne doutons pas que chacun d'entre vous ne soit convaincu de la nécessité interne d'unir la sérénité personnelle et la paix sociale à la concorde internationale. Dans cette confiance, Nous appelons volontiers sur vos efforts généreux, sur vos personnes et sur ceux qui vous sont chers, une large effusion des divines bénédiction.

[8] ***A. A. S.* 52, p. 29.**
[3] ***Io.* 14, 17; *A.* A. S. LU. p. 28.'**
*** *Matth.* 5, 6 et 9.**

NUNTII TELEGRAPHICI

I

*Ad E.mum P. D. Mauritium S. R. E. Card. Feltin, Archiepiscopum Parisien' sem, ob tristes in Algeria eventus. **

En ces heures douloureuses Nous tenons à vous exprimer la part que Nous prenons aux vives préoccupations de l'Episcopat français. Nous supplions Dieu d'assister ceux auxquels incombent les graves responsabilités présentes afin que la paix tant désirée ne tarde pas à produire ses fruits bienfaisants.

IOANNES PP. XXIII

II

*Ad Exc.mum P. D. Leonem Stephanum Duval, Archiepiscopum Algeriensem: de cruentis et ingravescentibus in ea regione discordiis Beatissimus Pater dolet. **

Les événements douloureux qui ensanglantent l'Algérie viennent altérer la satisfaction que Nous avons ressentie à la signature des accords qui annonçaient la paix tant attendue. A la pensée des nouveaux deuils frappant les populations de cette terre qui Nous est si chère et où tant d'énergies se sont heureusement dépensées, Nous supplions Dieu de ramener la concorde dans les esprits, que les cœurs s'ouvrent aux exigences de la conscience et que cessent ainsi les combats fratricides. Invoquant la divine miséricorde sur toutes les victimes Nous vous envoyons ainsi qu'aux familles éprouvées et à tous vos fils en Dieu une très paternelle Bénédiction Apostolique.

IOANNES PP. XXIII

* Die 24 Martii mensis a. 1962.

* Die 24 Martii mensis a. 1962.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SS.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

OOTACAMUNDENSIS

DECRETUM

De Provinciae Ecclesiasticae mutatione

Cum dioecesis Ootacamundensis una sit ex dioecesibus Provinciae Ecclesiasticae Bangalorensis quae in Statu de Madras sistat, dum reliquae in Statu de Bangalore extenduntur, ab illius ditionis Ordinario preces porrectae sunt ut supra memorata dioecesis a Provincia Ecclesiastica Bangalorensi distrahatur et Provinciae Ecclesiasticae Madrapolitanae-Meliaporensi uniatur.

Quas preces Sacra Congregatio de Propaganda Fide benigne excipiens, consensu habito Excmorum Archiepiscoporum Bangalorensis et Madrapolitani-Meliaporensis, nec non favorabili voto Excnii in Indiana Republica Internuntii Apostolici, vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Papa XXIII concessarum, dioecesim Ootacamundensem a Provincia Ecclesiastica Bangalorensi seiunxit et Provinciae Ecclesiasticae Madrapolitanae-Meliaporensi, cuius Metropolitanae Sedi suffraganea deinceps erit, adnexuit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 27 mensis Martii a. D. 1962.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S.

E. Pecoraio, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

LIMANA

Canonizationis Beati Martini de Porres, Confessoris, laici professi Ordinis Praedicatorum.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctus Paulus, cum ostendit quo pacto christiani dignitatem filiorum Dei adipiscantur, per baptismum dicit eos in ipsum Christum veluti transformari : « *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis » (Cal.* **3, 27). Iamvero, in omnibus christifidelibus Christum induentibus et in eum sese transformantibus disparent omnino differentiae, quibus vetus homo distinguebatur, unusque apparet in singulis Christus, omnium ipse typus et exemplar : «** *Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu » (ibidem,* **3, 28) : unus videlicet homo, una moralis persona, sublato vetere condicionis, quoad nationem, quoad civitatem, quoad sexum, discrimine. Quae verba, ante Christum inaudita, maximam in universo terrarum orbe immutationem et completam ordinis socialis metamorphosim operata sunt.**

Canonizationis Causa Beati Martini de Porres, Confessoris Ordinis Praedicatorum, iterum clariusque omnibus ostendet et probabit Paulinae sententiae veritatem.

Martinus, mixticius, filius Ioannis de Porres, equitis Hispaniae, et Annae Velasquez, suffuscae liberatae, Limae in Peruviana Republica anno 1579 ortum habuit. Adolescens chirurgicae arti a matre addictus, postea habitu Tertii Ordinis Praedicatorum indutus et inter operarios conventus Sacratissimi Rosarii cooptatus, votis fratrum conversorum se ad ordinem adstrinxit. In conventu officia tonsoris, chirurgi, vestium custodis et infirmarii diligenter explevit ; foris autem aegrotis subvenit, servis ab Africa miserrime deductis providit, orphanotrophium infan-

tulis expositis excitandum curavit, ipsisque brutis animalibus benevolentiam exhibuit. Ieiuniis ciliciisque confectus, Limana civitate maerente, sexagenarius ad Dominum migravit. Beatorum honoribus Gregorius decimus sextus, per Litteras Apostolicas *Cum semper* diei 8 Augusti anni 1837, eum adauxit. Cum autem novorum miraculorum, quae per intercessionem eiusdem Beati divinitus patrata dicerentur, fama percrebresceret, Pius Papa undecimus, die 9 Iunii anni 1926, commissionem resumptionis Causae propria manu signavit.

E variis autem portentis, quae, Beato Martino de Porres intercedente, Deus patrare dignatus est, binas sanationes actores selegerunt Sacroque huic Foro ad cognoscendum exhibuerunt, quae hic breviter describuntur.

Harum prima contigit in archidioecesi Ssmae Assumptionis in Paraquaria Republica : Dorothea Caballero vidua Escalante, vetula annorum septem supra octoginta, bona antea gaudens valetudine, sub vespere diei 7 mensis Septembris anni 1948, extemplo in abdomine acutissimo correpta est dolore, quem vomitiones alimentariae, biliosae ac faeculentae statim consecutae sunt; collapsum quoque cardiacum passa est. Medici a cura Dorotheam occlusione intestinali esse affectam comprobarunt atque, lethali prognosi definita, chirurgicum interventum uti extremum proposuere remedium. Familiares vero, felicem inde exitum prae alta infirmae aetate valde timentes, consensum chirurgicaé sectioni renuerunt. Humanis autem subsidiis perperam adhibitis, die 13 Septembris anno 1948, cum aegrota in extremis versaretur, enixae ad intercessionem Beati Martini obtinendam preces inceptae sunt. Et ecce, improviso, primo mane diei 15 eiusdem mensis, aegrota sese sanatam omnino persensit. Unde familiares, medentes et quotquot morbi naturam et gravitatem acceperant, miraculum conclamarunt ; bini ab inspectione periti perfectam comprobarunt sanationem. Periti quoque ex ofiicio una cum nostro medico Collegio sanationem praeter naturae ordinem contigisse affirmant.

Altera prodigiosa sanatio haec est : Antonius Cabrera Pérez, quadriennis et semestris puerulus, in pago *Garachio* apud urbem S. Crucis de Tenerife, vespere diei 25 mensis Augusti anno 1956, dum aedificandae domus parietem scandere nititur, in terram cecidit atque, malo fato, lapidea moles, magni quidem ponderis, ex altitudine duorum ferme metrorum praeceps provoluta est pedemque pueruli laevem vehementissime contrivit. Paternam in domum statim deductus, clamoribus profusis, cadaverosa prorsus facie apparuit multoque madens sudore.

Peracto in nosocomio examine radiologico, peritus orthopaedicus fracturam malleoli externi aliaque fracta ossa, exstincta qualibet arteriosa pulsatione, comperit. Periti omnes medici constanter testati sunt Antonium certa atque implexa syndrome traumatica in pede laevo laborasse, in qua praecipuam partem habuerint ischaemia et gangraena húmida, quibus status generalis toxicus-infectivus accesserit, eamque Syndromen, utpote irreversibilem, prognosim secum tulisse infaustam quoad functionem et quoad valetudinem, reservatam vero quoad vitam. Quamobrem de amputando pueri pede cogitatum est. Quo desperato nuntio audito, parentes aegrotuli, maximo affecti dolore sed divini auxilii spe suffulti, ad Beati Martini de Porres patrocinium confugerunt, et die 1 Septembris anni 1956 eius sacram reliquiam pedi laeso applicuerunt. Dictu mirabile ! Mane insequenti, in artum amputationi maturum vita rediit : sanguis enim in pede iam gangraena affecto suum instaura vit cursum.

Mirum hoc praeter et supra naturae vires factum cum medici a cura, tum ex officio periti in arte atque Sacri huius Fori medicum Collegium asseverant.

Super binis hisce sanationibus apostolici conditi sunt processus, et quidem super priore in Curia archiepiscopali Ssmae Assumptionis, et super altera in episcopali Curia Mvariensi. Harum inquisitionum tabulae ad Sacram Rituum Congregationem delatae, rite apertae fuere, deque earum iuridica vi Decreta prodierunt die 14 Ianuarii a. 1955 et die 10 Februarii a. 1961.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, editoque favorabili Collegii medici peritali iudicio, de iisdem sanationibus disceptatum est in Praeparatoria, quae dicitur, Congregatione die 13 mensis Februarii anni huius ad Vaticanum celebrata, quam Generalis denique Congregatio coram Sanctissimo D. N. Ioanne Papa XXIII die 20 mensis Martii secuta est. Qua in postrema Congregatione Revmus Cardinalis Paulus Giobbe, Sanctitatis Suae Datarius, qui, e vivis sublato desideratissimo Cardinali Caietano Cicognani, in Ponentem seu Relatorem huius Causae renuntiatus fuerat, dubium disceptandum proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Revmi Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi consensu affirmativam sententiam protulerunt. Sanctitas vero Sua, suffragiis libentissime exceptis, suam pandere sententiam de more distulit,**

ut tam in gravi negotio tempus precationi esset ad supernum implorandum lumen.

Hoc autem faustissimo die, nempe 23 mensis Martii, Beatissimus Pater, Sacris in suo sacello pientissime operatus, accitis ad Se Cardinalibus Sacrae Rituum Congregationis Praefecto atque Causae ipsius Relatore, necnon R. P. Ferdinando Antonelli O. F. M., Fidei Promotore Generali, meque a Secretis, iisque adstantibus, solemni decretò sanxit : *Constare de duobus miraculis, Beato Martino de Porres intercedente,* **scilicet de primo :** *instantaneae perfectaeque sanationis Dominae Dorotheae Caballero viduae Escalante ab occlusione intestinali alta lethali,* **et de altero :** *instantaneae perfectaeque sanationis pueri Antonii Cabrera Pérez a gravi et irreversibili ischaemia in pede laevo, multiplici traumate attrito, cum consequenti gangraena húmida et statu generali toxi-infectivo.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in Sacrae Rituum Congregationis Acta referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Martii a. D. 1962.

ARCADIUS **Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © **S.**

Henricus Dante, *a Secretis*

II

IANUEN.

Canonizationis Beati Francisci Mariae a Camporubeo, Confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Dominicum praeceptum : *a Discite a me, quia mitis sum et humilis corde » (Mt.* **11, 29) Beatus Franciscus Maria a Camporubeo fideliter secutus, ad christianae perfectionis apicem gloriosus pervenit.**

Humilibus in pago Camporubeo parentibus natus die 27 mensis Decembris anni 1804, a tenella aetate pascendo gregi a patre addicitur, animum praebens ad virtutem pietatemque maxime proclivem. Sed adhuc

iuvenis mundo valedicere statuit et ad Ordinem Capuccinorum convolavi^ in humili statu fratrum laicorum. Laboriosa, quae iuxta Ordinis morem, imponi solent munera, libentissime obiit, coquinae et horto addictus admirabilem sese reddidit ob rigidam legum observantiam, ob pietatis ardorem, ob arcte servatum silentium, ob animi demissionem absolutamque moderatoribus oboedientiam. In munere sibi commisso stipis pro coenobio quaeritandae, admirationem universae Ianuensis civitatis sibi conciliavit, adeo ut cuiusque ordinis cives, praecipue baiuli, nautae, remiges, mercatores, rude hominum genus, quibus amplissimus urbis portus affluit, eum veluti patrem amareni et revererentur ob eiusdem eximiam vitae innocentiam et sanctimoniam comitati, affabilitati et mansuetudini mire sociatam. Hisce factum est, ut brevi « *patris sancti* **» nomen sibi comparaverit.**

Cum anno 1866 dira grassaretur per Ianuam lues, ipse suorum concivium misericordia motus, Deo vitam pro eorum salute obtulit. Sanctam, uti vixerat, mortem obiit : eo vero vita functo, morbi vis deferbuit brevique cessit. Statim Deus eius sepulcrum gloriosum reddidit. Quare, servatis de iure servandis, anno 1929 Beatorum caelitum honoribus honestatus, ipsius Dei consilio ad supremos canonizationis fulgores properare videtur. Duo enim miracula, eo deprecante, a Deo patrata, Causae actores Sacro huic Foro ad cognoscendum exhibuerunt, ut eidem Beato sanctorum honores ab Ecclesia decernerentur.

Quorum primum huiusmodi est : puer Angelus Parpaglione, die 4 mensis Septembris anni 1929, ex muro quatuor metrorum alto, protensus ut uvas arriperet, in terram decidit atque fracturam ossis maxillaris inferioris aliasque graves laesiones cum commotione cerebrali passus est. Duo medici illico acciti, fracturam comprobarunt, et prognosim infaustam quoad vitam ediderunt. Subsequenti die aegrotuli status gravis perseverabat. Eodem vero die Beati Francisci Mariae reli* quia capiti infirmi est applicata precesque Deo ferventes, Beati intercessionem implorantes, fundi coeptae sunt. Mane diei 6 Septembris, medentes sanationem a fractura aliisque laesionibus magna admiratione comprobarunt.

Altera haec est mira sanatio : Teresiae Guido, octavum et vicesimum aetatis annum agenti, cum in officina die 30 Maii anni 1945 laboribus vacaret, cultro machinae electricae apex digiti medii manus quidem dexterae et pars unguis avulsa sunt. Vulneratus digitus et contractus, medicamentis incassum adhibitis, in peius se vertit, purulentus ac phlegmonosus factus est, atque in brachium tales secum adduxit impii-

cationes, ut incisio a medico necessaria iudicata fuerit. At aegrota, die 5 mensis Iulii, ecclesiam Capuccinorum adivit, nostrum adprecata est Beatum, urnamque, in qua Beati lipsana sunt condita, digito vulnerato tetigit, et ecce, statim in ictu oculi, caro et unguis integri refecti sunt, dilapsa illico gravissima infectione.

Super priore sanatione in Clavarensi, super altera in Ianuensi Curia apostolica auctoritate instructi sunt processus, de quorum iuridica vi die 17 mense Ianuario anno 1958 editum est decretum. Super binis deinde assertis miris sanationibus, propitio Collegii Medicorum habito iudicio, Praeparatorius coetus Sacrae Rituum Congregationis die 18 Iulii a. 1961 celebratus est. Denique, die 20 mensis Martii anni huius, Generalis coacta est Congregatio coram Sanctissimo D. N. Ioanne Papa XXIII, in qua Revmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus et Causae Relator, dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Reverendissimi Patres Cardinales, qui aderant, Officiales Praelati Patresque Consultores suam quisque ediderunt sententiam. Beatissimus vero Pater, ut mos est, Suam sententiam distulit pandere, supplices interim Deo, Patri luminum, preces offerens.**

Hodierno autem die 23 mensis Martii, accitis Revmis Cardinalibus Ponente et subscripto Praefecto, necnon- R. P. Ferdinando Antonelli O.F.M., sanctae Fidei Promotore Generali, meque infrascripto a Secretis, atque sanctissimo litato Eucharistiae sacrificio, sollemniter edixit : *Constare de duobus miraculis, Beato Francisco Maria a Camporubeo Confessore intercedente, a Deo patratis* **nempe :** *de instantánea perfectaque sanatione* **cum** *pueri Angeli Parpaglione a fractura ossis maxïllaris inferioris cum variis laesionibus et commotione cerebrali,* **tum** *dominae Teresiae Guido de Negri a vulnere purulento in digito medio manus dexterae cum avulsione unguis et infectione séptica eiusdem artus.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrae Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Martii a. D. 1962.

ARCADIUS **Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

III

ROMANA

Canonizationis Beati Vincentii Palloni, Confessoris, fundatoris Societatis Apostolatus Catholici.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Societatis Apostolatus Catholici conditor, Romani Cleri decus et ornamentum Actionisque Catholicae antesignanus, Vincentius Pallotti, ob heroicas virtutes ac merita, quibus praeclare enituit, a Summo Pontifice Pio XII die 22 mensis Ianuarii, Anno Iubilaei 1950, centesimo ab eius obitu, in beatorum caelitum album adscriptus est.

Triumphales tunc honores suo filio suoque apostolo alma haec Urbs tribuit, eamque multae aliae per universum orbem secutae sunt civitates, in quibus Pallottinae Societatis sodales apostolatus operibus sedulo incumbunt.

Mirum itaque non est, si cito eiusdem apud Deum intercessioni novi tributi fuerint favores et gratiae; imo prodigia a Deo patrata ferebantur. Quapropter, die 21 mensis Aprilis anni 1953, Causa canonizationis resumpta est, atque apostolicae inquisitiones ad ulteriorem Causae progressum adornatae sunt, processus scilicet super binis miris sanationibus, quae precibus et meritis Beati Vincentii Pallotti a Deo dicuntur patratae.

Haec autem miracula : primum accidit Angelo Balzarani, pagi *Roccasecca dei Volsci,* ruricolae. Is, ad finem vertente mense Ianuario anni 1951, parvo abscessu in collo tentatus est, inde acutus dolor, febris ardens, oedomata ad regionem quoque pectoris extensa, aliaque graviora symptomata, ex quibus duo a cura medici certiores facti sunt agi de pústula carbunculosa, gravi toxihaemiae coniuncta, prognosi edita quoad vitam infausta. Periti quoque ex officio medici atque nostri Collegii sodales eandem in sententiam devenerunt. Humanis remediis perperam adhibitis, die 2 Februarii eiusdem anni, novensilis Beati intercessio implorata est, admota aegroti collo eiusdem Beati imagine. Beatus adfuit : vespere eiusdem diei Angelus in melius se vertere coepit, libenter cibum sumpsit, clara laetaque voce se sanum esse aliis nuntiare potuit, atque aliquot dies post rusticari valuit. Praeter naturae

vires et ordinem huiusmodi sanationem contigisse medentes, periti ex officio Sacraeque huius Congregationis medicum collegium affirmant.

Alterum Romae accidit Reverendissimo Patri Adalberto Turowski, Societatis Apostolatus Catholici Moderatori Generali. Profecto, talis ipse incommodae erat valetudinis, ut demum ad peculiarem anhaemicum statum atque ad morbosam tum cardiovascularis apparatus tum hepatis condicionem pervenerit. Quamobrem die 19 mensis Decembris anni 1950 chirurgicae sectioni subiectus est, qua cystifellea, grandem continens calculum, ablata est. At res adeo in peius ruit ut, trium dierum spatio, assiduis humanis remediis frustra adhibitis, infirmus in imminens vitae discrimen adductus sit Oleoque Sancto « per unicam unctionem » delibutus fuerit. Comprobatum namque a peritis in arte agi de gravissima syndrome toxi-infectiva post-operatoria acuta, cum insufficientia cordis coniuncta. Iam animam agebat vespere diei 23 Decembris, cum Beati Vincentii Pallotti intercessio implorata est, atque infirmi pectori admota eiusdem Beati reliquia. Repente tum, mirabile dictu, conversio facta est in aegroti condicionibus : placidissimo correptus est somno ad sequens usque primum mane, ex quo expergefactus infirmus plene se convaluisse persensit. Chirurgus medicus aliique, qui aderant, sanationem in instanti contigisse asseverant. Nostrum quoque medicum Collegium, uno dempto socio, praeter et supra naturae leges hoc factum evenisse fatentur.

Super utraque sanatione apostolici processus conditi sunt, in Curia quidem episcopali Privernensi super priore, et apud Urbis Vicariatum super altera, eorumque agnita fuit iuridica validitas per Decretum Sacrae huius Congregationis die 14 Maii anni 1954 datum.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, eadem asserta miracula ad examen semel et iterum vocata sunt : primum in Praeparatoria Congregatione in Vaticanis aedibus die 25 Octobris 1955 celebrata; super altera vero sanatione *nova* **Congregatio coacta est die 2 Maii anni 1961. Denique super utraque sanatione generalia habita sunt comitia die 6 huius mensis Martii, coram Ssmo D. N. Ioanne Papa XXIII, in quibus Revmus Cardinalis Clemens Micara, Episcopus Veliternus et Causae Relator, dubium proposuit :** *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Omnes qui interfuere Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum quisque suffragium ediderunt. Beatissimus vero Pater, suffragia haec intento animo secutus, supernae sapientiae lumen impensius petiturus, sententiam proferre distulit.**

Hodierno autem die 6 mensis Aprilis anni huius, Sacris religiosissime operatus, ad Se arcessiri iussit Revimos Cardinales Arcadium Larraona, S. R. C. Praefectum, et Clementem Micara, Causae Ponentem seu Relatorem, necnon R. P. Ferdinandum Antonelli O. F. M., Fidei Promotorem Generalem meque insimul a Secretis, iisque adstantibus solemniter edixit : *Constare de duobus miraculis, Beato Vincentio Pallotti Confessore intercedente,* **scilicet de primo :** *instantaneae perfectaeque sanationis agricolae Angeli Balzarani a pústula carbunculosa, cum gravi toxïhaemia coniuncta,* **et de altero :** *instantaneae perfectaeque sanationis Revmi P. Adalberti Turowslci a gravissima syndrome towi-infectiva post-operatoria acuta, cum insufficientia cordis coniuncta.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in Acta S. Rituum Congregationis inseri mandavit.

Datum Romae, die 6 Aprilis a. D. 1.902.

ARCADIUS **Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì 6 aprile 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. BENIGNO TODA Y TOLEDO, **Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica delle Isole Filippine.**

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 9 gennaio 1962, presso Sua Eminenza Revma il Signor Cardi' naie Clemente Micara, Vescovo di Velletri, Ponente o Relatore della Causa del Servo di Dio Luigi Palazzolo, sacerdote, fondatore dell'Istituto delle Suore delle Poverelle, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* **nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù dello stesso Servo di Dio.**

Martedì, 30 gennaio 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione della Causa della Serva di Dio Maria dello Sposalizio Irigoyen Echegarray, suora professa della Congregazione delle Serve di Maria ministre degli infermi.**

Gli stessi hanno poi esaminato la relazione dei censori teologi sopra gli scritti delle Serve di Dio Maria Pilar di S. Francesco Borgia e due compagne dell'Ordine Carmelitano, uccise, come si asserisce, in odio alla fede nel 1936 a Siguenza nella Spagna, e Chiara Luisa Angelica Clarae, fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità di S. Maria.

Martedì, 13 febbraio 1%2, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quali gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Beato Martino de Porres, Confessore, dell'Ordine dei Frati Predicatori.**

Martedì, 6 marzo 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto :**

1. su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione del Beato Vincenzo Pallotti, Confessore, fondatore della Società dell'Apostolato Cattolico ;

2. sulle virtù in grado eroico del Servo di Dio Luigi Guanella, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Servi della Carità e delle Figlie di Santa Maria della Provvidenza.

Martedì, 20 marzo 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazióne dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto sopra i miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Beato Martino de Porres, laico professo dell'Ordine dei Frati Predicatori, e del Beato Francesco Maria da Camporosso, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di annoverare fra i *Membri della Pontificia Commissione Centrale Preparatoria del Concilio Ecumenico Vaticano II* le Loro Eminenze Reverendissime i Signori Cardinali:

Paolo Giobbe, Suo Datario;
Giuseppe da Costa Nunes ;
Gabriele Acacio Coussa, Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale ;
Raul Silva Henríquez, Arcivescovo di Santiago de Chile ;
Leone Giuseppe Suenens, Arcivescovo di Malines-Bruxelles ;
Gioacchino Anselmo M. Albareda ;
Riccardo Giacomo Cushing, Arcivescovo di Boston;
Giuseppe Elmer Ritter, Arcivescovo di Saint Louis.

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

10 gennaio 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro, *Protettore della « Società di San Giuseppe di Mill Hill per le Missioni Estere »* (Mill Hill, London).

5 marzo » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Bacci Antonio, *Protettore delle « Suore stabilite nella Carità di Gesù Buon Pastore* » (Firenze).

7 « » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Léger Paolo Emilio, *Protettore delle « Filles de la Charité Servantes des Pauvres » dette « Sœurs de la Providence* » (Montréal, Canada).

12 marzo 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marella Paolo, *Protettore delle « Suore Scolare del Terz'Ordine di S. Francesco di Marïbor »* **(Roma).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Agagianian Gregorio Pietro, *Protettóre delle « Suore della Sacra Famiglia »* **(Spoleto).**

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore del Pontificio Collegio-Seminario Filippino in Roma.*

21 » » Il Revmo Padre Raes Alfonso, S. J., *Prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana.*

22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Coussa Gabriele Acacio, *Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

22 giugno 1961. S. E. Revma Monsig. Ferche Giuseppe, Vescovo tit. di Vina.

7 ottobre » S. E. Revma Monsig. Freusberg Giuseppe, Vescovo tit. di Adrianopoli di Epiro.

5 febbraio 1962. s. E. Revma Monsig. Oahsay Hailé Mariam, Vescovo di Adigrat.

10 » » s. E. Revma Monsig. Margiotta Nicola, Arcivescovo di Brindisi.

26 » » s. E. Revma Monsig. Bieniek Giulio, Vescovo tit. di Dascilio.

3 marzo » s. E. Revma Monsig. Basoli Lorenzo, Vescovo di Ogliastra.

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

30 dicembre 1901. Monsig. Segedi Gioacchino (Krizevci).
11 gennaio 1962. Monsig. Pavan Pietro (Treviso).
29 » » Monsig. Banaszak Antonio (Poznan).
» » » Monsig. Brocchi Adolfo (Veroli-Frosinone).
12 febbraio » Monsig. Camagni Ernesto (Roma).
26 » » Monsig. Nobels Desiderio (Gand).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, in data 22 marzo 1962, la Santi*tk* **di Nostro Signore si è benignamente degnata di assegnare ai sotto indicati Eminentissimi Porporati le seguenti Sacre Congregazioni o Pontificie Commissioni :**

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe da Costa Nunes : *Propaganda, Riti, Reverenda Fabbrica di S. Pietro;*

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Efrem Forni : *Concistoriale, Concilio, Affari Ecclesiastici Straordinari;*

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Giovanni Landázuri Ricketts: *Sacramenti, Concilio, Riti;*

—. all'Emo e Revmo Signor Cardinale Gabriele Acacio Coussa: *Propaganda, Pontificia Commissione per la interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico, Pontificia Commissione per la redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale;*

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Raul Silva Henríquez: *Concilio, Seminari e Università degli Studi, Reverenda Fabbrica di S. Pietro;*

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Leone Giuseppe Suenens: *Propaganda, Riti, Seminari e Università degli Studi;*

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Michele Browne: *Religiosi, Riti, Pontificia Commissione per gli Studi Biblici;*

— all'Emo e Revmo Signor Cardinale Anselmo M. Albareda: *Riti, Seminari e Università degli Studi, Pontificia Commissione per gli Studi Biblici.*

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

8 gennaio 1962. Al Principe Torlonia Don Alessandro.
16 marzo » A S. E. il sig. Aiken Frank, Ministro degli Affari Esteri d'Irlanda.
19 marzo » Al sig. Costello Giovanni Luigi, già Primo Ministro d'Irlanda.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 novembre 1961. Al sig. Trigo de Moráis Antonio *(Mozambico).*
1 dicembre » Al sig. Hébrard Francesco (Paris).
11 » » Al sig. Ricaldone Paolo (Torino).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa, classe civile:

23 gennaio 1961. Al sig. Lambertz Adamo (Aachen).
21 luglio » Al sig. Krainer Giuseppe *(Stiria, Austria).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordine Piano:

15 dicembre 1961. Al sig. Alufii Pentini dei conti Antonio (Roma).
» » » Al Conte Cantuti Castelvetri Francesco (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano:

15 dicembre 1961. Al sig. Aluffi Pentini dei conti Pietro (Roma).
» » » Al Conte Antamoro Pietro (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29 giugno 1961. Al sig. Garcia Valcarcel Gesù Maria (Madrid).
28 ottobre » Al sig. Chapman-Andrews Edwin *(Gran Bretagna).*
17 novembre » Al sig. Jucker Riccardo (Milano).
8 dicembre » Al sig. Menna Alfonso (Salerno).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

6 luglio 1961. Al sig. Mauser Paolo (Köln).
» » » Al sig. Abs Ermanno Giuseppe (Limburg).
10 novembre » Al sig. de Almeida Vasco Maria Eugenio (Ëvora).
17 » » Al sig. Jucker Franco (Milano).
13 gennaio 1962. Al sig. Von Herigoyen Egon (Augsburg).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 luglio 1961. Al sig. Marinho Roberto (Säo Sebastiäo do Rio de Janeiro).
7 ottobre » Al sig. Marichal Roberto (Paris).
20 » » Al sig. Bastian Paolo (Poitiers).
10 novembre » Al sig. Gagnon Giuseppe Amedeo (Montréal).
» » » Al sig. Ippolito Andrea (Säo Paulo).
25 » Al sig. Carra Giusto (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Gregoretti Ettore (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. laut Giorgio (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Ivancich Mariano (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Lipossi Guglielmo (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Neri Romeo (Trieste e Capodistria).
» Al sig. Origone Agostino (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Rados Andrea (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Sardos Albertini Lino (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Sterco Francesco (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Sumberaz-Sotte Ottavio (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Tanasco Giovanni (Trieste e Capodistria).
» » Al sig. Visintin Raimondo (Trieste e Capodistria).

NECROLOGIO

2 aprile 1962. Monsig. Gilmore Ioseph Michael, Vescovo di Helena.
3 » » Monsig. Gómez de Santiago Francisco, Vescovo tit. di Dausara.
5 » » Monsig. Gummer Alfred Ioseph, Vescovo di Geraldton.
» » » Monsig. Déprimoz Laurent, Vescovo tit. di Matara di Proconsolare.
7 » » Monsig. Chassaigne Aimable, Vescovo tit. di Acque Albe di Bizacena.
9 » » Monsig. Di Pasquo Emilio Antonio, Vescovo di Avellaneda.
13 » » Monsig. Mattioli Antonio Giulio, Vescovo tit. di Lacedemonia.

An. et vol. LIV 12 Maii 1962 (Ser. III, v. IV) - N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

EPISTULA APOSTOLICA

Ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de Mariali Rosario pro felici exitu Concilii Oecumenici Vaticani II recitando.

IOANNES PP. XXIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

OECUMENICUM CONCILIUM quo propinquius accedit, eo instantius ad illud digne celebrandum christifidelium animi incitantur.

Hanc ob rem postremis hisce mensibus, praesertim postquam Litteras « Humanae salutis » edidimus, crebra prodierunt acta, quae animi Nostri sensa aperiebant, eoque spectabant, ut ea, quae ad praegrave hoc eventum pertinerent, sancte et religiose pararen tur. Quae quidem acta altera sollemnis, altera familiaris indolis, perquam sane cognita sunt, atque, ut Nobis relatum est, a catholicis flagranti studio, a ceteris autem mente officiosa sunt excepta.

Pontificio magisterio Nostro idem semper spiritus afflai: monendo scilicet hortandoque contendimus, ut mentes super-

nae gratiae pateant, itemque ut usus et agitatio vitae lumine veritatis aeternae collustrentur, Iesu Christi praeceptis diligenter et alacriter ad effectum adductis.

Paschate Resurrectionis accedente, Venerabilibus Fratribus et dilectis Filiis, qui in supremum Consilium parandae Oecumenicae Synodo praepositum adlecti sunt — Cardinales, dicimus, Episcopos, Praelatos, religiosos sodales, qui universum orbem terrarum omnesque populos praesentia sua quodammodo referunt — auream tradidimus rosam, quae fragranti veluti omine significaret ornamentum et decus virtutis et pulchritudinis, quibus oportet christianos mores exornari : *Hoc est omen, aurea illa Innocentii III Decessoris Nostri rosa bene significatum, quae caritate rutilât, omniumque christianarum virtutum jragrantia suaviter redolet. Quod omnibus animum addat opus est, ad praestantissimam sanctitudinis formam in exemplum colendam.* [1]

Quemadmodum praeterito tempore iterum iterumque nuntiavimus, ita nunc sollicita fiducia universum catholicum orbem, immo vero omnes homines bona voluntate rectoque iudicio praeditos, compellamus, Mariae, Rosae Mysticae, nomine invocato : Mariae, dicimus, matris Iesu et nostrae, deprecatione postulata, dulci pioque oculorum obtutu implorato. Omnes ad impensiores preces fundendas hortamur, ut christianae vitae studium latius refervescat, itemque ut sanctimoniae stabiliora firmentur proposita; sicut Oecumenicum Concilium poscit atque suadet.

Ecce mensis Maius arridet. Ad praestanda Deiparae Virgini Mariae venerationis specimina singulari amore sponte christifidelium animi conspirant atque contendunt. Religiosi ritus precationesque, quae in sacris aedibus habentur catholici orbis, a celeberrimis templis Mariae Virgini dicatis usque ad aedes sacras montanorum oppidulorum, a sacellis terrarum ubi Missionalium labor consudat ad domesticos ipsos christianorum parietes, palam testantur, sanctissimam Virginem efficaciter omnes ad se attrahere et sibi devincire filios suos.

Flagrantissimis igitur optamus votis, ut christifideles omnes hunc mensem transigant, intima cum Maria Virgine consuetudine et veluti colloquio coniuncti, eique quasi se comites

[1] Cfr. *A. A. S.* LIV (1962), p. 222.

adiungant in via, quae ad montem perducit, e quo Christus in caelum conscendit. Revera, hoc volvente anno, marialis mensis magno Ascensionis festo concluditur, quod quidem inde ab antiquissimis temporibus Ecclesia cum in Oriente, tum in Occidente, singulari sollemnitate celebrare consuevit; nec sine suavi solacio animum componimus ad commemoranda postrema verba, et ad suprema excipienda mandata, quae Christus Iesus ad Patrem reversurus nobis locutus est, una cum Beatissima eius Matre sanctisque Apostolis, animorum coniunctionem quasi renovando, quae in Cenáculo facta est, cum *omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum ... Maria matre Iesu.*[2]

Probe animadvertendum est, adhortationem hanc Nostram, ut marialis mensis pie fructuoseque celebretur, ad sacerdotes, uti patet, in primis pertinere; quorum quidem erit, non solum de ea christifideles certiores facere, verum etiam ita eandem proponere atque illustrare, ut ipsi preces supplicationesque suas ad felicem Concilii Oecumenici exitum convertere velint; ut scilicet grande huiusmodi eventum veluti nova Pentecostes evadat, ac rursus Spiritus Sanctus prodigiali modo in Ecclesiam caelestium donorum copiam effundat.

Quam ad rem tres proponere placet sententias, quae et sacerdotibus ad Dei verbum nuntiandum argumentum suppeditent, et christifidelibus ardentiore praeditis pietate materiam praebeant ad caelestia meditanda, et novam iis omnibus afferant lucem, qui a celebrando Concilio abesse nolint. Atque a postremis Iesu Christi verbis et rebus gestis initium capimus, quae in sacro Libro, cui index *Actus Apostolorum,* **leguntur:** *usque in diem, qua praecipiens apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus et praebuit seipsum vivum ... per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno Dei. Et convescens praecepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum: quia ... baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies ... Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos.*[3]

[2] ***Act.* 1, 14.**
[3] ***Act.* 1, 2-5, 8.**

I. Primum Christus Iesus quadraginta dierum spatio se Apostolis conspiciendum dedit, ut ipsorum animos praesentia sua confirmaret : tunc ille *praebuit seipsum vivum.*

Sed etiam post eius ascensum in caelum, ubi ad dexteram Patris sedet, nobis seipsum vivum praebere pergit; nam una nobiscum permanet, quemadmodum ipse pollicitus est: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.*[4]- Re quidem vera Redemptor noster nunc etiam praesens adest Ecclesiae suae, quae divini Conditoris opus exsequitur, ac per terrarum orbem propagai; praesens adest praeterea humanis eventibus, qui ad ipsum tamquam ad finem referuntur, atque, ipsis insciis hominibus, ad perficiendum ipsius Redemptionis et salutis opus conducunt; praesens adest denique singulis hominum animis, quos caelestis gratiae lumine divinaque Eucharistiae alimonia confirmat.

Quam quidem praesentiam luculentissime testabitur Oecumenicum Concilium proxime celebrandum. Etenim labores omnes suscipiendi, quibus Ecclesiae structura ad nostrorum temporum rationem aptabitur, itemque variae leges, quae vel condendae vel renovandae sunt in proximis sessionibus, eo unice spectabunt, ut scilicet homines Christum magis magisque noscant ac diligant, eumque generosiore usque animo imitentur.

Cum *oporteat illum regnare,*[5] ad illum, vel in tenuissimis vitae muneribus, unice contendamus; cum illo uno vitae foveamus consuetudinem, quoniam Ipse *verba vitae aeternae*[6] habet. Ad id potissimum spectat sive celebrandum Concilium, sive praesertim virtutum morumque instauratio, quae Deo opitulante Concilium consequetur. Unusquisque er^o integra fide, quae actu vitae solidetur, in Divinum Redemptorem iam nunc magis magisque credat, eius doctrinae sincero animo penitus adhaereat, atque eum praesentem esse laetissima persuasione persentiat.

II. Diebus deinde, quibus Christus Iesus his in terris versatus est, antequam in caelum conscenderet, cum Apostolis suis collocutus est, ut -sacrae Litterae docent : *loquens de regno*

[4] *Matth.* 28, 20.
[5] *1 Cor.* 15, 25.
[6] *Io.* 6, 69.

Dei.[7] **Ad id profecto divinitus venit, ut in omnium animis regnum constabiliret Patris, idemque per redemptorum hominum familiam propagaret, iis etiam rationibus adhibitis, quae exterius conspici possent. Ut plane tamen patet, huiusmodi regnum in primis ad spiritualium rerum excellentiam spectat, quae caelestem beatitatem et praeparant et pollicentur; etenim Christi regnum, quamquam hic in terris initium sumpsit,** *de hoc mundo* **tamen non est, ut ipse ait:** *regnum meum non est hinc.*[8]

Hac una ratione — cum scilicet caelorum regnum magni existimatur — hominis quoque condicio atque necessitates non ex una tantum parte, sed penitus intelleguntur, cum is immortali animo praeditus sit, qui post terrena discrimina ad aeternam vitam adipiscendam se parat. At gravissima munera exinde proficiscuntur, quae sive ad singulares homines, sive ad universam hominum societatem pertinent. Nam in huius vitae communitate nullo modo fas est caduca et mortalia bona veritatem, iustitiam aequitatemque evertere. Caelorum enim serena lux veluti opprimitur, sive Deum esse negando, sive homines, quos omnes habemus fratres, quoquo modo interimendo, vel eorum nativa iura contemnendo, quae ab ipsis abalienari nequeunt, utpote quae oriantur ex ipsorum natura, libertate fruente, atque e christianae vitae munere et dignitate.

Ut igitur Oecumenicum Concilium recta conscientia exspectetur, necesse omnino est, omnes maiore usque contentione privatam socialemque iustitiam colant, flagrantiore usque sollicitudine caritatem provehant, seque suasque res in commune bonum alacres impendant, ut aequior vitae temperatio et ordinatio, in familiarum, civitatum nationumque inter se necessitudinibus, continenter proficiat ad totius humani generis utilitatem aptius provehendam.

III. **Divinus Redemptor promisit denique se caeleste donum, Paraclitum scilicet Spiritum, e Patris sinu missurum esse, cum dixit :** *accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos.*[9]

Virtus ista divina, quam Spiritus Dei in hominum pectora

[7] *Act.* 1, 3.
[8] *Io.* 18, 36.
[9] *Act.* 1, 8.

infundit, magnum est spei argumentum, magnus vigor, unum humanae vitae verum praesidium: gratiam dicimus, quae sanctos nos facit, quamque innumerae gratiae, quae sunt in effectu, et antecedunt et comitantur. Hoc profecto maximi est momenti ac ponderis : ut scilicet christianorum hominum animi, re et veritate renascentes, intus renoventur. Quod si plane deficiat, Oecumenicum Concilium exspectatis carebit fructibus : quapropter facile intellegitur quam necesse sit, christifideles impensiores preces Deo admoveant, ac per frequentem sacramentorum usum ingenia, mores, vitam denique totam penitus informent, eaque ad superna bona dirigant atque convertant, ita ut mentem ac voluntatem, opiniones ac proposita, immo vero varias humanae sollertiae consuetudines imbuant, nempe humanitatis cultum, ministeria, nobiles fabrilesque artes.

Haec nimirum illa est christiana iudicandi ratio, qua terrenae res aequissime existimantur, quamque Decessor Noster S. Gregorius Magnus his verbis apte contraxit: *caelestem patriam desiderare; carnis desideria conteri; mundi gloriam declinare; aliena non appetere; propria largiri:* quae verba dilectissimis filiis e Nostra Romana dioecesi meditanda nuper proposuimus,[10] qui Nobis, utpote beati Petri, Apostolorum principis, successoribus, in primis concrediti sunt.

Ut autem huiusmodi proposita ad effectum adducantur, Spiritus Sancti virtute opus est, qua omnium animi imbuantur, ut caelesti instinctui fideliter respondeant: quodsi omnes, quotquot habemus dilectissimos filios, flagranti hac voluntate praecellere studuerint, dubium plane non est, quin celebrandum Concilium nova sit ac mira reflorescentis gratiae renovatio, quam praesagum Nostrum pectus exspectat.

Venerabiles Fratres et dilecti Filii, mensis maius opportunam nobis praebet occasionem huius impensae atque firmae animorum nostrorum praeparationis ineundae. Quam ob rem, unanimam consiliorum precumque coniunctionem redintegrantes, quae circa Mariam, Matrem Iesu, in cenáculo facta est, mensem hunc singulari caritate traducamus, diversis susceptis consuetudinibus, quas sui cuiusque populi pietas attulit: *ac mariale Rosarium pulcherrimus sit suavisque florum fasciculus*

[10] Cfr. *A. A. S.* LIV (1962), p. 278 (hoc ipso libello).

*inter alternas laetitiae et maeroris vices, quae in hominum vita continenter conectuntur, dum dulcissimam caelestem Matrem recogitamus atque imploramus.^*

Haec autem Marialis Rosarii pietas propria esse videtur sacerdotum, quibus ad imitandum exemplum proponimus sancti Ioannis Baptistae Vianney, curionis Arsensis, quem commoto animo contemplari iuvat, religione summa glóbulos illius coronae manibus volventem. Utinam exinde sacerdotes incitamentum sumant ad sanctimoniam assequendam suo munere dignam; quod quidem munus Deus nobis commisit, ut animorum salutem quaeramus.

Sit igitur Mariale Rosarium placidum veluti pectoris suspirium: sacerdotum praesertim, Nobis tantopere dilectorum, atque sacrarum virginum, quae perfectae castitatis vinculo atque insomnis caritatis operibus Deo se devoverunt^ una cum christianis familiis, quibus lex divina veluti caput est cogitationum atque affectuum; puerorum manus coniungat atque aegrorum annectat, cotidianos parentum labores corroborat, fragrans sit odor egregiae pietatis, quae instanti Oecumenico Concilio caelestis Matris lectissimas impetret gratias.

Dum suavem animo concipimus spem, fore ut hae Nostrae adhortationes impensam meditationem atque sollertem operis diligentiam omnibus suadeant, vobis, Venerabiles Fratres, singulisque sacerdotibus et fidelibus vigilantiae vestrae commissis, Apostolicam Benedictionem, supernorum bonorum conciliatricem, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvni mensis Aprilis anno MDCCCCLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

" ***Ibid.* p 277.**

SACRA CONSISTORIA

i

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria quinta, die v mensis Aprilis anno MCMLXII**, in Aula superiore Palatii Apostolici Vaticani habitum est** *Consistorium secretum,* **cuius acta ex ordine referuntur.**

I - PROVISIO ECCLESIARUM

Brevi peracta Allocutione, Beatissimus Pater sequentem proposuit Ecclesiam :

Cathedrali Ecclesiae Antverpiensi, **rursum noviter erectae, praefecit R. P. D. Iulium Daem, e dioecesi Gandavensi, Antistitem Urbanum ac Moderatorem Generalem Instructionis catholicae in Regno Belgico.**

Deinde nuntiavit per Consistorialia Decreta Emis Cardinalibus Diaconis titulum Ecclesiarum Episcopalium, pro hac vice Archiepiscopalium, Se contulisse eum in finem, ut munus Consecrationis Episcopalis recipere possent, scilicet *Ecclesiarum :*

Berrhoeensis	**Emo Card. Ottaviani,**
Castranovensis	**Elmo Card. di Jorio,**
Idassensis	**Emo Card. Bracci,**
Columnatensis	**Emo Card. Roberti,**
Coronensis	**Emo Card. Jullien,**
Diocaesariensis in Isauria	*Emo* **Card. Larraona,**
Fallabensis	**Emo Card. Morano,**
Feraditanae maioris	**Emo Card. Heard,**
Qermaniensis in Numidia	**Emo Card. Bea,**
Coloniensis in Cappadocia	**Emo Card. Bacci,**
Idebessenae	**Emo Card. Browne,**
Cfypsariensis	**Emo Card. Albareda.**

Postea Summus Pontifex Sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras, iam renunciatos publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

G-abalensem, **Gerardum de Milleville, iam Archiepiscopum Konakriensem.**

Dakarensem, **Hyacinthum Thiandoum.**

Seulensem, **noviter erecta archidioecesi, Paulum Kinam Eo, iam Episcopum Colbasensem.**

Taeguensem, **noviter erecta archidioecesi, Ioannem Baptistam Sye Bong-kil, iam Episcopum Cómatianum.**

Kvangiuensem, **noviter erecta archidioecesi, Haroldum Henry, iam Episcopum Corydalensem.**

Lomensem, **Robertum Dosseh.**

Konahriensem, **Raimundum Mariam Tchidimbo.**

Bamakoënsem, **Lucam Sangaré.**

EPISCOPOS

Thubunensem in Numidia, **Andream van den Bronk, iam Episcopum Kumasiensem.**

Kumasiensem, **Iosephum Amihere Essuah.**

Seguensem, **noviter erecta dioecesi, Petrum Ledere, iam Archiepiscopum Bamakoënsem, retento titulo Archiepiscopali** *ad personam.*

Pyeongyangensem, **noviter erecta dioecesi, Franciscum Hong Takeoka, iam Episcopum Auziensem.**

Ghuncheonensem, **noviter erecta dioecesi, Thomam Quinlan, iam Episcopum Furnitanum maiorem.**

Taeieonensem, **noviter erecta dioecesi, Hadrianum Larribeau, iam Episcopum Dusenensem.**

Inchonensem, **noviter erecta dioecesi, Villelmum J. McNaughton, iam Episcopum Thuburbitanorum minorum.**

Cheongiunensem, **noviter erecta dioecesi, Iacobum Vincentium Pardy, iam Episcopum Irenopolitanum in Isauria.**

Pusanensem, **noviter erecta dioecesi, Ioannem Choi, iam Episcopum Fussalensem.**

Ieoniuensem, **noviter erecta dioecesi, Petrum Han Kong-ryel, iam Episcopum Sagalassensem.**

Moguntinum, **Hermannum Volk.**

Vestphalenianum, **noviter erecta dioecesi, Ioannem Hoffmann.**

Ratisbonensem, **Eodulfum Graber.**

ßacramentensem, **Aldel Ioannem Bell, iam Episcopum Rhodopolitanum.**

II - RELATIO CAUSAE CANONIZATIONIS

Revmus Cardinalis Arcadius Maria Larraona, Praefectus Congregationis Sacrorum Rituum, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita et miraculis Beati Martini de Porres, Confessoris, laici professi Ordinis Praedicatorum, ac recensuit acta universa quae, in causa Canonizationis eiusdem Beati, Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admisit et adprobavit.

Relatione expleta, Summus Pontifex Reverendissimorum Patrum Cardinalium suffragia singillatim exquisivit, et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

III - POSTULATIO PALLIORUM

Subinde *per procuratorem* **postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis Metropolitanis :** *Dakarensi, Seulensi* **(noviter erecta),** *Taeguensi* **(noviter erecta),** *Kvangiuensi* **(noviter erecta),** *Lo memi, Konakriensi, Bamalcoënsi.*

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Consistorio secreto absoluto, statim habitum est *Consistorium publicum,* **in eadem Aula, pro sollemni peroratione causae Canonizationis Beati Martini de Porres, Confessoris, laici professi Ordinis Praedicatorum.**

D. Ioannes Torre, Sacrae Consistorialis Aulae Advocatus, stans ante Pontificis Solium, breviter retulit de vita, virtutibus et miraculis Beati supra memorati atque pro illius Canonizatione de more institit.

R. P. D. Hamletus Tondini, Apostolicarum Litterarum ad Principes Secretarius, stans a sinistro latere pontificalis Solii, D. Advocato in genua provoluto Sanctitatis Suae nomine hisce verbis iuxta morem respondit :

« Non sine providentissimi Dei numine fieri existimat Augustus Pontifex, ut singularis insignisque virtutis vir Martinus de Porres, Sodalis Dominicianus, abhinc trecentos annos circiter ad superna regna placidissime demigratus, hoc anno possit, in hac nempe rerum temporumque opportunitate, Sanctorum Caelitum infula redimiri.

Ita enim evenit ut, dum acrius cotidie agitantur sociales hominum rationes, ut anno nondum expleto postquam Encyclicas Litteras in vulgus Summus Pontifex emisit, quibus *Mater et Magistra* **initium, quaeque sunt de recentioribus rerum socialium processibus ad christiana praecepta componendis, nunc quidem possit Ecclesia in omnium populorum conspectum proponere virum, qui, ut antea et postea plurimi, germanae, sagacis, sollertis caritatis perspicuis speciminibus editis, praeclare ostendit in Christi doctrina inesse elementa, principia, vim, quibus et homines fraterno inter se amore coniungi queant, et vel in hisce terris consentaneam prosperitatem assequi.**

Ita pariter contingit ut, Concilio Vaticano II appetente, cui propositum est, ut, Ecclesiae sanctae doctrina planius illustrata, disciplinae institutis diligentius cum huius temporis indole et ingenio compositis, aeternae hominum saluti aptius aptiusque consulatur, christifidelium omnium oculis veluti subiciatur vir caelesti gloria radians, quem deprecatorem apud Deum adhibeant ad gravissimi et exspectatissimi eventus felicem exitum implorandum, a quo exemplum sumant quomodo Concilii praecepta et monita ab ipsis sint aliquando exquisite efficienda.

Quibus ex rebus facile quisque intelleget quantopere Antistes sacrorum Maximus cupiat integerrimo huic viro Sanctorum Caelitum honores decernere. Attamen cum in tanti ponderis negotio nolit a translaticio more nec transversum unguem discedere, usque adeo re supersedendum putat, donec in *Consistorio semipublico,* **quod vocant, Patres Cardinales omnesque, quotquot conventuri sunt, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos sententiam rogaverit.**

Interea vero christifideles universos adhortatur, ut sibi a Spiritu Sancto Paraclito caelestia lumina impetrent ».

III

CONSISTORIUM SEMIPUBUCUM

Feria quinta, die xn mensis Aprilis anno MCMLXII, in Aula superiore Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium semipublicum* pro Canonizatione Beati Martini de Porres, Confessoris, laici professi Ordinis Praedicatorum.

Summus Pontifex, priusquam adstantium sententiam exquireret, ita eos est allocutus :

Venerabiles Fratres,

Ea causa, propter quam hodie in amplissimum hunc consessum convenimus, est, ut probe nostis, profecto laetissima. Etenim ad beatum Martinum de Porres pertinet, in Sanctorum album cooptandum.

Quae sint religiosissimi huius viri praecipuae virtutes, vestrum neminem sane latet : cum et de eius vitae lineamentis plerique iam privatim cognoveritis, et recens ad vos missi sint breves commentarii eius praeclarissima merita illustrantes.

Mirati idcirco estis beati Martini incensissimam pietatem cum erga humani generis divinissimum Redemptorem sive sub Eucharistici panis specie latentem, sive in Cruce suffixum, tum erga Mariam Virginem, Caelitum Reginam. Mirati deinde estis animi demissionem, qua, quoniam se omnium ducebat minimum, omnibus parere et servire se paratum ostendit.

Mirati denique estis eius castam, religiosam, sanctam caritatem, quae, ex amore Dei, cunctorum hominum Parentis, orta, proximorum omnium dolores, aerumnas, sollicitudines complectebatur, iisque mederi studebat rationibus, quas, quomodo tunc erat, novas omnino atque singulares appellare non dubitaverimus.

Verumtamen, etsi haec vobis magnam partem iam sunt nota, de iisdem tamen Dilectus Filius Noster Arcadius Larraona, Supremi Consilii sacris ritibus cognoscendis Praefectus, breviter ac dilucide Nobis vobisque coram dicturus est. Cuius /verba postquam audientis, si grave non erit, singuli alius ex alio, cum Purpurati Patres, tum sacrorum Antistites, secundum vestrae cuiusque dignitatis gradum, sententiam vestram aperietis.

- Exceptis Emorum Patrum Cardinalium et Excmorum Anstititum adstantium suffragiis. Beatissimus Pater haec addidit verba :

Vestris auditis sententiis, laetamur admodum vos idem cupere omnes atque Nosmetipsos: ut scilicet Beatum hunc Caelitem Apostolica auctoritate Nostra in Sanctorum numerum referamus. Quod facturi sumus perlibenter; atque sollemni huiuscemodi caerimoniae diem sextum proximi mensis Maii statuimus.

Sed ante finem dicendi facere nolumus, quam simul de studio et diligentia gratias agamus, quae in hac re excutienda et perpendenda collocatis, simul hortemur, ut preces Deo admovere ne intermittatis, ut caeleste lumen velit menti Nostrae infundere, ad gravem hanc causam feliciter decernendam; cum qua et Dei gloria, et Ecclesiae sanctae splendor, et aeterna hominum salus quam maxime coniungitur.

De quibus omnibus ut acta confluerent, Exc. P. D. Henricus Dante, Caerimoniarum Apostolicarum Praefectus, loco Procuratoris Fiscalia Rev. Camerae Apostolicae, adstantibus Protonotariis Apostolicis de more mandavit.

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

I

De suburbicariarum dioecesium regimine

IOANNES PP. XXIII

Suburbicariis sedibus, quae Urbi propiores, quae vetustate, quae martyrum praeconio nobiliores sunt, peculiari providentia prospicere Apostolica Sedes consuevit. Ut enim Decessor Noster Xystus Pp. V,[1] ita postrema hac aetate Romani Pontifices iisdem sedulo studuerunt: videlicet S. Pius Pp. X datis Litteris *Apostolicae Romanorum Pontificum,* die xv Aprilis anno MCMX, de Episcopis suffraganeis constituendis,[2] atque *Edita a Nobis,*

[1] Const. Ap. *Religiosa,* 13 April. 1587: Fontes Iuris Can., Romae 1923 v. I, pp. 293 ss.
[2] *A. A. 8.,* v. Il (1910), p. 277.

die v Maii anno MCMXIV, de annuis reditibus distribuendis;[3] Benedictus Pp. XV Litteris Apostolicis *Ex actis,* die i Februarii anno MCMXV;[4] atque, non minore vigilantia, tum Pius Pp. XI,[5] tum Pius Pp. XII.[6]

Huiusmodi sollicitudinis sunt etiam insigne argumentum S. R. E. Cardinales, inde a remotis temporibus earum regimini praepositi. Etenim « hi Eminentissimi Antistites — ut S. Pius Pp. X asseveravit — et amplitudine dignitatis et excellentia doctrinae, non minus quam ceteris virtutibus, praesertim liberalitate, magnificentia, studio provehendae fidelium salutis, quantum splendoris et opis in loca contulerint ipsorum iurisdictioni subiecta, ad haec usque tempora historiae monumenta testantur ».[7] Ampliore siquidem gratulatione et laude idcirco cohonestandi sunt, quod, ut Romani Pontificis in regenda Ecclesia universa praecipui consiliarii et adiutores, magni ponderis negotiis in Romana Curia distinentur.

Ad suburbicarias dioeceses aptius moderandas iam ab inito Pontificatu curas cogitationesque Nostras convertimus; atque Litteris Motu Proprio datis die x mensis Martii anno MCMLXI, ob mutatas in territoriis illis rerum condiciones, *ius optionis* abrogavimus; « atque nominationem Cardinalium Episcoporum ad suburbicarias sedes unice ad Nos et ad Successores Nostros libere pertinere »[8] statuimus.

Cum vero ob suscepta ubique terrarum religiosarum rerum incrementa atque ob cleri populique christiani multiplicatis necessitates, universae Ecclesiae regimini aptioribus ultro providentiae studiis occurratur oporteat, opportunum Nobis visum est Eminentissimos Cardinales in Curia residentes, quo rebus in arduis et dubiis maiori usque praesidio et adiumento esse possint, ab omnibus officiis et muneribus liberare, quae a negotiis penes Sanctam Sedem tractandis eosdem impediant atque quomodolibet distrahant.

Itaque S. R. E. in Curia exsistentium Cardinalium perquisi-

[3] *A. A. S.,* v. VI (1914), p. 219.

[4] *A. A. S.,* v. VII (1915), p. 229.

[5] Ex Aud. SSmi, 8 Maii 1931 (Arch. S. C. Constet.).

[8] Ex Aud. SSffii, 17 Iunii 1948, fi Nov. 1948, 2fi Oct. 1953, 12 Dec. 1953 (Arch. S. C. Consist.).

[7] *A. A. S.,* v. II (1910), p. 277.

[s] *A. A. S.,* v. LUI (1901), p. 198.

ta sententia, atque de consilio Cardinalium Negotiis Consistorialibus et Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositorum, matura deliberatione, quibuslibet contrariis Codicis I. C. et apostolicis praescriptis derogantes, praesentibus Litteris Motu Proprio datis, ea quae sequuntur de dioecesium suburbicariarum regimine inviolate servanda praecipimus ac mandamus.

I. Cardinalis, a Romano Pontifice ad sedem suburbicariam promotus, nomen seu titulum ex ea obtinebit, quavis iurisdictionis potestate in dioecesim seclusa, et vocabitur : Cardinalis ordinis episcopalis titulo ecclesiae suburbicariae: Albanensis, Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Praenestinae, Sabinensis et Mandelensis, Tusculanae, et Veliternae.

II. Cardinalis titulo ecclesiae suburbicariae, postquam in cathedrali dioecesis templo ritus et sollemnitates, quemadmodum ceteri Cardinales in suis Titulis vel Diaconus possessionem capientes, peregerit, his quae sequuntur fruetur privilegiis:

1. Pontificalia in eodem cathedrali templo, cum throno et baldachino, iure proprio agendi.

Throni autem ornatus iuxta praescripta Caerimonialis Episcoporum erit.

2. Impertiendi fidelibus adstantibus, cum pontificali ritu Sacra ipse peragit vel sollemni Missae pontificaliter adsistit, Benedictionem papalem cum Indulgentia plenaria, iuxta praescriptam formulam.

3. Sibi eligendi, tanquam locum suae sepulturae, cathedrale templum dioecesis in titulum adsignatae.

4. Eo iure etiam pollebit, ut sibi defuncto a Capitulo cathedrali iusta funebria persolvantur, veluti Episcopo Ordinario.

III. Decet praeterea ex caritate, absque tamen obligatione, ut aliquando Missae sacrificium idem pro sua dioecesi applicet.

IV. Cardinalis, per promotionem ad ecclesiam suburbicariam, transit ad ordinem episcopalem, servata prioritate promotionis ad sacram purpuram.

V. Regimen dioecesium suburbicariarum a Romano Pontifice Episcopo loci committetur qui, canonica capta possessione, ad normam iuris verus et proprius illius ecclesiae erit Episcopus, loci Ordinarius, eaque fruetur in eandem eccle-

siam potestate, quam ceteri Episcopi residentiales in propria dioecesi obtinent (can. 335).

Appellabitur Episcopus: Albanensis, Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Praenestinus, Sabinensis et Mandelensis, Tusculanus, Veliternus.

Unius Episcopi est quae statuuntur in can. 337, § 3 concedere, facultatem scilicet Pontificalia in dioecesi exercendi, atque usum throni cum baldachino ceteris permittendi.

VI. Quandoquidem suburbicariae sedes haud dissimilibus premi videntur negotiis ac Romana dioecesis, cuius olim ad districtum pertinebant, mandamus ut unum cum eadem Romana dioecesi constituant coetum seu *Conferentiam,* quam vocant; ita ut Episcopi: Albanensis, Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Praenestinus, Sabinensis et Mandelensis, Tusculanus, et Veliternus apud Cardinalem Urbis Vicarium, iuxta normas de Italicis Episcoporum conventibus editas, rite conveniant.

Cum autem de Cardinalium Episcoporum, qui nunc dioeceses suburbicarias regunt, iuribus nihil detrahere velimus, decernimus, ut haec omnia vim suam deinceps exserant, postquam unaquaeque harum vacabit ecclesia.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris Motu Proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xi mensis Aprilis anno MCMLxii, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

II

Statuitur ut omnes Patres Cardinales episcopali dignitate augeantur

IOANNES PP. XXIII

Cum gravissima sint munera Sacro Cardinalium Collegio concredita, cuius membra *Senatum Romani Pontificis constituunt eidemque in regenda Ecclesia praecipui consiliarii et adiutores assistunt,*[1] Decessoribus Nostris semper praecipuae

[1] Can. 230.

curae fuit, non modo ut dignis viris sacrae Purpurae honor deferretur, verum etiam ut iidem quam maxime Apostolicae Sedi prodesse possent.

Quoniam e viris ecclesiasticis deliguntur, qui virtutis, pastoralis studii doctrinaeque laude praestant, Patres Cardinales ad sanctae Ecclesiae decus atque ad eius auctoritatem firmandam adaugendamque plurimum conferunt. Cum autem ad varias terrarum orbis regiones pertineant, nulla in iis deligendis nationis vel stirpis ratione habita, iidem praeclare testantur Ecclesiam catholicam esse, perpetuaque iuventute florere. Denique, ob suum rerum usum suamque agendi prudentiam, ipsi magni pretii operam navant Apostolorum Principis Successoribus, in quos recidit onus Ecclesiae universalis gubernandae. Iure igitur merito Decessor Noster fel. rec. Xystus V Patres Cardinales appellavit: *veri cardines ...et clarissima Ecclesiae lumina, templi Dei bases, firmamentum et columina christianae Reipublicae.*[2]

Quae omnia, postquam ad Petri solium evecti sumus, Nobiscum in animo consideravimus, atque ad illud permoti sumus, ut, Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, ad Sacrum Collegium curas sollicitudinesque converteremus Nostras, eo impensiores, quo Nos gravius praesentes Ecclesiae necessitates urgerent.

Qua de causa, iam a primo Consistorio a Nobis habito, Sacri Collegii membrorum numerum auximus, praescriptis derogantes Canonis 231. Sub inde, Litteris Motu proprio datis die x mensis Martii anno MCMLXI, quibus initium *Ad Suburbicarias Dioeceses,* Nobis visum est ius optionis abolere, Canone 236 statutum. Nunc autem a Nobis consilium initum est, episcopalem dignitatem Cardinalibus omnibus, qui ea careant, conferre.

Vi huiusmodi decreti, in Sacro Collegio tripertitum Cardinalium Episcoporum, Presbyterorum ac Diaconorum ordo firmus stabilisque manet, quorum unusquisque iura facultatesque ad translaticias consuetudines, ad S. Liturgiam et ad alia munera spectantia, integra servat, salvis tamen praescriptis, quae in Nostris Litteris Motu proprio datis die xi huius mensis Aprilis de Suburbicariis sedibus continentur.

[2] **Const. Ap. *Postquam verus,* 3 Decem. 1586.**

Cum vero Purpuratorum Patrum officia, utpote ecclesiastica munera, praeclara spirituali nota distinguantur — quod ceterum e Codice Iuris Canonici colligi potest, quo decernitur ut Cardinales viri sint *saltem in ordine presbyteratus constituti*[3] — admodum gaudemus, quod omnibus Cardinalibus, sacerdotii plenitudine ornatis, potestas sane tribuatur gravibus sibi commissis officiis tali ratione fungendi, quae singulari eorum dignitati aptius respondeat.

Quapropter, re mature perpensa, Motu proprio atque Apostolica Nostra auctoritate statuimus ac decernimus, ut nunc et in posterum omnes Sacri Collegii Cardinales episcopali dignitate augeantur, salvis praescriptis Canonis 231 § 1, iis exceptis, quae de Cardinalium Presbyterorum numero praecipiuntur. Volumus praeterea ut verba Canonis 240 § 3 immutentur, in eam scilicet sententiam, ut singuli Cardinales Diaconi in sui honoris templo, quod *diaconiam* appellant, haud secus ac ceteri Cardinales in suo quisque titulo, sacris pontificali ritu operari possint.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris Motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis Aprilis, anno **MDccccLxii,** Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAODICENAE MELKITARUM

Sedes titulo Laodicena Melkitarum in Syria ad dignitatem Sedis residentialis attollitur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Dei consilio Ecclesiae universae aeque ac beatissimus Petrus praesidemus, nuntium pergratum accepimus Sedem archiepiscopalem titulo Laodicenam Melkitarum fuisse in pristinam dignitatem, hoc est in

[3] **Can. 232, § 1.**

ordinem Ecclesiarum residentialium, quae dicuntur, restitutam, ita censentibus venerabilibus Fratribus Episcopis Melkitis Synodo praesentibus, quae die septima mensis Martii, hoc anno, habita est in civitate quam populus Libanensis Bmekkine appellare consuevit : ea enim Sedes tanta nituit antiquis temporibus claritate, ut eius fama et nomen tot post saecula vigeant. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Maximus IV Saigh, Patriarcha Antiochenus Melkitarum, hanc Synodi decisionem a Nobis confirmari petierit, libenti Nos animo, consilio dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis exquisito, ea quae sacri Antistites Melkitae statuerunt auctoritate Nostra confirmamus rataque habemus, vitia sanantes, siqua in hac re forte irrepserint. Placet ergo archiepiscopalem Sedem titulo *Laodicenam Melkitarum* in numerum residentialium Ecclesiarum referri, cuius fines esse : ad orientem solem, Eparchiam Hemesenam Melkitarum ; ad occidentem, mare nostrum seu Mediterraneum ; ad septemtrionem, archidioecesim Aleppensem Melkitarum et Turcarum Nationis limites ; ad meridiem, denique, Eparchiam Tripolitanam Melkitarum et Libani terminos. Sedem suam Eparchus in urbe Laodicea collocabit, ibique cathedram liget suae auctoritatis; ea praeterea ecclesiastica circumscriptio in Eparchiis Patriarchatus Antiocheni Melkitarum annumerabitur, cuius venerando Praesuli Eparchus Laodicenus subdetur, ad normam sacrorum canonum. Mensam episcopalem efficient bona omnia et pecunia quae populus aut dedit, aut est daturus. Quod autem ad Eparchiae regimen administrationemque attinet, ad cleri et fidelium iura et onera, hisque similia, iuris canonici leges serventur et singulares normae Ecclesiae Melkitarum. Clerum autem ita disponi placet ut simulac hae Litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, ii sacerdotes et clerici qui in eius territorio legitime degant, iidem Laodicenae Sedi ascribantur. Ceterum has Litteras Nostras exsequi curabit ille qui ad praesens munus Apostolici Nuntii in Libano tuetur, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Qui autem negotium perfecerit, is actae rei documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet. Quod si alius eo tempore Nuntiaturae illi praesit, hic mandata Nostra facienda curabit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitas nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt,

cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

IOANNES H. Card. CICOGNANI
S. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Victorius Bartoccetti, *Proton. Apost. a. i.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CYI, n. 12.

II

PORTUS HARCURTENSIS

In Nigeriae territorio nova constituitur dioecesis, « Portus Harcurtensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Apostolis, universae terrae cunctis nuntiandum hominibus, Evangelium Christus commisit, quam latissime inter gentes praedicari cupientes, id sane probamus quod Sacra Fidei Propagandae Congregatio, precibus accedens Delegati Apostolici pro territoriis Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae, faciendum statuit, ut scilicet in Nigeriae

regione nova constitueretur dioecesis. Re igitur a Nobis attente considerata, de apostolica auctoritate Nostra sequentia decernimus ac iubemus. Ex districtibus, qui vulgo cognominante Ahoada, Degema, Ogoni et Brass, civilem provinciam « Rivers Province » ad praesens efficientes, dioecesim condimus *Portus Harcurtensis,* sic nempe a principe territorii urbe appellatam, cuius Iii erunt fines : ad septentrionem, territorium dioecesis Overriensis ; ad orientem solem, territorium dioecesis Humuahiensis et Calabarensis ; ad meridiem, amplus Guineensis sinus ; ad occidentem denique solem, territorium dioecesis urbis Beninensis. Nova haec dioecesis, quam Sodalibus Congregationis Sancti Spiritus ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum regendam committimus, metropolitanae Ecclesiae Onitshaènsi suffraganea sit. Eidem eiusque sacris Praesulibus omnia iura facimus, onera et obligationes imponimus, quae catholici orbis dioecesibus earumque Pastoribus sunt propria. Episcopus in urbe vulgo Port Harcourt sedem suam ponat, episcopalem vero cathedram in principe eiusdem urbis sacra aede, Sanctae Mariae Dei Genitrici dicata, quam ad cathedralis templi gradum et dignitatem attollimus, cum iuribus congruis. Quoadusque autem Canonicorum Collegium, ob loci temporisque adiuncta, ad praesens condi nequeat, concedimus ut Consultores dioecesani eorum loco ad tempus deligantur, qui consilio et ope sacrum Antistitem iuvent. Volumus etiam ut minus saltem Seminarium quam primum.Episcopus struat, iis pueris accipiendis atque educandis, qui ad sacerdotium vocentur. Haec autem voluntatis Nostrae documenta ille exsequenda curabit qui, tempore quo decreta ad effectum adduci debeant, Delegati Apostolici partes in territoriis Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae impleat, facta potestate alium virum, si opus fuerit, delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui vero rem perfecerit, onus habebit novae dioecesis constitutionis documenta exarandi, eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide quam cito mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitate nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis

impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab. vol. CVI, n. 53.

III

URUGUAIANENSIS

(ANGELOPOLITANAE)

A dioecesi Uruguaianensi quaedam territoria detrahuntur, quibus nova dioecesis efficitur « Angelopolitana » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolorum exemplo moti, qui omne studium et industriam in eo collocarunt ut christianum nomen quam latissime propagarent, novasque Ecclesias, quasi Stellas lucidissimas, quam plurimas in imperii Romani finibus conderént, et Nos, beati Petri Apostoli in regenda christiana plebe successores, nihil omittimus ut, novis conditis Ecclesiis per orbem terrarum, fidei stabilitati studeamus : sunt enim Ecclesiae et vinculum reli-

giosae unitatis artissimum et etiam ignis ardens flammaque gentibus splendens. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, audito quid hac de re sentiret venerabilis Frater Aloisius Philippus De Nadal, Episcopus Uruguaianensis, quidque venerabiles Fratres Ordinarii Praesules Provinciae ecclesiasticae Portalegrensis existimarent, a Nobis petierit ut, divisa Ecclesia Uruguayanensi, nova ex ea constitueretur dioecesis, Nos, post sententiam rogatos venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Consistoriali praepositos, de Nostra auctoritate haec decernimus. Ab Ecclesia Uruguaianensi municipia sequentia separamus, ut sunt lege civili circumscripta : Santo Angelo, Cerro Largo, Giruá, Guaraní, Horizontina, Pòrto Lucena, Santa Rosa, Santo Cristo, Sâo Luis Gonzaga, Tres de Maio, Tucunduva, Tuparendi, quae in novae dioecesis formam redigimus, *Angelopolitanae* appellandae atque Portalegrensi Sedi suffraganeae. Haec dioecesis urbem « Santo Angelo » tamquam sedem habebit, cuius templum S. Angelo Custodi sacrum, cathedrale erit, cum debitis iuribus et privilegiis. Quibus sane etiam Episcopus fruetur, cui tamen onera quoque episcopalis dignitatis imponi placet. In nova ecclesiastica circumscriptione Canonicorum Collegium condatur : id enim magno Dei honori cedit; tamen usque dum idem coetus constituatur, dioecesani Consultores eligantur, qui sacro Praesuli assint. Mensam episcopalem, quam dicunt, efficient : Curiae proventus, populi collationes, congrua bonorum pars quae ad normam canonis 1500 C. I. C. dioecesi Angelopolitanae obvenient. Iubemus praeterea ut Episcopus Seminarium saltem minus construat, idque gravi obligatione, iuxta regulas sive iuris communis, sive Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Ex quo Seminario profecto qui meliores fuerint iuvenes Romam mittantur, in Pontificium nempe Collegium Pianum Brasilianum, philosophia atque sacra theologia imbuendi. His autem Litteris ad exitum adductis, sacerdotes Ecclesiae illi addicantur in qua officium aut beneficium habent ; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei, in qua legitimo domicilio degunt. Acta denique et documenta, quae quovis modo ad dioecesim Angelopolitanam respiciant, ad eiusve cives, statim ad Curiam episcopalem eiusdem Sedis mittantur, ibique religiosa cura custodiantur. Ceterum, hae Litterae Nostrae a venerabili Fratre Armando Lombardi ad rem adducantur, vel a quem ille delegaverit, factis debitis facultatibus. Cum vero negotium gestum fuerit, censemus ut idem docu-

menta fieri studeat, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore in Brasilia munus Apostolici Nuntii tueatur, hic mandata Nostra haec faciat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadenr omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. GONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Victorius Bartoccetti, *Proton. Apost. a. i.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI. n. 75.

IV

SEULEFSIS
(INCHONENSIS)

In Coreana natione diviso territorio Vicariatus Apostolici Seulensis, novus Vicariatus conditur, « Inchonensis » cognominandus.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Coreanae nationis orae, quae singulari Dei beneficio atque indefesso Missionariorum labore christianam fidem aequissime exceperunt, novam gloriae causam ad suam gloriam apponentes, id sane in memoriam redigunt quod in Psalmo LXXI legitur : <(Et adorabunt Eum omnes fines terrae, omnes gentes servient Ei » ; qua sancti Prophetae voce et progressus et triumphos christianae religionis adumbrari arbitramur, cuius auctori et principi Christo iam omnes populi ac nationes obsequuntur. Quam religionem in Deum in eiusque Filium in ea nobilissima terra augere cupiens, Sacra Congregatio Fidei Propagandae, post auditum dilectum filium Xaverium Zupi, Apostolicum in Corea Delegatum, bene fieri censuit si, diviso territorio Vicariatus apostolici Seulensis, novus ibi terrarum Vicariatus conderetur. Quam sententiam Nos probantes, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. A Vicariatu apostolico Seulensi ea territoria detrahimus quae constant ex civitate Inchon, ut populari lingua cognominatur, ex pluribus insulis adiacentibus, quae ad districtum civilem Bu-Cheon Kun pertinent, ex civilibus districtibus Ong-Jin Kun, Kang-Hwa Kun et Kim-Po Kun nuncupatis, exceptis tamen subdistrictibus Yang-Dong, Yang-Suh et Ko-Cheon, qui ad ultimum districtum pertinent; quibus terris, quae finibus civilis provinciae Kyeong-Ci-Do comprehenduntur, novum Vicariatum apostolicum constituimus, *Inchonensem* **appellandum, Patribusque e Societate de Maryknoll pro Missionibus Exteris concredimus : quos vehementer hortamur ut eas spes, quas in iis magnas collocamus, adorandi Spiritus Sancti munere impleant. Novo Vicariatui eiusque sacro Praesuli, ut patet, iura omnia facimus quae tales Ecclesias talesque Antistites respiciunt, et onera imponimus**

quae iusta sunt. Ad regimen porro quod attinet, ad administrationem, ad iura et onera cleri et populi, ea quae Ius Canonicum statuit observentur. Ceterum, haec quae iussimus, dilectus filius Xaverius Zupi fieri studebit, vel per se ipse, vel per alium, quem existimaverit. Re vero acta, documenta exarentur, eorumque digna fide exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur. Quod si alius eo tempore eidem in Corea Delegationi praesit, hic mandata Nostra omnia faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effieacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die sexto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 86.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo de Antro Sancto et S. Paschalis Baylon principales Patroni dioecesis Segobricensis-Castellionensis eliguntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Valde expedit regiones, quibus Episcopi sacra potestate sunt praepositi, Caelitum, deprecatorum scilicet apud Deum, praesidio obtegi, ut res christiana laetis ibi augescat incrementis et ingruentia mala arceantur. Cuiusmodi patrocinium Venerabilis Prater Iosephus Pont Gol, Episcopus Segobricensis-Castellionensis, pro sua dioecesi a Nobis petiit, quod haec, Apostolicae Sedis auctoritate, anno praeterito ita est, ad fines quod attinet, immutata, ut nova quodammodo possit appellari. Tenentur autem Christifideles totius fere plagae illius peculiari pietate in Beatam Mariam Virginem, ab Antro Sancto appellatam, quod Segobrica non ita longe abest. Neque praetermittendum est Augustam Virginem, hoc nomine insignem, a Pio Pp. XII, Decessore Nostro rec. mem., anno MCMIV **omnium Hispaniae spelaeologorum constitutam esse caelestem Patronam. Summo praeterea honore colitur apud Villam Regalem, in regione a Dertosensi dioecesi seiuncta et isti attributa, sepulchrum Sancti Paschalis Baylon, qui tutelaris est Cáeles Eucharisticorum coetuum et societatum. Utriusque igitur expetens patrocinium, idem Praesul Segobricensis-Castellionensis nuntiavit se fore confidere, ut e gemina hac tutela superna caperetur fructuum spiritualium copia et fidelium voluntates christiana conglutinarentur caritate. Quae pia consilia ex animo probantes precesque Nobis adhibitas libenter audientes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem de Antro Sancto, quae appellatur, atque Sanctum Paschalem Baylon, Confessorem, universae dioecesis Segobricensis-Castellionensis principales apud Deum** *Patronos* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et**

obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Maii, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo de Guadalupe principalis Patrona, Sanctus vero Ioannes Baptista secundarius Patronus dioecesis Dodgepolitanae declarantur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Egregius salutarisque cultus Beatae Mariae Virginis de Guadalupe, opiferae Matris, quae, mortalium miserans aerumnas, aegrotis medetur, pauperes sustentat, oppressos relevat, in Americae gentium animis insidet, res sane digna, quam probemus cuiusque appetamus incrementa. Recto igitur ductus consilio Venerabilis Frater Marion Franciscus Forst, Episcopus Dodgepolitanus, vota quoque cleri populique suis curis commissi significans, preces ad Nos admovit, ut Beatam Mariam Virginem de Guadalupe dioecesis suae, ante decem annos constitutae, principalem apud Deum Patronam renuntiaremus, simul rogans, ut Sanctus Ioannes Baptista, inclitus Praecursor Servatoris, Cáeles tutelaris eiusdem secundarius crearetur. Quibus postulationibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem de Guadalupe *praecipuam* **caelestem** *Patronam,* **Sanctum vero Ioannem Baptistam** *secundarium Patronum,* **universae dioecesis Dodgepolitanae facimus, constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus et secundariis dioecesium Patronis rite competunt, additaque facultate adhibendi die festo patronali Beatae Mariae Virginis Officium et Missam propria et approbata de Beata Maria Virgine de Guadalupe. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus,**

decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xni mensis Maii, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Nous souhaitons aussi qu'un développement économique continu et équilibré, fondé sur de sages estimations, vienne améliorer la situation de votre Pays, Monsieur le Président, et qu'il reçoive une impulsion décisive par le concours généreux et désintéressé de pays plus favorisés. Car telles sont les voies d'un progrès authentique et d'une véritable indépendance. La concorde entre les citoyens et la prospérité matérielle, l'épanouissement culturel, social et religieux font la grandeur d'une nation et lui assurent la place qui lui revient dans le concert des peuples.

Il Nous plaît de vous renouveler l'assurance que l'Eglise catholique continuera d'apporter pour sa part, grâce à l'heureuse situation dont elle jouit en Haute-Volta, une collaboration loyale et empressée à la réalisation de ces vœux.

Dans ces sentiments, Nous appelons volontiers sur votre personne, Monsieur le Président, sur les personnes distinguées de votre suite et sur votre Pays une large effusion des faveurs célestes, en gage desquelles Nous vous accordons de grand cœur une particulière Bénédiction Apostolique.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Orbis terrarum christifidelibus datus, festum Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi celebraturis. *

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Questa santa notte di vigilia rinnova, ancora una volta, a beneficio e a letizia delle anime, i riti liturgici secondo le più antiche tradizioni dell'Oriente e dell'Occidente.

Da tempo Noi conoscevamo la poesia di questa vigilia pasquale.

* Vespere diei 21 Aprilis mensis a. 1962.

Commoventi ricordi del Padre

Nei primi, ornai lontani, dieci anni del Nostro ministero di rappresentante Pontificio nei paesi Balcanici, e precisamente in Bulgaria, regione così ricca di antichissime memorie religiose, e il cui ricordo è sempre commozione del Nostro cuore per le tante e amabili persone che vi abbiamo incontrate e che ancor rammentiamo, la Nostra dimora era così vicina alla chiesa principale di Sofia da poter seguire a breve distanza lo staccarsi dal tempio della prima fiamma dell'annuncio della Risurrezione e seguirla poi nel suo corso notturno svegliante chiarori ed esultanze nei punti principali del suo rapido tragitto, a Pleven, a Sumens, a Varna, salutata dappertutto dal *Kristos vos-Kreche — Na 1stina vos-Krese — Christus resurrexit,* che faceva sussultare le pendici del gran Balcano.

In questa ora medesima del sabato santo, piace ricordare che a Roma, dai primi secoli cristiani, fino al secolo xiv, l'annuncio della Risurrezione veniva dato dal Papa stesso, avanti di recarsi a cantare la Messa, *in nocte,* a Santa Maria Maggiore.

Il Pontefice, partendosi dal Laterano, sostava alcun poco nella cappella di San Lorenzo, detta del *sancta sanctorum,* e là, dopo di aver venerato l'immagine del Divin Redentore, dava per tre volte di seguito l'annuncio festoso : *Surrexit Dominus de sepulcro, alleluia;* a cui tutti rispondevano : *Qui pro nobis pependit in Ugno, alleluia.*

Lo stesso atto di venerazione alla sacra immagine compivano i prelati del seguito, ricevendo infine dal Papa il bacio di pace. E il Papa a ciascuno diceva: *Surrexit Dominus vere;* e ciascuno, con parole che certo toccavano l'animo del successore di Pietro, rispondeva: *et apparuit Simoni!*

L'attestazione del grande mistero e di questa particolare annotazione è dell'Evangelista S. Luca, al termine di quel delizioso racconto, che ebbe per protagonisti i due discepoli di Emmaus.[1]

San Marco, *filius et interpres Petri,* interviene pure lui e ci tramanda, dal canto suo, le parole dell'Angelo alle pie donne : *Voi cercate Gesù di Nazareth, il crocefisso. È risorto ... dite ai discepoli e a Pietro che egli vi precede in Galilea.*[2]

Ed anche il quarto Evangelista non descrive forse con tocchi vivaci, che strappano la commozione, l'affrettarsi dei due al sepolcro, di Pietro

[1] Cfr. *Luc.* 24, 34.
[2] Cfr. *Marc.* 16, 6-7.

cioè e di lui stesso Giovanni, per constatare la realtà dell'avvenuta risurrezione?

Pochi giorni dopo — ancora San Giovanni racconta — si ripete sul lago il prodigio della pesca miracolosa; e Pietro si getta nelle acque per andare incontro al suo Signore. E Gesù, dopo di averlo impegnato, in seguito a triplice professione di amore, a continuare e dirigere, in sua vece, l'opera della evangelizzazione del mondo, lo costituisce pastore del gregge universale, *pater et pastor, « ut aedificet et plantet ».*[3]

Perenne testimonianza della Risurrezione

Diletti figli, il servizio delle anime, quale si esprime con la voce e con ogni altro atto del Nostro ministero, vuol essere testimonianza della Eisurrezione di Gesù. E dalla corrispondenza di ciascuno dei fedeli ai doveri del vivere cristiano, che il Papa continua ad incoraggiare, si attende il rafforzamento della unità visibile della Santa Chiesa e l'avvio alle apostoliche intraprese, che ne amplificano fino agli estremi confini del mondo l'attività molteplice e benefica.

Questo il significato della triplice acclamazione di questa santa notte : *Il Signore è realmente risorto!* Di qui prende ispirazione non solo l'apostolato missionario, ma la coraggiosa difesa dei principii su cui si alza tutto l'edificio della umana dignità, della cristiana civiltà.

È per la Risurrezione di Cristo che il Vangelo si è diffuso nel mondo sostenendo l'urto delle forze del male, superando difficoltà di ogni genere.

Il male, che ha il suo capo nel *princeps huius mundi/* e gli ostacoli che la debolezza umana esaspera, che i compromessi moltiplicano, riuscirono a spezzare lungo i secoli la resistenza fisica di innumerevoli fragili creature votate al sacrificio. Ma tant'è. Il Vangelo ha potuto penetrare come seme fecondo nell'anima dei popoli. *Dominus regnavit!*[5]

Pietro, vivente nei suoi successori, continua a recare al mondo il grande annunzio della Risurrezione; e i cristiani più fervorosi nella professione della fede ne traggono le necessarie conseguenze, anche di ordine sociale. Di là si determinano correnti di pensiero e di attività, per cui l'uomo niente teme, per nulla indietreggia, quando ama la verità e la verità illumina i suoi passi.

Dal Calvario è passato Cristo Gesù: vi è morto; ma è anche risorto.

[3] Cfr. *Ier.* 1,10.
[4] *Io.* 12, 31.
[4] *PS.* 92, 1; 93, 10; 96, 1; 98, 1.

Con questi occhi il cristiano osserva le vicende umane : dolore e mòrte, calamità e miserie possono gravare sulle sue spalle, ma non abbattere il suo spirito.

Il Concilio: fulgori della Pasqua e della Pentecoste

Diletti figli, è dunque naturale che vogliate ricambiare il saluto pasquale del Papa con la parola dell'Evangelista: Sì, è risorto *et apparuit Simona!*

Voi guardate quest'anno al Papa con espressione particolarmente festosa. Desiderate infatti accompagnarlo fin sulle soglie dell'imminente Concilio Ecumenico, che vuol essere — come è la Pasqua — un grande risveglio, una ripresa di più animoso cammino. Come fu per gli Apostoli dopo la Risurrezione del Signore, e dopo la Pentecoste, che mise il suggello a tutta la predicazione del Divino Maestro, così anche oggi un palpito di vita cristiana, sotto l'alitare ardente dello Spirito Santo, sta per sospingere le anime a nuove conquiste, a più generoso impegno nel servizio del Signore. L'avviarsi del Concilio sarà come un novello mattino di Pasqua, tutto irradiato dal volto santo, dalle parole dolcissime del Risorto : *Pace a voi;* sarà come una novella Pentecoste, da cui riprenderanno vigore le energie apostoliche e missionarie della Chiesa in tutta la estensione del suo mandato e del suo giovanile ardore.

È ancora Pietro, nel suo più recente, umile successore, che attorniato da immensa corona di vescovi si dispone, trepidante ma fiducioso, a parlare alle moltitudini. La sua parola vien su dal fondo di venti secoli, e non è sua : è di Gesù Cristo, Verbo del Padre e redentore di tutte le genti, ed è ancora lui che segna all'umanità le vie maestre che conducono alla convivenza nella verità e nella giustizia.

Il vostro augurio, diletti figli, e la vostra preghiera questa visione aprono davanti ai Nostri occhi, nella attesa del grande avvenimento.

E Pietro prega per voi : *et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.*[6] Ci procura tanta tenerezza il rinnovarvi questa sera, durante la veglia pasquale, questa assicurazione. A Gesù risorto, tra poco, si alzerà il nostro *alleluia.* Oh ! sia egli, Gesù, accanto a ciascuno di voi, entri nei vostri cuori con la sua grazia, venga nelle vostre case, a portarvi il suo saluto di pace : *Pax vobis,* la pace sia con voi. Trovi anime aperte al suo incontro, volontà docili, cuori rinnovati dal perdono che ha cancellato le colpe. E allieti Gesù, coi suoi doni, le vostre famiglie, special-

[6] *Lue.* 22, 32.

mente ove sono tanti bambini; e ove sono o sofferenti nell'anima e nel corpo, o bisognosi e afflitti; sospinga i sacerdoti e le anime consacrate alla ricerca di maggior perfezione; incoraggi l'apostolato dei laici, e ridesti in molti nobili spiriti il senso cristiano della vita.

Il saluto del Vicario di Gesù: « Pax vobis »

Diletti figli, mentre Ci accingiamo a far scendere la grande Benedizione su di voi, che Ci ascoltate, il pensiero ritorna al bacio di pace del Papa ai prelati che l'accompagnavano dal Laterano a S. Maria Maggiore, secondo l'antica usanza romana, a cui abbiamo accennato dianzi.

Oh ! questo bacio di pace, quanta gioia per il Nostro spirito il poterlo scambiare anche ora, nella umile successione in cui siamo del primo Apostolo Pietro ! A lui, a Pietro, il Signore Gesù conferì l'universale mandato di pascere gli agnelli e le pecorelle del mistico ovile; e Noi, che Ci sentiamo eredi di questa responsabilità, quanto desidereremmo venire a voi anche di persona *in osculo sancto.*[7] **Venire a voi, pastori e fedeli della Chiesa una, santa, cattolica e apostolica, sparsi nel mondo, e sempre in atto di rendere testimonianza al Signore. Ed oh ! come vorremmo altresì raggiungere con la Nostra invocazione di celesti benedizioni quanti, pur essendo ancora altrimenti adunati, anch'essi si onorano del segno glorioso della croce di Cristo; e raggiungere anzi tutti gli uomini, perchè tutti portano in fronte il suggello dell'immagine e somiglianza con Dio Creatore e sono oggetto della redenzione operata da Gesù. A tutti pervenga l'esultanza del lieto annunzio :** *surrexit Dominus vere! et apparuit kimoni.*

Nella profonda emozione di questo momento solenne, che è certo sentita dai quattro punti della terra, Ci è gradito rinnovare i Nostri voti augurali, cui si accompagna il conforto dell'Apostolica Benedizione, segno di paterna benevolenza, auspicio di celesti grazie, di soavi consolazioni.

[7] *Rom.* **16, 16.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

SABINENSIS ET MANDELENSIS

DECRETUM

De erectione dignitatum Archidiaconatus et Primiceriatus in Capitulo Cathedrali Mandelensi.

Cum Emus ac Revmus DD. Iosephus S. R. E. Cardinalis Ferretto, Episcopus Sabinensis et Mandelensis, ad augendum decus et ornamentum Capituli Cathedralis Mandelensis, supplices Apostolicae Sedi nuper porrexerit preces ut in eodem Capitulo Cathedrali Mandelensi, in quo una tantum in praesens exstat Archipresbyteratus dignitas, duae novae erigerentur dignitates, nomine *Archidiaconi* et *Primicerii* appellandae, SSmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia PP. XXIII, audita relatione infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, in Capitulo Cathedrali Mandelensi dignitates Archidiaconatus et Primiceriatus perpetuo erigit atque instituit, ita ut exinde praefatum Capitulum tribus dignitatibus, octo canonicatibus et sex beneficiis minoribus constet.

Dignitatum autem hic erit ordo : *Archipresbyteratus* prima, *Archidiaconatus* altera, et *Primiceriatus* tertia.

Ita constitutae dignitates omnibus iuribus et privilegiis cohonestabuntur quibus capitulares dignitates iure communi fruuntur et gaudent : earumdem vero collatio ad normam sacrorum canonum Apostolicae Sedi reservatur.

Praeterea SSmus Dominus Noster, hoc Decreto, Archidiaconatus dignitatem R. P. D. Orlando Malfranci, Protonotario Apostolico ad instar participantium eiusdemque Capituli Cathedralis Mandelensis ea-

nonico theologo necnon Emi ac Revmi DD. Cardinalis Episcopi Delegato ad universitatem negotiorum, pro hac prima vice confert.

Cum vero ecclesia Capituli Cathedralis sit etiam ecclesia paroecialis, idem SSmus Dominus Noster decernere dignatus est ut habitualis animarum cura in ipsa ecclesia exercenda, sit omnino a Capitulo Cathedrali separata et adnexa in perpetuum maneat Archipresbyteratus dignitati, ita ut Archipresbyter parochus habitualem et actualem animarum curam ibidem gerat.

Proinde Summus Pontifex, hoc ipso Decreto, R. D. Aleandrum Valenti, qui nunc in ecclesia capitulari parochi munere fungitur, *Archipresbyteri* **dignitate auget.**

Ad haec autem perficienda SSmus Dominus Noster memoratum Emum ac Revmum DD. Iosephum S. R. E. Cardinalem Ferretto deputat, eique necessarias et opportunas tribuit facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus Summus Pontifex hoc edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus, speciali etiam mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 15 mensis Augusti anno 1961.

CAROLUS **Card.** CONPALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

Ernestus Civardi, *Subst.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

LIMANA

Canonizationis Beati Martini de Porres, Confessoris, laici professi Ordinis Praedicatorum.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.*

Viros gloriosos laudari decet (cfr. *Eccli.* 44, 1), cives sanctorum ac domesticos Dei (cfr. *Eph.* 2, 19) nunciari ecclesiae (cfr. *Eccli.* 44, 15). Sic enim debitus virtuti honor cultusque rependitur; sic involutae tenebris hominum mentes irradiantur in splendoribus sanctorum ; sic opera virtutis Dei, quae praecipue in sanctis suis fulgent (cfr. *Ps.* 150,1), sempiternae commendantur gloriae.

Offert sese christifidelium admirationi et laudi hos inter gloriosos viros Beatus Martinus de Porres, qui ambulavit in via immaculata, qui inter homines quasi lilium inter spinas emicuit, qui omnes ferme gentes ac mundi plagas odore suavitatis implevit.

Is natus est anno 1579 Limae in Peruvia, et die 9 Decembris eodem sacro fonte ablutus est, quo septennio post sancta Rosa Limana filiorum Dei adoptionem recepit.

Ineunte adolescentia chirurgicam exercuit artem, deinde desiderio flagrans se totum Deo devovendi, religiosae familiae sancti Dominici nomen dedit, ibique sodalibus operariis tertii Ordinis adscriptus, communi omnium admiratione tirocinium exegit, ac tandem suam fidem eidem Ordini perpetuo obstrinxit, et legiferum Patrem Dominicum re et spiritu tota vita expressit.

Virtutibus ac meritis cumulatus, sexagesimum aetatis annum agens, die 3 Novembris anni 1639, sereno vultu efflavit animam.

Cum autem eius sanctitatis fama multis prodigiis probata in dies percrebuerit, causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Instructis itaque ordinariis et apostolicis processibus riteque disceptatis, Gregorius Papa XVI per Litteras Apostolicas *Cum semper* diei 8 Augusti anni 1837 eum in Beatorum album rettulit.

Quandoquidem nova, eodem Beato intercedente, miracula a Deo patrata dicerentur, instantibus Actoribus, eiusdem canonizationis causa die tandem 9 mensis Iunii anni 1926 fuit resumpta, actioque super binis miris sanationibus instituta est, de quibus Sanctissimus Dominus noster Ioannes Papa XXIII die 23 mensis Martii anni huius solemni decreto constare edixit.

Hoc unum adhuc supererai, antequam Summus Pontifex ad acta consistorialia, proxime canonizationem spectantia, procedat, ut nimirum Sacrae Rituum Congregationis Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores sententiam rogarentur super dubio : *An, stante duorum miraculorum approbatione, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.* **Quod quidem rite factum, iidem id tuto fieri posse unanimi consensione responderunt. Sanctitas vero Sua huiusmodi favorabile suffragium magna animi delectatione excepit, at mentem aperire Suam in tanti momenti re cunctatus est, donec supplicibus Deo admotis precibus supernum posceret lumen.**

Hodierno demum die, salutari oblata Hostia, Beatissimus Pater votum Sacrae eiusdem Congregationis suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est, edixitque *tuto* **procedi posse ad solemnem Beati Martini de Porres, Confessoris, canonizationem.**

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Aprilis a. D. 1962.

ARCADIUS MARIA **Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BAREN.

Nullitatis matrimonii (Di Salvo - Calò)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Venantii Calò, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum vel per se, vel per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali Sacrae Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria 1, Roma), pro hora undecima diei 20 Iulii 1962, ad concordandum dubium, vel ad infrascriptum dubium subscribendum :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi aliique notitiam habentes commorationis praedicti domini Venantii Calò, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Gerardus Maria Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 Aprilis a. 1962.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Venanzio Calò, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 20 juillet 1962, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Venanzio Calò, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 25 aprile 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza il Dott. MAURICE YAMÉOGO, Presidente della Repubblica dell'Alto Volta.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

4 aprile 1962. Le Loro Eccellenze Revme i Monsignori Lefebvre Marcello, Arcivescovo-Vescovo di Tulle, e van den Bronk Andrea, Vescovo tit. di Tubune di Numidia, *Consultori della Sacra Congregazione « de Propaganda Fide ».*

» » » Il Revmo Padre Baragli Enrico S. J., *Consultore della Pontificia Commissione per la Cinematografia, la Radio e la Televisione.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

8 dicembre 1961. Al sig. Bianchi Giuseppe (Brescia).
» » » Al sig. Giordano Luigi (Caltanissetta).
» » » Al sig. Cetica Aurelio (Firenze).
» » » Al sig. De Peppo Giuseppe (Lucera).
» » » Al sig. Scarano Vincenzo (Lucera).
» » » Al sig. Bellieni Aurelio (Reggio Calabria).
» » » Al sig. Carucci Ernesto (Reggio Calabria).
» » » Al sig. De Caridi Domenico (Reggio Calabria).
» » » Al sig. Mannino Domenico (Reggio Calabria).
y> » » Al sig. Chedid Alessandro (Roma).

8	dicembre	1961.	**Al sig. Palla Enrico (Boma).**
»	»	»	**Al sig. Lingaiti Vincenzo (Salerno).**
»	»	»	**Al sig. Catella Primo (Torino).**
15	»	»	**Al sig. Feghali Giuseppe (Beirut dei Maroniti).**
	»	»	**Al sig. Comazzi Oscar (Novara).**
	»	»	**Al sig. Pedroni Alfredo (Novara).**
	»	»	**Al sig. Viasco Mariano (Novara).**
»	»	»	**Al sig. Oalcagnini Francesco (Boma).**
23	»	»	**Al sig. Maturo Pio (Padova).**
9	gennaio	1962.	**Al sig. Ferrini Tommaso (Massa Marittima).**
13	»	»	**Al sig. Corbo Alfonso (Roma).**
20		»	**Al sig. Kamel Amin Mohamed** *{Repubblica Araba Unita).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

19	maggio	1961.	**Al sig. Mascarenhas Vincent Mark (Bangalore).**
18	agosto	»	**Al sig. Della Faille d'Huysse Stefano (Gent).**
25	»	»	**Al sig. Grant Luigi Stanislao (Baker).**
»	»	»	**Al sig. Walker Leone (Fargo).**
29	settembre	»	**Al sig. O'Dowd Clerence Tommaso (Dubuque).**
»		»	**Al sig. Corrigan Giovanni C. (Fall River).**
»	»	»	**Al sig. Fernandes Giuseppe E. (Fall River).**
»	»	»	**Al sig. Hemingway Filippo M. (Fall River).**
»	»	»	**Al sig. Hochu Norman F. (Fall River).**
	»	»	**Al sig. Maxwell Clemente C. (Fall River).**
»	»	»	**Al sig. Montle Giorgio M. (Fall River).**
»	»		**Al sig. Phelan Eugenio F. (Fall River).**
7	ottobre	»	**Al sig. Pichón Roberto (Paris).**
»	»		**Al sig. Rulhmann Giorgio (Paris).**
20	»	»	**Al sig. Orban Paolo-Maurizio (Gent).**
»	»		**Al sig. Casparie Venceslao Roberto (Rotterdam).**
17	novembre	»	**Al sig. Brumana Filippo (Como).**
»	»	»	**Al sig. Soranzo Ferruccio (Trieste e Capodistria)**
25	»	»	**Al sig. Ferretti Luigi (Bologna).**
»	»	»	**Al sig. Detala Silvano (Trieste e Capodistria).**
15	dicembre	»	**Al sig. Delmas Andrea (Perigueux).**
9	gennaio	1962.	**Al sig. Pieraccini Augusto (Massa Marittima).**
27	»	»	**Al sig. Pacitto Paolo (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse militare :

6	agosto	1961.	**Al sig. Roux Andrea (Paris).**
15	dicembre	»	**Al Conte Sabini Giulio (Napoli).**
»	».	»	**Al Marchese Lepri Gaspare (Roma).**
»	»	»	**Al Conte Nasalli Rocca di Corneliano Carlo (Roma).**

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6	luglio	1961.	**Al sig. De Camillis Giovanni Battista (Sâo Pauloì.**
»	»	»	**Al sig. Pires Oliveira Dias Giuseppe (Säo Paulo).**

17	novembre	1961.	**Al sig. Berti Giovanni (Tortona).**
23	dicembre	»	**Al sig. Mazzoleni Pietro (Tortona).**
9	gennaio	1962.	**Al sig. Della Vecchia Duilio (Torino).**

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29	giugno	1961.	**Al sig. Lagares Bernal Emanuele (Madrid).**
8	luglio	»	**Al sig. De Souza Brasil Francesco (Säo Sebastiào do Rio de Janeiro).**
7	ottobre	»	**Al sig. Prete Antonio (Nardo).**
17	novembre	»	**Al sig. Avanzini Pio (Apuania).**
»	»	»	**Al sig. Najati Nashashibi (Gerusalemme).**
	»	»	**Al sig. Bianchi Mario (Milano).**
»		»	**Al sig. Antoniazzi Giuseppe (Vittorio Veneto).**
25	»	»	**Al sig. Mortari Ugo (Reggio Emilia).**
»	»		**Al sig. Labella Tommaso (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Stoppa Mario (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Tundo Edmondo (Roma).**
8	dicembre	»	**Al sig. Bolognini Luigi (Alessandria).**
»	»	»	**Al sig. Bertucci Vincenzo (Brescia).**
»	»	»	**Al sig. Bui Gino (Brescia).**
»	»	»	**Al sig. Chimini Diego (Brescia).**
»	»	»	**Al sig. Tancini Oreste (Brescia).**
	»	»	**Al sig. Follieri Mario (Lucera).**
»	»	»	**Al sig. La Cava Alfonso (Lucera).**
»		»	**Al sig. Olivieri Remo (Lucera).**
»	»	»	**Al sig. Amedeo Renzo (Mondovi).**
»	»		**Al sig. Eusepi Isidoro Nazareno (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Manni Corrado (Tivoli).**
15	»	»	**Al sig. De Vito Nino (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Severino Francesco (Ventimiglia).**
30	»		**Al sig. Sereni Giulio (Modena).**
8	gennaio	1962.	**Al sig. Cassir Gabriele (Fiesole).**
»	»	»	**Al sig. Manfrida Giovanni (Mileto).**
	»	»	**Al sig. Meschini Ovidio (Roma).**
20	»	»	**Al sig. Sabato Antonio (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	giugno	1961.	**Al sig. Saldanha Giuseppe G. X. (Mangalore).**
20	ottobre	»	**Al sig. Cools Paolo (Gent).**
»	»	»	**Al sig. Van der Heijden Antonio Francesco (Utrecht).**
28	»	»	**Al sig. Noaro Alfredo** *(Principato di Monaco).*
17	novembre	»	**Al sig. Wilbers Lamberto Pietro Giovanni (Utrecht).**
»	»	»	**Al sig. van Rossum Michele Francesco Maria (Utrecht).**
25	»	»	**Al sig. Ghibaudi Giuseppe (Casale Monferrato).**
8	dicembre	»	**Al sig. Boglioni Luigi (Brescia).**
»	»	»	**Al sig. Cabrini Celso (Brescia).**
»	»	»	**Al sig. Flaviani Ettore (Brescia).**
»	»	»	**Al sig. Sparano Carmine (Brescia).**

8	dicembre	1961.	Al sig. Conte Emanuele (Lucera).
»	»	»	Al sig. Narisi Nicolò (Monreale).
15		»	Al sig. Poliedri Mario (Roma).
»	»	»	Al sig. Rinaldi Anacleto (Roma).
23	»	»	Al sig. Deweerdt Luigi (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Dirickx Giuseppe (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. T'Sas Giovanni (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Van Hemeldonck Emilio (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Van Roey Luigi (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Vercammen Giovanni (Malines-Bruxelles).
30	»	»	Al sig. Crobu Temistocle (Iglesias).
»	»	»	Al sig. Guaita Antonio (Iglesias).
»	»	»	Al sig. Antonelli Giorgio (Roma).
9	gennaio	1962.	Al sig. Grespigna Vincenzo (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
»	»	»	Al sig. Depretis Alessandro (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
»	»	»	Al sig. Depretis Giovanni (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
»	»	»	Al sig. Breviglieri Evaristo (Nonantola).
13	»	»	Al sig* Mennini Alessandro (Roma).
17	»	»	Al sig. Faggian Giovanni (Vicenza).
»		»	Al sig. Gnoato Attilio (Vicenza).
»		»	Al sig. Taifour Ibrahim *(Siria).*
27	»	»	Al sig. Monaco Fortunato (Conza).
»			Al sig. Brassine Luciano (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. De Maeyer Ermanno (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Wirtz Emilio (Malines-Bruxelles).
	»	»	Al sig. Bresciani Alvarez Giovanni Mario (Roma).
		»	Al sig. Franci Quirino (Roma).
»	»	»	Al sig. Stoppa Omero (Roma).
3	febbraio	»	Al sig. Nobili Luigi (Roma).

NECROLOGIO

17	aprile	1962.	Monsig. Hindié Gregorio, Vescovo tit. di Pedactoe.
24	»	»	Monsig. do Amarai Mousinho Luis, Arcivescovo di Ribeirâo Prêto.
29	»	»	Monsig. Petrelli Giuseppe, Arcivescovo tit. di Nisibi.
1	maggio	»	Monsig. Lucato Giovanni, Vescovo di Isernia e Venafro.
3	»	»	Monsig. Aducci Vicente Alfredo, Vescovo tit. di Musti.
9		»	Monsig. Vanni Evangelista Latino Enrico, Arcivescovo tit. di Bizia.

An. et vol. LIV 30 Man 1962 (Ser.m,v.IV)-N.6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — ***Administratio:*** Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

Beati Martini de Porres, Confessoris, laici professi ex Ordine Praedicator rum, in Basilica Vaticana die VI mensis Maii a. MCMLXn, dominica secunda post Pascha, peracta.

Ad postulationem **instanter** *factam, per Advocatum Sacri Consistorii, a Viro Eminentissimo Arcadio S. R. E. Card, Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, Revmus D. Hamletus Tondini, ab Epistulis ad Principes, Sanctitatis Suae nomine haec respondit :*

Perorationi vestrae distinctae et ornatae non una de causa Augustus Pontifex admodum cupit concedere, atque adeo beatum Martinum de Porres, Conf essorera, summis insignire religionis honoribus.

Id enim ab eo, cui divinitus datum est in terris sanctitatis esse iudicem, adsertorem, vindicem, quodammodo postulat huius integerrimi viri in omni genere praestabilis virtus, ab omnipotenti Deo mirabilium rerum indicio certissimo comprobata.

Idipsum praeterea Antistes sacrorum Maximus opportune fieri idcirco existimat, quod proxime Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum subest: tum quia hodie insertus superis homo non potest se Deo non offerre deprecatorem pergratum, ut ex eventu hoc gravissimo ii percipi possint fructus, qui omnem bonorum exspectationem desiderii expleant; tum quia novum christifidelibus proponitur virtutum exemplar, quarum maxime incrementum ab habendo Concilio Augustus Pontifex respectât.

In primis autem beati Petri Successor exoptat, ut homines ab innocentissimo Dominiciano Sodale virtutes discant, quae illius sanctitatis veluti praecipuae notae sunt censendae : ut eam nempe discant incensara erga Deum pietatem, plurimis iisque singularibus declaratam signi-

ficationibus ; ut eum discant mirificum erga proximos amorem, ad benevolentiam, ad veniam, ad opem omne genus ferendam paratum.

Sed, quamquam has ob causas Christi in terris Vicarius percupit beatum Martinum Sanctorum Caelitum fastis ascribere, vult tamen ut, servato omnibus in rebus Apostolicae Sedis instituto, sibi antea superni luminis copia usitatis supplicationibus imploretur.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam postulationem idem Revmus Dominus respondit :

Iam nunc advenit sollemnis horae momentum, quo Augustus Pontifex sententia sua, falli nescia, fulgenti sanctitudinis corona beatum Martinum de Porres decoraturus est. Exsurgite ergo omnes, ac venerabundi verax audite oraculum beati Petri, in Successore suo viventis.

Precibus effusis hymnoque **Veni, Creator Spiritus** *decantato, Summus Pontifex, in Cathedra sedens mitramque gestans, hanc canonizationis formulam sollemniter pronuntiavit :*

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra: matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum Martinum de Porres, Confessorem, Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus: statuentes illius memoriam quolibet anno die eius natali, tertia nempe Novembris, inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa £ß tris et Fi gß Iii et Spiritus £g Sancti. Amen.

Deinde, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Te Deum** *ab universo clero populoque decantatus est.*

Subinde a Summo Pontifice, ante Missam Pontificalem, haec habita est

HOMILIA

Noster omniumque animus, qui Christi disciplinam profitentur, ad gravissimum illum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi eventum potissimum fertur; quippe in quo spes deligantur non dubiae fore, ut novo quodam vigore iuvenescat Mysticum Christi corpus, hoc est Ecclesia. Eo igitur in primis

spectant, hoc temporis spatio, sive acta sive coepta Nostra, quibus Sponsae suae intaminatae regimen sanctissimus hominum Redemptor hisce in terris tradidit. Quam ob rem vel ritus sollemnissimus, qui nunc in huius Vaticani templi maiestate peragitur, ad idipsum maxime conducere videtur; quandoquidem Nobis virum insignis singularisque virtutis ad Sanctorum Caelitum numerum summa caerimonia ascribentibus in animo erat significare, nihil optabilius a Concilio exspectari posse quam si Ecclesiae filios ad sanctioris vitae propositum id incitavisset.

Porro Martinus suae exemplis vitae demonstrat ea nos via posse salutem et sanctitatem consequi, quam Christus Iesus ostendit: si videlicet primo Deum dilexerimus *ex toto corde nostro, in tota anima nostra et in tota mente nostra; secundo autem, si proximos nostros dilexerimus sicut nosmetipsos.*[1]

Quapropter primum omnium, Martinus iam a puero Deum, Parentem omnium dulcissimum, adamavit : iisque certe significationibus, ingenuis et simplicibus, quibus profecto Deus ipse non delectari non posset. Postquam vero in Dominicianum Ordinem ascitus est, eius tantopere pietas incensa est, ut non semel, cum funderet preces, abalienata a rebus omnibus mente ad caelestia rapi videretur. Eius enim animo illud infixum haerebat, quod Catharina Senensis his asseveraverat verbis: *Consentaneum profecto est, eum qui amat redamari. Is Creatori suo potum praebere dicendus est, qui pro amore amorem reddit.*[2] Cumque illi esset perspectum, Christum Iesum *passum esse pro nobis ... eumque peccata nostra pertulisse in corpore suo super lignum,*[3] eum praecipuo amore prosecutus est Cruci affixum, cuius cum cruciatus acerbissimos contemplaretur, temperare sibi non poterat, quin fieret uberius. Dilexit item singulari caritate augustissimum Eucharistiae Sacramentum, quod, plerumque abditus, multas horas in templi sacrario adorabat, quoque quanta maxima crebritate poterat enutriri cupiebat. Incredibiliter praeterea beatissimam Virginem Mariam amavit, eamque semper tamquam Matrem suavissimam caram habuit.

Deinde vero Sanctus Martinus, Divino hortanti Magistro obsequentissimus, summa prosequebatur fratres caritate, ex incorrupta fide demissoque animo orta. Atque homines dilige-

[1] Cfr. *Matth.* 22, 36-38.
[2] Cfr. *8. Cath.,* Epistula 8.
[3] Cfr. *1 Petr.* 2, 21-24.

bat, quia tamquam Dei filios fratresque suos sincere existimabat; immo eos plus quam seipsum diligebat, quandoquidem, qua erat humilitate, omnes seipso iustiores melioresque putabat. Ad summam, his motus sensibus ea benevolentia complectebatur proximos, quae germanos addecet christianae fidei héroes.

Aliorum enim excusabat menda; vel acerbissimos iniuriis ignoscebat, cum sibi persuasum esset, se ob commissa peccata multo gravioribus dignum esse poenis; sontes ad bonam frugem reducere omni studio contendebat; aegrotis assidebat benignus; tenuioribus cibum, vestes et medicamenta suppeditabat; agrícolas, et homines vel nigrae cutis vel mixto genere natos, qui tunc temporis abiecta quasi servitia habebantur, omni auxilio et sollicitudine, quantum in sua erat potestate, fovebat: ita ut *Martinus a caritate* vulgo mereretur appellari. Qua in re id etiam animadvertendum est, illum vias atque rationes secutum esse, quas pro illis temporibus novas prorsus censuerimus, atque adeo nostrae huius aetatis quasi praenuntias. Quam ob causam iam a Decessore Nostro fel. rec. Pio XII Martinus de Porres omnium socialium institutorum, in Peruviana Republica exsistentium, patronus renuntiatus est.[4]

Tanto autem animi ardore Christi itineribus ivit Martinus, ut ad perfectam cumulatamque virtutem perveniret, immo se quasi hostiam immolaret. Vocante enim Divino Redemptore, religiosam vitam professus est, ut absolutioris sanctitatis vinculo se obligaret. Atque in ipso Coenobio satis non habuit ea diligenter servare, quibus ob nuncupata vota obstringeretur, sed castitatem, paupertatem oboedientiamque tam integre coluit, ut eum et sodales et moderatores expressam virtutis imaginem continenter ducerent.

Ex huiusmodi sanctitatis lumine ea suavitas et dulcedo profecta est, qua dum viveret, ipsamque post mortem, omnium sibi conciliavit animos, etsi varia origine et humanitate distinctos; indeque nunc aptissime intellegimus, cur tenuis demissusque Peruvianae nationis filius illi Sanctae Catharinae Senensi comparatus sit, quae et ipsa Dominicianae familiae micantissimum habetur sidus, quaeque in sanctorum album quinque abhinc saecula relata est : haec, quia praeclara doctrina et animi firmitate excelluit, ille, quia usum agitationemque vitae ad christiana praecepta, in omni vita, conformavit.

[4] **Cfr. Litt. Ap. die x Iun. a. MCMLV datae.**

Venerabiles Fratres et dilecti filii, ut in exordio sermonis Nostri declaravimus, opportune admodum contingére putamus, ut volvente hoc anno, quo Oecumenicum Concilium celebrandum decrevimus, Martino de Porres Sanctorum Caelitum honores deferantur. Siquidem christianae sanctitudinis fastigia, quae ipse attigit, praeclarique virtutis fulgores, quibus tota eius vita in exemplum enituit, eiusmodi sunt, ut in eo veluti salutares fructus contemplari liceat, quos ex proximo sollemnissimoque eventu sive catholicae Ecclesiae sive universae hominum consortioni potissimum exoptamus.

Nam sanctus hic vir, qui alloquio, exemplo virtù teque sua alios ad religionem tantopere allexit, nunc etiam, tribus saeculis ab ipsius obitu exactis, mirum in modum mentes nostras ad caelestia erigere valet. Non omnes, pro dolor, superna haec bona, ut oportet, intellegunt, non omnes in honore habent ; quin immo multi in vitiorum oblectamenta proni ea vel parvi pendunt, vel fastidio habent, vel prorsus neglegunt. Utinam Martini exemplum plurimos salutariter doceat, quam suave et quam beatum sit, Iesu Christi vestigiis insistere eiusque divinis mandatis parere.

Habetis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, summis lineamentis adumbratam, sancti huius Caelitis imaginem menti propositam. In eam igitur mirabundi intueamini, ac pro peculiari cuiusque condicione excelsam eius virtutem in vestros referre mores contendite. Id efficiat praesertim animosa iuventus, quae hodie tot tantisque insidiis ac periculis circumvenitur. Imprimisque Peruviana gens, Nobis sane carissima, avitas suas catholicae religionis glorias aemuletur, ac deprecatore S. Martino de Porres, nova Ecclesiae edat virtutis sanctitatisque exempla. Amen.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SS.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM GENERALE

Ordo Baptismi adultorum in varios gradus distribuitur, per quos catechumeni, progrediente instructione, usque ad Baptismum perducuntur.

Ordo Baptismi adultorum, in *Rituali Romano,* **tit. II, cap. IV, descriptus, ex variis ritibus atque caeremoniis succrevit, quibus olim catechumeni per diversos institutionis christianae gradus progredientes, ad sanctum Baptismum ducebantur.**

Cum vero, maxime in territoriis Missionum, numerus catechumenorum qui per gradus institutionis catholicae ad Baptismum ducendi sunt, Deo opitulante, in dies augeatur, multi illorum regionum Ordinarii instíterunt, ut varii ritus, nunc in unum Ordinem contracti, quadamtenus ad antiquuni modum reducerentur, scilicet, ut secundum suam naturam, initio atque successivis institutionis christianae gradibus adhiberi possint.

Similem petitionem nonnulli quoque locorum Ordinarii regionum catholicarum obtulerunt, cum nostris temporibus numerus adultorum qui Ecclesiam ingredi desiderant, continuo augeatur, et opportunum esse videatur, eorum institutionem catecheticam sacris quoque ritibus sanctificare.

His omnibus rite perpensis atque utilitate restitutionis variorum rituum qui ad institutionem catechumenorum pertinent, recognita, ne tamen usus difformes inducantur, haec Sacra Congregatio Ordinem Baptismi adultorum, quem supra memoravimus, per septem gradus disposuit, quibus, per opportuna temporis spatia, catechumeni adulti, secundum progressum institutionis catecheticae, ad suscipiendum Sacramentum Baptismatis tendant.

Quae omnia, comprobantibus, quantum eorum interest, SS. Congregationibus Supremae S. Officii, necnon Fidei Propagationis, cum pro

suprema approbatione et concessione per infrascriptum Eminentissimum Cardinalem Praefectum, Sanctissimo Domino Nostro Ioanni Pp. XXIII submissa fuerint, Sanctitas Sua, in audientia die 11 mensis Aprilis anni 1962, libenti animo concedere dignata est, atque disposuit, ut infrascriptus « Ordo » in *Rituali romano,* **loco indicato, inseratur, et ab omnibus quorum interest, iuxta normas ibidem statutas, adhibeatur.**

Contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Romae, ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 16 Aprilis, an. 1962.

ARCADIUS **Card.** LARRAONA, *Praefectus*

Henricus Dante, *a secretis*

ADDITIONES ET VARIATIONES

IN RITUALI ROMANO

CIRCA ORDINEM BAPTISMI ADULTORUM

Tit. II, cap. III : Praenotanda de Baptismo adultorum, n. 12 : *In medio huius numeri, tractus* **: « sed prius errorum etc. »,** *sic scribatur : a* **sed prius in Fide catholica diligenter instruantur ».**

Inscriptio capitis IV sic mutetur:

CAPUT **IV**

1

Ordo Baptismi adultorum uno tractu exsequendus

Eoe loco ponatur **Ordo Baptismi adultorum,** *qualiter nunc in Rituali exhibetur.*

Post praedictum Ordinem ponatur novus Ordo per gradus Catechumenatus dispositus, qualiter hic sequitur:

2

Ordo Baptismi adultorum per gradus Catechumenatus dispositus

Normae pro usu huius Ordinis

1. Omnes locorum Ordinarii concedere vel praescribere possunt, ut in Baptismo adultorum Ordo hic statutus servetur.

2. Totus ritus in septem gradus est divisus :

Primus gradus **respicit praeparationem spiritualem a sacerdote peragendam, qui cursum institutionis catechumenorum moderatur, necnon fidelium, qui precationibus, graviorem vitam christianam exhibendo, catechumenis auxilio spirituali esse debent (nn. 1-3) ; sequitur prima catechumenis nominis impositio, fundamentalis catechesis, actus aversionis ab errore et conversionis ad Deum, atque prima solemnis cum Cruce signatio (nn. 4-12), quae simul est etiam actio fundamentalis exorcismi, seu diabolicarum potentiarum radicalis eversio.**

Secundus gradus exhibet perantiquam caeremoniam gustationis salis, qua significatur crescens delectamentum catechumenorum in christiana institutione (nn. 13-17).

Tertium, quartum, quintum gradum constituunt solemnes ter repetiti exorcismi, quibus fortiter in pectus demittitur catechumenorum ad Deum totalis conversionis labor, cui humani generis adversarius summopere reluctatur (nn. 18-24; 25-31; 32-40).

Sextus gradus continet caeremonias proxime ad Baptismum recipiendum directas, ex perantiquo usu depromptas atque profunda significatione repletas.

Post solemnem catechumenorum in ecclesiam ingressum (nn. 41-42), sequitur redditio symboli et orationis dominicae, ultimus exorcismus et ritus aperitionis aurium; demum, iterata abrenuntiatione Satanae, catechumenus oblinitur cum oleo catechumenorum ac quasi pugnator constituitur contra potestates Christo et Ecclesiae inimicas (nn. 47-49).

Septimus atque ultimus gradus proprie ducit ad Baptismum.

Renovatur nominis impositio, fit Fidei confessio, Baptismatis petitio (nn. 51-52), administratio Baptismatis (nn. 53-55), atque cum sacro chrismate unctio, qua innuitur Spiritus Sancti gratia Baptismate accepta (n. 55), vestis baptismalis et candelae accensae traditio (nn. 56-57), baptizatorum dimissio (n. 58).

3. Diversi gradus, quibus totus ritus dividitur, sequuntur progredientem catechumenorum christianam instructionem et catechesim. Proinde non licet gradus illos omittere, confundere, vel ab ordine statuto mutare. Hoc tantum permittitur, ut scilicet quidam gradus subsequenti uniatur, ubi ratio pastoralis id suadeat. Si quis vero catechumenus una simul cum ceteris, rationabili causa, ritum perficere nequivit, tenetur illum saltem privatim supplere.

Circa aliquos vero ritus peculiares qui, forsitan, in certis locis aut regionibus, vel apud quosdam populos, admirationem movere vel male accipi possunt, ad Conventus episcopales facultas defertur, opportune statuendi quae fieri debeant, iuxta normas sequentes :

a) Si constet, alicubi, iuxta communem populorum mentem, tactus manus sacerdotis, *signum Crucis* super catechumenos facientis, accipi uti signum actionis iuridicae cum certis consectariis legalibus, vel uti significationem a sensu christiano prorsus alienam habentem, tunc, maxime si opus conversionis adhuc ad primordia sistitur, Episcopi determinent modum quo catechumeni signo Crucis muniri debeant,

scilicet, prout a rubricis suis locis dicetur, vel ita ut patrini catechumenos signent, vel tandem ut ipsi catechumeni se signent, dum sacerdos super omnes simul signum Crucis producit.

b) **Ubi** *gustatio salis* **per ipsum sacerdotem, qui sal imponat ori catechumenorum, fieri nequeat, Episcoporum erit determinare modum item a rubricis suo loco propositum adhibendum, scilicet num salis exhibitio fieri debeat a maiore vase sale pleno, ex quo ipsi catechumeni sal accipiant.**

c) Circa *unctionem cum oleo catechumenorum* **haec animadvertantur : ubique, maxima diligentia et perseveranti instructione, catechumenis significatio huiusmodi unctionis exponenda est. Ubi vero catechumenis, propter familiares ac inveteratas consuetudines, vera et profunda huius unctionis significatio nullo modo explicari possit, Episcopi ab illa unctione dispensare possunt, sed pro illis populis aut definitis locis** *tantum,* **et** *tantummodo* **pro temporis spatio, quo huiusmodi unctio finem suum didascalicum attingere nequit. Omnibus tamen viribus adnitendum est, ut sacra unctio, cum oleo huic proprio usui consecrato, progrediente christiana institutione populi, regulariter impertiri possit.**

d) **Quae de unctione cum oleo catechumenorum statuta sunt, pariter valent** *de unctione cum sacro chrismate,* **cafechumeno facienda aqua Baptismatis iam abluto. Ceterum, quia Sacramentum Confirmationis conferri debet per manus impositionem cum unctione chrismatis in fronte (can. 780), necesse est catechumenos iam inde a prima institutione ad Baptismum ita praeparare, ut significationem unctionum sacrorum oleorum in Ordine Baptismatis exstantium, recte et bene intellegant.**

Quae vero a Conventibus episcopalibus circa eas quas supra memoravimus quaestiones statuta fuerint, cum Sacris Congregationibus Fidei propagandae et Rituum tuendorum communicentur, atque, Sancta Sede annuente, ad praxim deducantur.

4. Ritus et caeremoniae, maiore qua possibile est, solemnitate fiant, adstante populo christiano; ritus bene praeparentur, ut catechumeni fructum spiritualem uberiorem inde accipiant. Patrini vel matrinae ad omnes gradus, iuxta opportunitatem, praesto sint. Praecedat semper, antequam sacri ritus incipiant, plana et familiaris caeremoniarum interpretatio, fidelibus et catechumenis aeque utillima.

Sicubi vero singuli vel pauci tantum instituendi sint catechumeni, gradus Catechumenatus liturgici seu sacri ritus hic descripti, etiam

extra ecclesiam, sed *in loco sacro* **et in forma simplici, peragi possunt; de qua tamen re, iuxta opportunitates peculiares locorum, decernant Ordinarii locorum, vel Conventus episcopales, ita ut in tota dioecesi vel regione uno eodemque modo procedatur.**

5. **Omnes formulae dici possunt lingua vernacula, versione tamen a Conferentiis episcopalibus cuiusque nationis vel regionis, vel ab Ordinario loci approbata, exceptis exorcismis, formulis unctionum ac benedictionum, nec non ipsa Baptismi forma.**

Si vero, ex statu psychologice catechumenorum deducitur, eos desiderare exorcismorum verba propria lingua clare audire, tunc exorcismi quoque lingua vernacula proponi possunt.

6. **Versiones in linguam vernaculam parari curent Conventus episcopales pro tota regione, a Commissione peculiariter ad hoc deputata, in qua viri propriae cuiusque linguae apprime periti, sive sint clerici sive laici, textum conficiant, non tantum fidelem, sed et spiritui quoque linguae respondentem. Versiones demum a dictis Conventibus episcopalibus debite approbentur, non tamen ultra spatium decem annorum, ita ut versiones praedictae continuo linguarum progressui aptari possint.**

ORDO BAPTISMI ADULTORUM

PER GRADUS CATECHUMENATUS DISPOSITUS

PRIMUS GRADUS

1. *Sacerdos, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, violacei coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et, genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, se signat, dicens:*

f. Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent: **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

t. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

2. *Postea incipit, prosequentibus clericis:*

Ant. **Effundant * super vos aquam mundam, et mundabimini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dominus.**

Et, si fieri potest, alternatim cum omnibus aliis sequentes psalmos cantat vel recitat:

Psalmus 8

Dómine, Dómine noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, * qui extulisti maiestatem tuam super caelos.

Ex ore infantium et lacténtium parasti laudem contra adversarios tuos, * ut compéscas inimícum et hostem.

Cum vídeo caelos tuos, opus digitórum tuorum, * lunam et Stellas quas tu f undásti :

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hominis, quod curas de eo? —

Et fecisti eum paulo minorem Angelis, * gloria et honore coronasti eum ;

Dedisti ei potestatem super ópera manuum tuárum, * omnia subiecisti pedibus eius :

Oves et boves universos, * insuper et pécora campi,

Vólucres caeli et pisces maris : * quidquid perámbulat semitas marium.

Dómine, Dómine noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri. Sicut erat.

Psalmus 28

Tribúite Dómino, filii Dei, * tribúite Dómino gloriam et potentiam !

Tribúite Dómino gloriam nominis eius, * adorate Dominum in ornatu sacro. —

Vox Domini super aquas ! Deus maiestatis intónuit : * Dominus super aquas multas!

Vox Domini cum potentia ! * vox Domini cum magnificentia !

Vox Domini confríngit cedros, * Dominus confringit cedros Libani,

Facit subsilire, ut vítulum, Libanum, * et Sárion, ut pullum bubalórum.

Vox Domini élicit flammas ignis, vox Domini cóncutit desertum, * Dominus cóncutit desertum Cades.

Vox Domini contórquet quercus et decórticat silvas : * et in templo eius omnes dicunt : Gloria ! —

Dominus super diluvium sedit, * et Dominus sedébit rex in aeternum.

Dominus fortitudinem pópulo suo dabit, * Dominus benedícet pópulo suo cum pace.

Gloria Patri. Sicut erat.

Psalmus J^l

Quemadmodum desiderat cerva rivos aquarum, * ita desiderat ánima mea te, Deus.

Sitit ánima mea Deum, Deum vivum : * quando veniam et vidébo faciem Dei?

Factae sunt mihi lacrimas meas panis die ac nocte, * dum dicunt mihi cotidie : ((Ubi est Deus tuus? »

Illud recordor et eífúndo animum meum intra me : quomodo incésserim in turba, * praecesserint eos ad domum Dei,

Inter voces exsultatiónis et laudis, * in coetu festivo.

Quare deprímeris, ánima mea, * et tumultuáris in me?

Spera in Deum : quia rursus celebrábo eum, * salutem vultus mei et Deum meum. —

In me ipso ánima meo deprímitur; * ideo recordor tui ex terra Iordanis et Hermon, ex monte Misar.

Gurges gurgitem vocat cum fragóre cataractárum tuárum : * omnes Auctus et undas tuas super me transierunt.

Per diem largiatur Dominus gratiam suam, * et nocte canam ei, laudábo Deum vitas meas.

Dico Deo : Petra mea, cur obliviscens mei? * quare tristis incèdo, ad inimico oppréssus?

Ossa mea f r anguntur, dum insultant mihi adver sárii mei, * dum dicunt mihi cotidie : « Ubi est Deus tuus? »

Quare deprímeris, ánima mea, * et tumultuáris in me?

Spera in Deum : quia rursus celebrábo eum, * salutem vultus mei et Deum meum.

Gloria Patri. Sicut erat.

Et repetitur antiphona:

Effundant super vos aquam mundam, et mundabimini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dominus.

3. *Deinde dicitur:*

Kyrie, eleison, Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster *secreto usque ad*

f. Et ne nos inducas in tentationem.

Omnes. **Sed libera nos a malo.**

f. Dómine, exaudi orationem meam.

Omnes. **Et clamor meus ad te veniat.**

f. Dominus vobiscum.

Omnes. **Et cum spiritu tuo.**

Oremus. *Oratio*

Omnipotens, sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessióne veras fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare unitatem : quaesumus ; ut, eiusdem fidei firmitate, ab ómnibus semper muniamur adversis.

Adésto supplicationibus nostris, omnipotens Deus : et quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio, tuae virtutis impleatur effectu.

Pro pluribus catechumenis :

Da, quaesumus, Domine, electis nostris, ut, sanctis edocti (-ae) mysteriis, et renoventur fonte Baptismatis, et inter Ecclesiae tuae membra numerentur. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

Pro uno catechumeno:

Da, quaesumus, Dómine, electo (-ae) nostro (-ae), ut sanctis edóctus(-a) mysteriis, et renovetur fonte Baptismatis, et inter Ecclesiae tuae membra numerétur. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

4. *Tum sacerdos catechumenos vocat nominatim, per nomen et cognomen familiae, prius masculos, deinde feminas, et ille qui est appellatus respondet:* **Adsum.** *Postea sacerdos interrogat:*

Quid petitis ab Ecclesia Dei?

Omnes: **Fidem.**

Sacerdos :

Fides, quid vobis praestat?

Omnes: **Vitam aeternam.**

Sacerdos :

Si vultis habere vitam aeternam, servate mandata. Diligite Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro, et ex tota ánima vestra, et ex tota mente vestra, et proximum vestrum sicut vos ipsos. In his duobus mandatis tota Lex pendet, et Prophetae. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate venerémini neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persóna Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti : sed horum trium una est substantia, et nonnisi una divinitas.

5. *Et rursus interrogat :*

Abrenuntiátis sátanae?

Et omnes insimul respondent, numero singulari et nomine proprio: **Abrenúntio.**

Interrogat:

Et ómnibus operibus eius?

Omnes: **Abrenúntio.**

Interrogat :

Et ómnibus pompis eius?

Omnes: **Abrenúntio.**

6. *Deinde sacerdos interrogat de symbolo Fidei, dicens:*

Créditis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae?

Omnes: **Credo.**

Interrogat :

Créditis in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, natum, et passum?

Omnes: **Credo.**

Interrogat :

Créditis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam?

Omnes: **Credo.**

7. *Tunc sacerdos ter exsufflat leniter versus faciem eorum et dicit semel :*

Exi ab eis, spiritus immúnde, et da locum Spiritui Sancto Paráclito.

7 a. *Sicubi vero vel etiam lenis exsufflatio ex longinquo minus conveniens esse videtur, sacerdos supradictam formulam dicit, manu dextera versus catechumenos erecta.*

8. *Hic in modum crucis halat leniter super eos et dicit:*

Accipite Spiritum bonum per istam insufflatiónem, et Dei bene £g dictionem,

f. Pax vobis.

Omnes: **Et cum spiritu tuo.**

8 a. *Sicubi vero vel etiam lenis insufflatio ex longinquo minus con-*

veniens esse videtur, sacerdos, manu dextera versus catechumenos extensa, dicit :

Accipite Spiritum bonum per istam manus impositionem et Dei bene £B dictionem,

f. Pax vobis.

Omnes: **Et cum spiritu tuo.**

9. *Deinde singuli praetereunt ante sacerdotem, qui pollice facit crucem in eorum fronte et in pectore, dicens :*

N., **accipe signum Crucis tam in fron £g te, quam in cor £g de : sume fidem caelestium praeceptorum. Talis esto moribus, ut templum Dei iam esse possis : ingressúsque (ingressáque) ecclesiam Dei, evasisse te láqueos mortis, laetus (-a) agnósce.**

Si vero numerus catechumenorum sat magnus sit, ipsi catechumeni, proprio loco manentes, pollice se signant in fronte, et in pectore, dum sacerdos manu duplex signum versus eos producit, dicens:

Accipite signum Crucis tam in fron £ß te, quam in cor £ß de : sumite fidem caelestium praeceptorum. Tales estóte moribus, ut templum Dei iam esse possitis : ingressique (ingressaeque) ecclesiam Dei, evasisse vos láqueos mortis, laeti (laetae) agnóscite.

Inde prosequitur:

Colite **Deum Patrem omnipotentem, et Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

Omnes: **Amen.**

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oratio*

Te deprecor, Dómine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus : ut his famulis tuis, qui (fámulabus tuis, quae) in huius saeculi nocte vagántur incèrti (-ae) ac dubii **(-ae), viam veritatis et agnitiónis tuae iubeas demonstrari : quatenus, reseratis oculis cordis eorum, te unum Deum Patrem in Filio, et Filium in Patre cum Spiritu Sancto recognoscant, atque huius confessionis fructum, et hic, et in futuro saeculo percipere mereantur. Per Christum Dominum nostrum.**

Omnes: **Amen.**

9. a. *Ubi vero, contra ritum signandi catechumenos signo Crucis ab ipso sacerdote, graviores surgunt difficultates, Conferentiae episcopales,*

iuxta normas pro usu huius ordinis, n. Sa, determinare debent, utrum catechumeni a patrinis Cruce signandi sint, an se ipsos Cruce signent, dum sacerdos idem signum Crucis super omnes simul producit et formulam pronuntiat in plurali.

10. *Postea denuo singuli ante sacerdotem praetereunt, et ipse pollice signat singulos signo Crucis in fronte dicens:*

Signo tibi fron *Cß* **tem, ut suscipias Crucem Domini.**

In auribus:

Signo tibi au res, ut áudias divina praecepta.

In oculis:

Signo tibi ócu £B **los, ut videas claritatem Dei.**

In naribus:

Signo tibi na £B **res, ut odorem suavitátis Christi séntias.**

In ore:

Signo tibi os £B **, ut loquáris verba divina.**

In pectore:

Signo tibi pee £B **tus, ut credas in Deum.**

In scapulis:

Signo tibi sea £B **pulas, ut suscipias iugum servitutis eius.**

ßi'vero numerus catechumenorum sat magnus sit, nil prohibet quominus hae caeremoniae a pluribus sacerdotibus peragantur.

Denique erga electos sat magnum signum Crucis producit, dicens:

Signo vos omnes in nomine Patris et Filii, £ß et Spiritus Sancti, ut habeatis vitam aeternam et vivátis in sécula saeculorum.

Omnes: **Amen.**

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oremus*

Preces nostras, quaesumus, Dómine, clementer exaudi, et hos electos tuos (has electas tuas) N.N., Crucis dominicae impressióne signatos (-as), perpétua virtute custodi : ut, magnitudinis gloriae tuae rudimenta servantes, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

Rj". Amen.

Oremus. *Oratio*

Deus, qui humani generi ita es conditor, ut sis etiam reformater, propinare populis adoptivis, et novo testaménto sobolem novae prolis adscribe : ut, filii promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Christum Dominum nostrum.

R> **Amen.**

10 a. *UM vero, iuxta ea quae superius, ad n. 9 a dicta sunt, signum Crucis ab ipso sacerdote super catechumenos effici non possit, ipsi catechumeni, proprio loco manentes, pollice se signant, in respectivo corporis loco, dum sacerdos manu signa Crucis versus eos producit, dicens:*

Signo vobis fron gß tem, ut suscipiátis Crucem Domini.

In auribus:

Signo vobis au £ß res, ut audiatis divina praecepta.

In oculis:

Signo vobis ócu £g los, ut videatis claritatem Dei.

In naribus:

Signo vobis na res, ut odorem suavitátis Christi sentiátis.

In ore:

Signo vobis os £g, ut loquámini verba vitae.

In pectore:

Signo vobis pee £& tus, ut credátis in Deum.

In scapulis:

Signo vobis scá £ß pulas, ut suscipiátis iugum servitutis eius.

11. *Tunc extendit manum super electos et dicit:*

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oremus*

Omnipotens, sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hos fámulos tuos, quos (has fámulas tuas, quas) ad rudimenta fidei vocare dignatus es : omnem caecitátem cordis ab eis expélle : disrúmpe omnes láqueos sátanae, quibus fuerant colligati (-aé) : áperi eis, Dómine, ianuam pietatis tuae, ut, signo sapientiae tuae imbúti(-ae), omnium cupiditatum foetóribus careant, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laeti (-ae) tibi in Ecclesia tua deserviant, et proficiant de die in diem, ut idonei (-ae) efficiantur accedere ad gratiam Baptismi tui, percepta medicina. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

RJ. **Amen.**

12. *Tandem sacerdos dicit {in singulari pro singulo) :*

Ite in pace et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

SECUNDUS GRADUS

13. *Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, violacei coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, se signat, dicens:*

f. Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent: **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

f. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

14. *Sacerdos benedicit sal:*

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei £g Patris omnipotentis, et in caritate Domini nostri Iesu £g Christi, et in virtute Spiritus £B Sancti. Exorcizo te per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum, qui te ad tutelam humani generis procreávit, et pópulo venienti ad credulitátem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiáris sacramentum ad effugándum inimícum. Proinde rogamus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificando sancti fices, et benedicendo bene £B dicas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

Amen.

Benedicto sale, antequam catechumeni eius medicinam gustent, sacerdos addat sequentem orationem:

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oratio*

Domine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus, qui es, qui eras, et qui pérmanes usque in finem, cuius origo nescitur, nec finis comprehendi potest : te supplices invocamus super hos fámulos tuos, quos (has fámulas tuas, quas) de erróre liberasti: dignare exaudiré eos, qui (eas, quae) tibi cervices suas humiliant ad lavacri fontem, ut, renati (-ae) ex aqua et Spiritu Sancto, expoliáti(-ae) veterem hominem, induant novum,

qui secundum te creatus est; accipiant vestem incorruptam, et immaculatam, tibique Deo nostro servire mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

Rj. Amen.

15. *Tunc pollice et indice accipit de ipso sale et immittit in os uniuscuiusque catechumeni, dicens (singulariter singulis):*

N., **accipe sal sapientiae : propitiatio sit tibi in vitam aeternam.**

Rj. Amen.

Sacerdos :

Pax tibi.

Ei. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oratio*

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hos fámulos tuos (has fámulas tuas) respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantes, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleantur caelesti, quatenus sint semper spiritu ferventes, spe gaudentes, tuo semper nomini servientes. Perdue eos (eas), Dómine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuárum aetérna praemia consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

Rj. Amen.

15 a. *UM vero, iuxta prudens iudicium Conventus episcopalis, impositio salis ad os catechumenorum per ipsum sacerdotem convenienter fieri nequeat, idem Conventus iuxta normas pro usu huius Ordinis, n. Sb, datas, disponat, ut catechumeni siM ipsis sal imponant, digitis sumptum e maiore vase a sacerdote ipsis oblato.*

16. *Postea sacerdos dicit (in singulari pro singulo) :*

Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

TERTIUS GRADUS

17. *Committitur prudenti iudicio Ordinariorum locorum, utrum, perpensis necessitatibus vel opportunitatibus catechumenorum, tres gradus sequentes, scilicet tres series exorcismorum, distincte atque separatim, diversis temporibus, peragi sinantur, an omnes tres una actione contractas, vel etiam unam ex tribus tantum, duabus aliis omissis.*

18. *Caeremoniae huius gradus fiunt semper distinctam, pro catechumenis viris, et pro feminis, et, iuxta opportunitatem, etiam loco et tempore diversis.*

19. *Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, violacei coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, se signat, dicens:*

f. Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent: **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

f. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

Pro viris

20. *Sacerdos dicit super electos stantes (in singulari pro singulo):*

Orate, electi, fléctite génua, et di cite : Pater noster.

Et electi, genibus flexis, orant et dicunt: **Pater noster,** *usque ad* **Sed libera nos a malo,** *inclusive.*

Sacerdos subiungit:

Levate, complete orationem vestram, et dicite : Amen.

Et illi surgentes, respondent:

Amen.

Sacerdos dicit patrinis:

Signáte eos mecum.

Et facit signum Crucis versus electos, dicens :

In nomine Patris et Filii, £g et Spiritus Sancti,

dum patrini pollice signant eos in fronte, eadem verba proferentes.

21. *Deinde sacerdos extendit manum super eos (eum), dicens:*

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oratio*

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sinai apparuísti, et filios Israel de terra iEg^pti eduxisti, députans eis Angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die ac nocte : te quaesumus, Dómine ; ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui similiter custodiat et hos fámulos tuos et perducat eos ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

Exorcismus *(In singulari pro singulo)*

Ergo, malédícte diäbole, recognósce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui Sancto, et recède ab his famulis Dei, quia istos sibi Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptismatis Vocare dignatus est : et hoc signum sanctae Cru £ß eis *(producit signum crucis, dum singuli pollice se signant in fronte),* **quod nos fronti eius damus, tu, malédícte diábole, numquam áudeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

Omnes: **Amen.**

Et concluditur, ut infra **n. 24.**

Pro feminis

22. *Sacerdos dicit super electas stantes (in singulari pro singula):*

Orate, electae, fléetite génua, et dícite : Pater noster.

Et electae, genibus flexis, orant et dicunt: **Pater noster,** *usque ad* Sed **libera nos a malo,** *inclusive.*

Sacerdos subiungit:

Levate, complete orationem vestram, et dícite : Amen.

Et illae surgentes, respondent :

Amen.

Sacerdos dicit matrinis:

Signáte eas mecum.

Et facit signum Crucis versus electas, dicens:

In nomine Patris et Filii, £ß et Spiritus Sancti,

dum matrinae pollice signant eas in fronte, eadem verba proferentes.

23. *Deinde Sacerdos extendit manum super eas, dicens:*

Oremus. *(In singulari pro singula)* *Oratio*

Deus caeli, Deus terrae, Deus Angelorum, Deus Archangelórum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetárum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viventium, Deus, cui omnis lingua confitetur, et omne genu flectitur, caelestium, terrestrium, et infernorum : te invoco, Dómine, super has fámulas tuas, ut eas custodire, et perducere digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

Exorcismus *(In singulari pro singula)*

Ergo, malédícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui Sancto, et recède ab his famulábus Dei quia istas sibi Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptismatis vocare dignatus est : et hoc signum sanctae Cru £ß eis *(producit signum crucis, dum singulæ pollice se signant in fronte),* **quod nos fronti earum damus, tu, malédícte diábole, numquam áudeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

Omnes: **Amen.**

Et concluditur, ut infra **n. 24.**

24. *Postea sacerdos dicit (in singulari pro singulo) :*

Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

QUARTUS GRADUS

25. *Caeremoniae huius gradus fiunt semper distinctim, pro catechumenis viris, et pro feminis, et, iuxta opportunitatem, etiam loco et tempore diversis.*

26. *Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, violacei coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, se signat, dicens:*

t. Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent: **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

f. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

Pro viris

27. *Sacerdos dicit super electos stantes (in singulari pro singulo):*

Orate, electi, fléetite génua, et dícite : Pater noster.

Et electi, genibus flexis, orant et dicunt : **Pater noster,** *usque ad* **Sed libera nos a malo,** *inclusive.*

Sacerdos subiungit:

Levate, complète orationem vestram et dícite : Amen.

Et illi surgentes, respondent :

Amen.

Sacerdos dicit patrinis:

Sígnate eos mecum.

Et facit signum Crucis versus electos, dicens:

In nomine Patris et Filii, *Ç&* **et Spiritus Sancti,**

dum patrini pollice signant eos in fronte, eadem verba proferentes.

28. *Deinde sacerdos extendit manum super eos, dicens:*

Oremus. *(In singulari pro singulo)* *Oratio*

Deus, immortale praesidium omnium postulántium, liberatio suppli**cum, pax rogántium, vita credentium, resurrectio mortuorum : te invoco super hos fámulos tuos, qui, Baptismi tui donum petentes, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderant : accipe eos, Dómine, et quia dignatus es dicere :** Petite, **et accipietis ; quaerite, et invenietis ; pulsate, et aperietur vobis : petentibus praemium pórrige, et ianuam pande pulsántibus, ut, aeternam caelestis lavacri benedictionem conse**cuti, **promissa tui muneris regna percipiant : Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis et regnas, Deus, in saecula saeculorum.**

Omnes: **Amen.**

Exorcismus *(In singulari pro singulo)*

Audi, malédícte sàtana, adiurátus per nomen aetérni Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi Filii eius, cum tua victus invidia, tremens, geménsque discéde : nihil tibi sit commune cum his servis Dei, iam caelestia cogitantibus, renuntiaturis tibi et saeculo tuo, et beatae immortalitati **victúris. Da igitur honorem advenienti Spiritui Sancto, qui, ex summa caeli arce descéndens, proturbátis fraudibus tuis, divino fonte purgata pectora, sanctiflcáta Deo templa et habitácula perficiat : ut, ab ómnibus penitus noxiis praeteritorum criminum liberati, servi Dei gratias perenni Deo referant semper, et benedicant nomen sanctum eius in saecula saeculorum.**

Omnes: **Amen.**

Et concluditur, ut infra **n. 31.**

Pro feminis

29. *Sacerdos dicit sitper electas stantes (in singulari pro singula):*

Orate, electae, fléctite génua, et dícite : Pater noster.

Et electae, genibus flexis, orant et dicunt: **Pater noster,** *usque ad* **Sed libera nos a malo,** *inclusive.*

Sacerdos subiungit:

Levate, complete orationem vestram, et dícite : Amen.

Et illa? surgentes, respondent: -

Amen.

Sacerdos dicit matrinis:

Sígnate eas mecum.

Et facit signum Crucis versus electas, dicens:

In nomine Patris et Filii, *ÇQ* **et Spiritus Sancti,**

cum matrina? pollice signant eas in fronte, eadem verba proferentes.

30. *Deinde sacerdos extendit manum super eas, dicens:*

Oremus. *(In singulari pro singula)* *Oratio*

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sinai apparuísti, et filios Israel de terra iEgypti eduxisti, députans eis Angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die ac nocte : te quaesumus, Dómine; ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui similiter custodiat et has fámulas tuas, et perducat eas ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

Exorcismus *(In singulari pro singula)*

Ergo, malédícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui Sancto, et recède ab his famulábus Dei, quia istas sibi Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptismatis vocare dignatus est : et hoc signum sanctae Cru £ß eis *(producit signum crucis, dum singula? pollice se signant in fronte),* **quod nos fronti earum damus, tu, malédícte diábole, numquam áudeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

Omnes: **Amen.**

Et concluditur, ut infra **n. 31.**

31. *Postea sacerdos dicit (in singulari pro singulo):*

Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

QUINTUS GRADUS

32. *Caeremoniae huius gradus fiunt semper distinctim, pro catechumenis viris, et pro feminis, et, iuxta opportunitatem, etiam loco et tempore diversis.*

33. *Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, violacei coloris, cum stiis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, se signat, dicens:*

t- Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent : **Domine, ad adiuvandum me festina.**

f. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

Pro viris

34. *Sacerdos dicit super electos stantes (in singulari pro singulo):*

Orate, electi, fléctite génua, et dícite : Pater noster.

Et electi, genibus flexis, orant et dicunt: **Pater noster** *usque ad* **Sed libera nos a malo,** *inclusive.*

Sacerdos subiungit:

Levate, complete orationem vestram et dícite : Amen.

Et illi surgentes respondent:

Amen.

Sacerdos dicit patrinis:

Signáte eos mecum.

Et facit signum Crucis versus electos, dicens:

In nomine Patris et Filii, £8 **et Spiritus Sancti,**

dum patrini pollice signant eos in fronte, eadem verba proferentes.

35. *Deinde sacerdos extendit manum super eos, dicens:*

Exorcismus *(In singulari pro singulo)*

Exorcizo te, immun de spiritus, in nomine Patris, et Fi £g Iii, et Spiritus Sancti, ut éxeas, et recédas ab his famulis Dei. Ipse enim tibi ímperat, malédícte damnáte, qui pedibus super mare ambulávit, et Petro mer genti dexteram porrexit.

Exorcismus *(In singulari pro singulo)*

Ergo, malédícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui Sancto, et recède ab his famulis Dei, quia istos sibi Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptismatis vocare dignatus est : et hoc signum sanctae Cru £ß eis *(producit signum Crucis, dum singuli pollice se signant in fronte),* **quod nos fronti eorum damus, tu, malédícte diábole, numquam áudeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

Omnes: **Amen.**

36. *Tum sacerdos manum adhuc super electos extensam tenens, dicit {in singulari pro singulo) :*

Oremus. *Oratio*

internam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Dómine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus, auctor luminis et veritatis, super hos fámulos tuos, ut digneris eos illuminare lumine intellegentiae tuae : munda eos et sanctifica : da eis scientiam veram, ut digni efficiantur accedere ad gratiam Baptismi tui, teneant firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut apti sint ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

Et concluditur, ut infra **n. 40.**

Pro feminis

37. *Sacerdos dicit super electas stantes (in singulari pro singula):*

Orate, electae, fléetite génua, et dícite : Pater noster.

Et electae, genibus flexis, orant et dicunt : **Pater noster,** *usque ad* **Sed libera nos a malo,** *inclusive.*

Sacerdos subiungit:

Levate, complète orationem vestram, et dícite : Amen.

Et ilice sur gentes, respondent:

Amen.

Sacerdos dicit matrinis:

Sígnate eas mecum.

Et facit signum crucis versus electas, dicens:

In nomine Patris et Filii, £ß et Spiritus Sancti,

dum matrina? pollice signant eas in fronte, eadem verba proferentes.

38. *Deinde sacerdos extendit manum super eas, dicens:*

Exorcismus *(In singulari pro singula)*

Exorcizo te, immúnde spiritus, per Patrem, et Fi gß lium, et Spiritum Sanctum, ut éxeas, et recédas ab his famulábus Dei. Ipse enim tibi ímperat, malédícte damnáte, qui casco nato oculos aperuit, et quatriduánum Lazar um de monuménto suscitavit.

Exorcismus *(In singulari pro singula)*

Ergo, malédícte diábole, recognósce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui Sancto, et recède ab his famulábus Dei, quia istas sibi Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptismatis vocare dignatus est : et hoc signum sanctas Cru igß eis *(producit signum Crucis, dum singulae pollice jse signant in fronte)* **quod nos fronti earum damus, tu, malédícte diábole, numquam áudeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

Omnes: **Amen.**

39. *Tum sacerdos manum adhuc super electas extensam tenens, dicit (in singulari pro singula) :*

Oremus. *Oratio*

JEtérnam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Dómine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus, auctor luminis et veritatis, super has fámulas tuas, ut digneris eas illuminare lumine intellegentiae tuas : munda eas et sanctifica : da eis scientiam veram, ut dignas efficiantur accedere ad gratiam Baptismi tui, teneant firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptae sint ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum nostrum.

Omnes: **Amen.**

Et concluditur, ut infra **n. 40.**

40. *Postea sacerdos dicit (in singulari pro singulo):*

Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

SEXTUS GRADUS

41. *Hora statuta, catechumeni coadunantur ante portam ecclesias, vel loco convenienti, extra ecclesiam, ex quo sollemni pompa accedunt ad ecclesiam. Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, violacei coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, vadit ad fores ecclesiæ, ubi, stans versus electos, se signat, dicens:*

f. Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent: **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

f. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

42. *Deinde sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram primi electi propre bracchium, vel ei porrigens extremam partem stolae, ex humero sinistro pendentem, introducit eum in ecclesiam; primus sinistra manu trahit secundum, et secundus tertium, etc.*

Dum autem, sacerdos illos introducit, dicit (in singulari pro singulo) :

Ingredimini in sanctam ecclesiam Dei, ut accipietis benedictionem caelestem a Dómino Iesu Christo, et habeatis partem cum illo et Sanctis eius.

Omnes: **Amen.**

43. *Ingressi electi procumbunt seu prosternunt se in pavimento, et adorant, omnes simul.*

44. *Deinde, signo dato, surgunt omnes simul et sacerdos extendit manum super capita eorum, et electi cum eo recitant symbolum Apostolorum et orationem dominicam.*

Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae; et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus ; descendit ad inferos ; tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Pater noster, qui es in caelis, sanctificatur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, **et dimitte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris ; et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.**

45. *Tunc sacerdos, versis renions ostio cancellorum baptisterii, rursus extendit manum super capita electorum dicens:*

Exorcismus *(In singulari pro singulo)*

Nec te latet, satana, imminere tibi poenas, imminere tibi torménta, imminere tibi diem iudicii, diem supplicii sempitèrni; diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi, atque universis angelis tuis praeparatus sempitérnus erit intentus. Proinde, damnáte atque damnánde, da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, da honorem Spiritui Sancto Paráclito, in cuius nomine atque virtute praecipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut éxeas, et recédas ab his famulis Dei quos (his famulábus Dei, quae) hodie idem Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontémque Baptismatis dono vocare dignatus est : ut fiant eius templa per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

Omnes: **Amen.**

46. *Postea sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditiei tuendae aut periculum morbi contrahendi vel propagandi); et tangit aures et nares electi (singulorum electorum); tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit:*

Ephpheta, quod est, Adaperire.

Deinde tangendo nares, dicit:

In odorem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim iudicium Dei.

46 a. *Quotiescumque vero, ut supra dictum est, rationabilis adsit causa, quae usum propriae salivae prohibeat vel dissuadeat, sacerdos tantum tactus rituales peragat.*

47. *Tunc sacerdos catechumenos vocat nominatim per nomen et cognomen familiae, prius masculos, deinde feminas, et ille qui est appellatus respondit:* **Adsum.** *Postea omnes interrogat:*

Abrenúntiatis sátanae?

Et omnes simul respondent numero singulari, et nomine proprio: **Abrenúntio.**

Et ómnibus operibus eius?

Omnes: **Abrenúntio.**

Et ómnibus pompis eius?

Omnes: **Abrenúntio.**

48. *Deinde singuli praetereunt ante sacerdotem, qui intingit pollicem dexterae manus in oleo sancto catechumenorum, et inungit singulos electos primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis, dicens :*

Ego te linio ✠ °teo salutis in Christo Iesu Dómino nostro in vitam aeternam.

Rj. Amen.

f. Pax tibi.

R> Et cum spiritu tuo.

48 a. *Ubi vero unctio cum oleo catechumenorum graviores creat difficultates, quae insuperabiles sunt et, ad tempus amoveri nequeunt, tunc, pro illo loco, vel pro illo populo, Conventus episcopalis ab huiusmodi unctione dispensare' potest, iuxta normas pro usu huius Ordinis datas, n. Sc, monitis tamen sacerdotibus, quibus instructio catechumenorum et fidelium commissa est, ut omnibus viribus adnitantur difficultates illas dimovere, quatenus, progrediente omnium institutione christiana, unctio cum oleo catechumenorum rite adhiberi possit.*

Interim loco unctionis adhiberi debet hic ritus subsidiarius :

Deinde singuli praetereunt ante sacerdotem, qui super unumquemque catechumenum crucis signum in forma benedictionis facit, dicendo :

Ego te corroboro signo Crucis, in Christo Iesu, Dómino nostro, in vitam aeternam. Pax tibi.

Et adiungit:

Exi, immúndi spiritus, *ut infra.*

Haec cerimonia semel quoque fieri potest super omnes catechumenos simul.

49. *Mox bombyce, vel re simili, tergit pollicem et loca inunda, et subiungit, dicens:*

Exi, immúnde spiritus, et da honorem Deo vivo et vero. Fuge, immúnde spiritus, et da locum Iesu Christo Filio eius. Recède, immúnde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paráclito.

Si vero numerus catechumenorum nimis magnus sit, nil prohibet quominus hæ cæremoniæ a pluribus sacerdotibus peragantur.

50. *Postea sacerdos dicit (in singulari pro singulo):*

Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

SEPTIMUS GRADUS

51. *Electi coadunantur ante fontem baptismalem.*

Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali, albi coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ad implorandum divinum auxilium. Deinde surgens, se signat', dicens:

f. Deus, in adiutorium meum intènde.

Omnes respondent: **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

f. Gloria Patri.

Omnes: **Sicut erat.**

52. *Statim sacerdos vocat electos nominatim, per nomen et cognomen familiae, et ille qui est appellatus, respondit:* **Adsum.**

Postea sacerdos interrogat:

Créditis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae?

Omnes: **Credo.**

Créditis in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, natum, et passum?

Omnes: **Credo.**

Créditis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam?

Omnes: **Credo.**

Iterum interrogat:

Quid petitis?

Omnes: **Baptismum.**

Interrogat :

Vultis baptizari?

Omnes: **Volo.**

53. *Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (si ambo admittantur), admota manu, tenente seu tangente electum, vel electam, aperto capite,*

et laxatis a collo vestibus, inclinatum, sacerdos vasculo -vel urceolo haurit aquam baptismalem de fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizet electum, seu electam, in nomine Ssrïiœ Trinitatis, sic dicens:

N., EGO TE BAPTIZO IN NOMINE **PA** £8 **TRIS,** *fundit primo,* ET **Fí £g** LII, *fundit secundo,* ET SPIRITUS £8 SANCTI, *fundit tertio.*

54. *Si aqua, quce ex capite baptizati defluit, non dilabatur in sacrarium Baptisterii, recipiatur in subiecta aliqua pelvi, et in illud postmodum proiciatur.*

Cum plures sunt electi, singillatim singuli baptizantur, ut supra. Si sint mares et femince, primum mares, deinde feminae.

Verum si probabiliter dubitetur, an electus fuerit alias baptizatus, dicat sacerdos:

N., **si non es baptizatus (-a), ego te baptizo in nomine Pa** £8 **tris, et Fi** £8 **Iii, et Spiritus** £8 **Sancti.**

55. *Deinde sacerdos (vel, iuxta opportunitatem, alius vel alii presbyteri, superpelliceo et stola alba induti) intingit pollicem dexterum in sacro chrismate, et perungit verticem electi (singulorum electorum) in modum crucis, dicens:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum *(hic inungit),* **ipse te liniat** £8 **chrismate salutis in eodem Christo Iesu Dómino nostro in vitam aeternam %. Amen.**

f. Pax tecum.

Rj. Et cum spiritu tuo.

55 a. *Unctionem cum sacro chrismate, ubi vel quoties absque gravi difficultate illa fieri nequeat, Conventus episcopalis, iuxta normas pro usu huius Ordinis, n. Sc et 3d datas, remittere potest, eo modo sicut dictum est supra n. 48 a.*

Loco vero unctionis adhiberi debet hic ritus subsidiarius :

Deinde sacerdos singulos baptizatos, vel semel omnes, signo Crucis benedicit dicendo:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regen erávit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te (vos) impleat gratia sua £8 *(hic benedicit)* **in eodem Christo Iesu, Dómino nostro, in vitam aeternam. Amen.**

f. Pax tecum (vobiscum).

***H.* Et cum spiritu tuo.**

56. *Omnibus sacro chrismate inunctis, vel, iuxta n. 55a, benedictis, sacerdos bombyce, vel re simili, pollicem tergit. Patrini vero dant proprio electo vestem candidam, dum sacerdos dicit (in singulari pro singulo) :*

Accipite vestem cándidam, quam perferatis immaculatam ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, ut habeatis vitam aeternam.

Omnes: **Amen.**

Et electi induuntur novis vestibus albi coloris, depositis, si necesse fuerit, prioribus.

57. *Tunc patrini dant electis cereum seu candelam accensam in manu dextera, dum sacerdos dicit (in singulari pro singulo):*

Accipite lámpadem ardentem, et irreprehensibiles custodite Baptismum vestrum : : servate Dei mandata, ut, cum Dominus venerit ad nuptias, possitis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula caelesti et vivátis in saecula saeculorum.

Omnes: **Amen.**

Ipsi vero neophyti eumdem cereum accensum manu tenent usque in finem, prœterquam dum confirmantur.

58. *Postea sacerdos dicit (in singulari pro singulo) :*

Ite in pace, et Dominus sit vobiscum.

Omnes: **Amen.**

Et sic terminatur ordo Baptismi adultorum.

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

ORDINATIONES AD CONSTITUTIONEM APOSTOLICAM « VETERUM SAPIENTIA » RITE EXSEQUENDAM

SACRUM LATINAE LINGUAE DEPOSITUM, quod Petri Cathedra a primis saeculis sancte semper custodiit habuitque perspicuum venustumque unitatis signum ac veritatis christianae integre tuendae propagandaeque ac rituum sacrorum validissimum instrumentum, SSmus Dominus noster Ioannes Pp. XXIII a neglectu et impugnationibus firmiter vindicavit, ac ratum in Ecclesia confirmatumque edixit. Apostolica enim Constitutione « Veterum sapientia »,[1] quam sollemni ritu die 22 Februarii sua ipsius manu subsignavit in Petriana Basilica, fundamenta iacit traditque praecepta, quibus haec lingua Ecclesiae propria et cum Ecclesiae vita perpetuo coniuncta, in antiquum gloriae et honoris locum restituatur.

Quantum vero difficultatis et laboris instauratio haec prestantissima et necessaria habeat, cum ex praesenti studii ususque latinae linguae infelici condicione, tum ex locorum, temporum hominumque adiunctis, nemo equidem ignorat, eoque minus hoc Sacrum Studiorum Consilium, ut iam in Epistola ad Excellentissimos locorum Ordinarios die 27 Oct. 1957 data,[2] animadvertit.

At vero non difficultatibus vinci, sed eas vincere nos docet vita fidesque christiana, ubi ardui aliquid, sed nobile et necessarium, est assequendum. Si quid igitur adsidui operis et laboris hac instauratione efiiciendum proponitur, id erit nostris conatibus incitamentum ad eos percipiendos fructus, quos merito Ecclesia a prompto et alacri singulorum animo — at eorum potissimum, qui ad haec suo tenentur officio — exspectat, his praesertim gravissimis vitae temporibus, quibus per universale Concilium Vaticanum II ad christiani populi unitatem assequendam

[1] Ioannes XXIII, Const. Apost. *Veterum Sapientia,* 22 Febr. 1962: *A. A. S.* LIV (1982), pp. 129-135.

[2] S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus, Epist. *Latinam excolere linguam,* 27 Oct. 1957: *A. A. S.*, L (1958), pp. 292-906.

confirmandamque tota adlaborat. ((Nunc maxime meminisse iuvat — aiebat Summus Pontifex in sermone quo et Constitutionem de lingua latina promulgabat[3] — huius linguae momentum et praestantiam, cum ea decurrant tempora, quibus unitatis mutuaeque populorum coniunctionis necessitas acrius sentitur, nec desunt tamen imprudentes ad eam infringendam conatus. Etenim latina lingua, a Latina Ecclesia adhibita, etiamnunc potest, praesertim vero inter eius sacros diversarum gentium administros, magno esse usui ad animos, exstinctis dissensionibus, reconciliandos. Magno et novis populis esse potest usui, qui civilem gentium consortionem fidentes ingrediuntur, cum nullius gentis commodis bonisve sit peculiariter adstricta vel faveat, fons omnibus exstet perspicuae tutaeque doctrinae, sit iis ad intellegendum facilis, qui humanitatis studia peregerint, sit praecipue mutuae intellegentiae instrumentum atque *magni pretii vinculum ».*

Edocet nos Ecclesiae historia nullis difficultatibus non praesto esse remedium, dummodo eius necessitatis habeatur persuasio et omnium, sacrorumque praesertim ministrorum, prompta docilisque accedat voluntas ad illud adhibendum. Quod idem ipsa latinae linguae vita probat luculentissime. Iacuit enim pluries latina lingua, temporum iniquitate veluti oppressa, at rursus floruit renovata semper, cum eam tota ipsa Ecclesia quasi commune patrimonium, sanctum ac venerandum, sollicite defenderet ac strenue sustentaret.

. Instaurari potuit pluries, cum magis etiam quam nostra aetate iacebat, ut, post merovingiam barbariem, potuit in Gallia per Pipinum et Carolum Magnum albescente saeculo ix ; potuit iterum saeculo xn altius insurgere ac fieri mirabile Philosophiae ac Theologiae vehiculum ; potuit praecipue saeculis xv-xvi ita renasci et extolli perfectissima, ut Ciceronis Augustique aetas reddita nobis fuisse videretur.

Potest igitur etiamnunc instaurari, si debitum huic studio tempus ac potiores partes tribuantur nec tot aliis obruatur ac paene suffocetur disciplinis, quae in publicis scholis succrevere; si ratio docendi magis ad illam antiquitus traditam accedat, ita ut usus loquendi scribendique latine comparetur ; si praeceptores bene parati, latinae linguae cognitione et usu experti et paedagogicis dotibus instructi, ex dissitis etiam locis — ut a latinitatis instauratoribus saepe factum esse constat — accersiti, ad hoc munus designentur; si latinae linguae exercitatio privatim et in peculiaribus scholis continuetur etiam inter altiora studia

[3] **Cfr.** *A. A. S.* **LIV (1962), pp. 173-175.**

ecclesiastica, et in his praescriptus huius linguae usus religiose servetur; si omnis in ea docenda discendaque ponatur cura, industria, alacritas, quales in rebus maximi momenti et pretii solent ac debent adhiberi ; si, denique ac praecipue, summum Ecclesiae bonum spectetur et certa ac firma Summorum Pontificum voluntas attendatur eique prompta oboedientia ac debito obsequio obtemperetur.

Hoc Sacrum Consilium Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositum, prompto animo obtemperans mandato Constitutionis Apostolicae ((Veterum sapientia », omni sedulitate accuravit huius linguae docendae discendaeque rationem, idoneam sane ad eius instaurationem plene et efficaciter consequendam.

Has igitur Ordinationes Seminariis, Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit easdemque religiose servandas praescribit.

CAPUT I

Normae Generales

ART. **I -** *De rationibus studiorum singularum gentium ad normas « Ordinationum » accommodandis.*[4]

§ 1. Cum variae studiorum rationes in singulis gentibus earumque ecclesiasticis scholis vigentes, interdum, quod ad latinae linguae studium attinet, impares sint ad plenam huius linguae scientiam et usum consequendum, vario modo erunt, ad normas ab his Ordinationibus constitutas, accommodandae, ut plene finem assequi possint neque ulla detur excusatio de non obtento proposito.

Partim igitur cedat oportet publica studiorum ratio, si componi nequeat cum plena et propria studiorum ecclesiastici viri institutione et cum ea in latina lingua formatione quae a Constitutione Apostolica et Ordinationibus in omnibus sacris administris requiritur et praecipitur.

§ 2. Ut hae Ordinationes fideliter serventur, atque ut vigentes in singulis gentibus studiorum rationes ad easdem rite accommodentur, uniuscuiusque Nationis Episcopi quibusdam peritis viris hoc munus committant, ut, pro locorum adiunctis, una eademque sit, in eadem Natione, huius studii ratio, utique Sacrae Congregationi recognoscenda et probanda.

I **3. Cum vero in fideli Apostolicae Constitutionis et harum Ordinationum exsecutione, primis praesertim temporibus, variae pro locorum**

[4] ***Const. Apost.* n. 8 (p. 135 *iuxta edit. A. A. S.).***

temporumque condicionibus oriri possint difficultates, Sacra Studiorum Congregatio peritorum Coetum constituet, cuius auxilio eas ad mentem Constitutionis et Ordinationum solvet, dubia definiet, responsa et consilia dabit, totamque huius rei exsecutionem prosequendam curabit.

ART. **II** - *De latinae linguae magistris.*[5]

§ 1. Quod attinet ad linguae latinae professores in scholis inferioribus et mediis seu humanitatis quas vocant (atque in scholis celsioris ordinis — Seminariis Maioribus et Facultatibus Ecclesiasticis — pro peculiaribus cursibus de interpretatione SS. Patrum, Theologorum, Documentorum Ecclesiae), primum et omnino requirendum est, ut hi apti ac periti in hac lingua sint debitisque praediti paedagogicis dotibus, cum ex ipsis procul dubio pendeat pars maxima felicis exitus huius institutionis.

§ 2. Antistitum igitur Moderatorumque cura sit eos clericos tempestive deligere, qui ad hoc munus aptiores propensioresque videantur, ac de iis probe formandis parandisque sint solliciti, ut sunt de ceterarum disciplinarum professoribus.

§ 3. Semper in magistris designandis non quantulacumque, sed peculiaris huius linguae scientia in eiusque usu peritia requiratur.

Quam ob rem antequam docere incipiant, debitam doctoris lauream in litteris classicis consecuti sint in aliqua studiorum Universitate, et aptam linguae ac litterarum latinarum scientiam acquisierint sintque in eiusdem sermonis usu probe exercitati. Quod si in propria natione huiusmodi Facultates non dentur vel minus aptae sint, ad optimas studiorum Universitates in exteras gentes mittantur.

§ 4. Cum autem in plerisque civilibus studiorum Universitatibus fere una philologica eruditio, parum vero usus latinae linguae spectetur, curent sacrorum Antistites, ut iuvenes professores, etiam publica laurea donatos, et laudabiliter eos etiam qui in altioribus disciplinis fontes commentari debebunt,[6] mittant ad aliquod ex Institutis ab hac Sacra Congregatione iam probatis vel constituendis, praesertim vero ad ACADEMICUM LATINITATIS INSTITUTUM **ex Constitutione Apostolica « Veterum sapientia » Eomae condendum,[7] ut comparare sibi possint non modo**

[5] *Const. Apost.* nn. 3. 6 (p. 133. 134). — Cfr. S. C. de Sem. *Epist.* 27 Oct. 1957, n. I (p. 294 *iuxta ed. A. A. S.).*

[6] Cfr. Cap. III, Art. 1, § 3; Cap. IV, Art. I, § 3.

[7] *Const. Apost.* n. 6 (p. 134).

vivum huius linguae usum in loquendo et scribendo, sed pleniorem etiam Latinitatis Christianae et Medii Aevi cognitionem.

§ 5. Professores latinae linguae a suo munere ne amoveantur sine gravi causa, at in eo stabiles sint, ut docendo se perficere et excellentiores fieri in dies possint.

§ 6. Iidem ne nimiis horis docendi onerentur, quare complures numero sint; neque aliis cuiusvis generis occupationibus distineantur.

§ 7. Qui inepti quavis de causa agnoscantur, quique praesertim huic linguae adversentur, tempestive amoveantur, ne, ex falsa indulgentia vel neglegentia improbanda, prima adolescentium institutio detrimentum, forte sine remedio, capiat.

§ 8. Ubi periti latinae linguae professores pauciores in quibusdam locis sint, curent Antistites, donec illorum numerus aeque augeatur, ut eos etiam ab aliis Dioecesibus vel a Religiosis petant. Quod mutuum auxilium inter varias, etiam diversae nationis, Dioeceses et inter utrumque Clerum, plurimum conferet et ad instaurationem latinae linguae iuvandam et ad vinculum solidandum caritatis.

ART. III - *De examinions.*

§ 1. Examina — quibus et alumnorum debita huius linguae scientia et docentium in suo munere industria ac peritia comprobatur — summa cum diligentia momentique conscientia habenda sunt. Quaevis igitur indulgentia omnino vitetur in admittendis ad superiores scholas vel ad gradus academicos vel ad ipsum magisterium qui imparati sint vel non satis probati : quaevis enim hac in re facilitas vel remissio detrimentum et illis ipsis affert, cum postea maiores inveniant difficultates claudicantesque semper sint, et ipsi Ecclesiae, cum eius linguam minus intellegant et ament, vel etiam spernant.

§ 2. Propria igitur examina habeantur post singulos annos scholares, iteranda si non fuerint superata, antequam ad superiorem classem fiat accessus ; in iis autem habeatur semper oportet (praeter exercitationem componendi, postremis annis) *translatio* ex latina in vernaculam et ex vernacula in latinam linguam, ad verbum primis annis, dein usque expolitius secundum utriusque linguae proprietates genusque dicendi.

§ 3. Pariter examen habeatur post absolutum curriculum studiorum mediorum, idque eiusmodi sit, ut praeter debitam latinae linguae scientiam, comparatum etiam eius sufficientem usum comprobent, ut alumni

reapse parati accedant ad superiores disciplinas discendas, easque latine intellegere et proponere valeant.

§ 4. Qui ad Seminarium Maius vel ad Facultates ecclesiasticas admitti cupiunt, neque studia classica peregerint in aliquo Seminario-Minore, sed vel in civili aliqua schola vel in aliquo alio collegio, in quo alumni non ad sacerdotium, sed ad publica munia parantur, severius in scientia et usu linguae latinae examinentur, ut non minus parati, quam qui in Seminario Minore studia peregerint, admittantur. Quod si requisitam latinae linguae scientiam non habeant, per conveniens tempus studia classica résumant atque rite perficiant.

§ 5. Ab alumnis, qui ex aliis Institutis vel Seminariis admittuntur in Seminaria interdioecesana et regionalia ad maiores disciplinas discendas, peculiare examen, ad modum colloquii latini vel per aptam scriptiunculam, a Moderatoribus Seminariorum Maiorum exquiratur. Qui haud satis parati inveniantur, non ante admittantur, quam per congruum tempus suppleverint quae non perfecerint.

§ 6. Peculiaris adhibenda est cura atque muneris conscientia in iis rite in latina lingua instituendis, qui *natu maiores* ad sacerdotium vocati sunt et nihil vel parum admodum latine didicerunt. Vix enim credi potest quantum haec studia ad maturiorum etiam animos atque ingenia informanda conferant ; quantum, contra, tota eorum sacra institutio lacunosa sit, et quantae dein sollicitudini sint moderatoribus, si cursim ac leviter ea peregerint. Ceterum, ut aperte praescribit Constitutio : « Nemini ... faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas; disciplinas tractandas, nisi plane perfecteque hac lingua eruditus sit,, eiusque sit usu praeditus ».[8] — Hi igitur alumni : ^

I° In scholis peculiaribus ad eos recipiendos destinatis ita integram huius studii rationem — etsi citatiore gressu, non tamen perfunctorie- ac prope summis labiis — absolvant, ut nihil ex ea, aetatis causa, praetermittant.

2° Huiusmodi studium latinae linguae, antequam studio Philosophiae Scholasticae initientur, saltem per biennium protrahant. ,

3° Examen subeant ac superent, antequam in Seminarium Maius mittantur; huius autem erit comprobare utrum sufficienti scientia et usu instructi sint.

[8] *Const. Apost.* n. 3 (p. 133).

ART. IV - *De latinae linguae pronuntiatione.*

Quod ad pronuntiandi rationem attinet, quamvis nihil detrahendum sit ei, quam « classicam » vocant, quaeque, cum sit in pluribus celsioribus praesertim scholis recenter restituta, utique cognoscenda est, attamen, ut iam S. Pius X [9] et Pius XI [10] monuere, ea pronuntiatio, uniformitatis causa, in usu retineatur, quae « romana » dicitur, quippe quae non modo ((intime conexa sit cum instauratione cantus gregoriani, ad cuius numeros modosque formandos multum valuit usitata eo tempore ratio accentuum et pronuntiationis linguae latinae », et maxime apta « ad unitatem liturgicam in dies solidandam », [11] sed etiam sit in usu numquam intermisso in Ecclesia et in plurium gentium scholis a saeculo circiter quarto, ita ut fere internationalis seu communis evaserit; sitque insuper pronuntiatio, qua legebantur ecclesiastica documenta cum exarata sunt, qua igitur legi etiamnunc debent.

CAPUT II

De communi ratione studii linguae latinae in scholis Humanitatis

ART. I - *De fine huius studii et ratione eum assequendi.* [12]

§ 1. Nemo ignorat latinae linguae et humaniorum litterarum vim propriam ad insurgentia ingenia conformanda. His enim potiores mentis animique dotes exercentur, explicantur, perficiuntur; acuitur ingenii acies et iudicandi vis ; mens ad omnia recte amplectenda et aestimanda redditur aptior; lucidior comparatur ordo in cogitando et loquendo; verborum dicendique proprietas et elegantia suppeditatur ; animus non ad unam utilitatis conquisitionem, sed ad altiorem cultum veramque humanitatem efficaciter excolitur; plenior solidiorque acquiritur scientia non romanicarum modo linguarum, sed aliarum etiam cultiorum.

Haec tamen formandae mentis bona, quae una fere a studio latinitatis exspectantur in publicis scholis, non eadem una sunt, quae in clericorum institutione attenduntur, quippe in his praecipua ratione spectetur peculiaris illa mens informanda, quae requiritur ad futura munia ecclesiastica rite obeunda.

[9] **S. Pius X, Epist. *Votre Lettre*, ad Ludovicum Ernestum Dubois, Archiep. Bituricensem, 10 Iul. 1912 : *A. A. S.* IV (1912) p. 578.**

[10] **Pius XI, *Epist,* ad Ludovicum Card. Dubois, Archiep. Parisien., 28 Nov. 1928.**

[11] **S. Pius X, *I. c.* (Epist. *Votre Lettre).***

[12] ***Const. Apost.* § «Neque vero» (p. 132).**

§ 2. Latinae linguae studium in scholis Humanitatis clericorum eo pariter praecipue tendit, ut sacri ordinis tirones adire possint sacrae Traditionis fontes, ipsa intellegere Pontificum, Conciliorum, Liturgiae monumenta; denique, ut hac lingua uti valeant in maioribus discendis disciplinis, in conscribendis ecclesiasticis documentis et epistolis, in epistolarum commercio habendo cum fratribus ex clero aliarum gentium, denique in disceptationibus ecclesiasticis circa fidei et disciplinae catholicae capita, quae fiunt in conciliis et conventibus ecclesiasticis ex omni gente habendis.

§ 3. Ut autem hunc finem, seu debitam huius linguae scientiam et usum sacri tirones consequantur, huiusmodi studium accommodatum esse debet tum quod ad temporis spatium insumendum attinet, tum ad Auctorum explicandorum quantitatem qualitatemque, tum ad rationem docendi discendique.

ART. II - *De temporis spatio huic studio tribuendo.*[13]

§ 1. Cum tempus huic studio assignatum in variis gentibus, multis de causis tantopere variet, sive anni spectentur, sive horae singulis hebdomadis ei tributae, tantum temporis in ecclesiasticis scholis erit huic disciplinae dandum, quantum in praesentibus adiunctis necessarium ac sufficiens ad finem eius consequendum censetur. — Hac igitur in re statuitur :

1° Huius studii tempus per annos saltem *septem* **est protrahendum pro adulescentibus qui latinitatis scholas in Seminariis incohant, horas vero non minus** *sex* **primis quinque annis, non minus** *quinque* **reliquis duobus.**

2° Ubi laudabiliter vigeat ratio dandi *octo* **vel plures annos litteris latinis, haec ibi omnino retineatur. Quo tempore Auctores deligantur vel secundum propriam loci rationem studiorum, vel secundum schema infra propositum (Art. III, § 3).**

Neque praescriptum tempus putetur inutiliter insumptum : si enim alte nunc adulescentes non egerint in his disciplinis radices, nunquam imbuentur solidioribus, quae sequentur, doctrinis, neque ecclesiasticae institutionis fructus plene percipient.

§ 2. Sic igitur variae disciplinae disponendae contrahendaeque sunt (nisi etiam aliqua vel omnino relinquenda vel ad aliud tempus diffe-

[13] *Const. Apost.* n. 3-4 (pp. 133-134). — Cfr. S. C. de Sem., *Epist.* 27 Oct. 1957, n. III (p. 295).

renda sit), ;iit hoc praescriptum temporis spatium latinae linguae tribuendum omnino servetur.

§ 3. Qui Seminarium vel scholam ecclesiasticam ingrediuntur post unum pluresve annos in hoc studio impensos in publicis scholis, ei cursui assignentur, qui cum eorum vero scientiae gradu conveniat, non autem simpliciter cum numero annorum.

§ 4. In iis denique gentibus, apud quas Seminaria ex peculiaribus historiae adiunctis habentur quoque pro Collegiis, in quibus et sacri tirones et alii alumni eadem ratione studiorum instituuntur, omnino curandum erit ut haec communis studiorum ratio compleatur rite pro iis, qui ad sacerdotium contendunt, ita ut quae Ordinationes praescribunt circa spatium temporis studio latinae linguae tribuendum et circa explanandorum Auctorum quantitatem, prorsus serventur et eo, quo ecclesiastica haec institutio spectat, perveniatur.

ART. **III** - *Auctores explicandi.,*[14]

§ 1. In deligendis explicandisque auctoribus, haec fere attendenda sunt : ut gressus fiat a facilioribus ad difficiliores ; ut ii seligantur qui probatiore sint latinitate, qui nihil, saltem in delectis ad interpretandum locis, contineant quod adulescentium aures animosque offendat, qui, contra, aliquid contineant, quod et elegantia dictionis et rebus contentis plus conferat ad veram animi iudiciique formationem ; ut ea varietate sumantur, qua possit veluti prospectus aliquis sat amplus haberi in praecipua Romanorum documenta atque adeo in totas latinas litteras; ut ea quantitate explanentur, quae sufficiat ad veram latinae linguae scientiam suppeditandam ; denique, ut cum recentioribus Ecclesiae Scriptorumque documentis gradatim coniungantur, quo melius possint alumni puram latinam linguam discere eamdemque ad res novas exprimendas optime accommodatam.

§ 2. His ducti principiis, delectum quemdam Auctorum exhibemus eosque ordine plus minus in scholis recepto disponimus per singulos annos, ita tamen, ut cum Auctorum delectus, tum eorum per annos distributio possit, iustis de causis (ut ex diu inducta consuetudine, ex accommodatione ad publicam huius studii rationem, etc.), aliquantulum mutari, dummodo definita haec *quantitas,* **minima et sufficiens, nihil immutetur.**

[14] **Cfr. S. C. Sem.,** ***Epist.*** **27 Oct. 1957, n. II (p. 295).**

§ 3. Hi Auctores, igitur, et hac mensura fere deligantur pro singulis annis :

/ anno **: primum, sententiae integrae et elegantes, ex Auctoribus decerptae; quaedam proverbia et effata memoriter retinenda; altera anni parte, sumi poterunt quaedam ex Veteri et Novo Testamento (ut creatio mundi, narratio de septem fratribus Machabaeis, parabola filii prodigi, ovis perditae, etc.), saltem 100 versiculi, quprum nonnulli etiam memoriae mandandi sunt; forte addi poterit aliqua Phaedri brevior fabella vel brevissima Ciceronis epistula ;**

II anno **: saltem 10 Phaedri fabulae, una alterave Nepotis vita, circiter 20 Ciceronis epistulae, nonnulli breviores dialogi latini (ex Erasmo, Vives, Jac. Pontano, etc.) ;**

III anno **: saltem liber ex Caesare, quaedam Ciceronis epistulae, 300 versus ex Ovidio, aliquot hymni Breviarii Bomani, quaedam capita ex Catechismo ad Parochos ;**

IV anno : **3 eclogae Vergilii, 5 elegiae ex Tibullo et Propertio, saltem liber ex Livio, aliquot Ciceronis epistulae et aliquot capita ex Catechismo ad Parochos ;**

V anno **: aliqua oratio Ciceronis, 30 capita ex Sallustio, liber unus ex Aeneide, et alius ex Georgicis; quaedam capita Catechismi ad Parochos ;**

VI anno **: aliquis liber philosophicus Ciceronis (vg. De Amicitia, De Senectute, ex Tusculanis, etc.) ; 10 carmina Horatii, 5 ex Catullo, liber unus ex Annalibus vel monographicus Taciti; quaedam capita Catechismi ad Parochos.**

VII anno **: Ars Poetica Horatii ; comoedia aliqua Plauti vel Terentii ; excerpta ex Lucretio (saltem 300 versus) ; liber aliquis ex De Officiis Ciceronis, vel rhetoricus Ciceronis aut Quintiliani.**

[VIII-IX anno **: Praeter opera quae vel ex superius tradita distributione restant interpretanda (quod amplius tempus suppetat), vel ex propria loci ratione studiorum explananda sunt, addantur selectae quaedam epistulae ex Plinio et Seneca ; selecta ex Christianis latinis Scriptoribus et SS. Patribus (Minucio, Lactantio, Ambrosio, Augustino etc.) ; ex Documentis Romanorum Pontificum ; ex optimis Scriptoribus latinis recentioribus].**

§ 4. *Catechismum ad Parochos,* **qui saepissime a Summis Pontificibus et Conciliis Provincialibus commendatus, in scholis, ad saeculum usque elapsum, adhibitus est ut liber aureae latinitatis idemque optimus**

discendae christianae doctrinae textus, semper in manibus habeant alumni a tertio latinitatis anno, quo fiet ut sensim discant aureum latinum sermonem coniungere cum propria et perspicua lingua documentorum disciplinarumque Ecclesiae.

§ 5. Etsi de vita et scriptis singulorum Auctorum, qui in scholis interpretandi explicandique sunt, iam aliqua notitia exhibita est a Professore antequam opus explicandum aggrederetur, hic tamen debet totum latinae rei litterariae contextum dare, a *quinto* **anno. Recenseantur praecipuorum scriptorum vita, opera, argumenta, momentum historicum vel philosophicum vel poêticum, genus dicendi proprium, imitationes mutuationesque ex antiquioribus, alia huiusmodi. Haec autem omnia latine explicentur et librum auditores possideant, qui si latine conscriptus desit, professor poterit vel aliquid dictare vel scripta folia distribuere.**

Caveant hac in re ne nimis indulgeant eruditioni, sed ea modo exquirant, quae reapse ad Auctoris vitam, artem, linguam, momentum proprium et ad formationem iudicii animique spectent.

ART. **IV -** *De ratione docendi discendique linguam latinam.*[15]

§ 1. Cum latinae linguae studium postulet praeviam partium orationis seu, quam vocant, ((*analysis grammaticalis* **vel** *logicae* **» cognitionem, alumni rudimenta huiusmodi, omnino necessaria, per congruum tempus ante doceantur, quam ipsum huius linguae studium incipiant.**

§ 2. Ratio docendi latinam linguam sit oportet *ad eius usum assequendum* **accommodata. Quare nimia illa philologica fárrago, quae in scholis litterariis, altioribus praesertim, prope una viget neque optatos fert huius studii fructus, amputanda erit atque ad veterem docendi rationem redeundum, cuius praecipua capita in memoriam infra revocabimus (§§ 8-10).**

§ 3. Cum in latina sacrorum tironum institutione, huius linguae plena scientia et usus spectanda et assequenda sint, *grammatica institutio,non* **perfunctorie ac leviter tradenda est, sed plene et recte; gradatim quidem pro auditorum captu, et semper cum ipsa textuum comparatione et lectione coniuncta.**

§ 4. *Pars* **igitur** *theorica* **ita fere dividi potest, ut I° anno tradatur phonetica et morphologia integra, etsi summario modo ; accedat 2° anno**

[15] ***Const. Apost.* n. 3 (p. 133). — Cfr. S. C. de Sem., *Epist.* 27 Oct. 1957, n. II (p. 294).**

repetitio generalis morphologiae, qnae complenda erit in sua parte magis anomala, et praeterea pars syntaxis, quae concordantiam casuum spectat; 3° anno absolvatur syntaxis temporum et modorum; 4° anno syntaxis resumatur et perficiatur in partibus etiam difficilioribus; 5° anno prosodia et metrica plene, etsi summario modo, doceatur, neque interim syntaxis repetitio neglegatur; 6° et 7° anno, non modo stili praecepta tradantur breviter, sed etiam grammatica, syntaxis et metrica (hexametrica, boratiana et hymnica) in Auctoribus ipsis legendis, commentandis, vertendis detegatur et resumatur.

§ 5. Praecepta grammaticae (quae omnia, praeter ea quae interim prudenter praetereunda sunt, memoria sunt bene tenenda) facili ac perspicua ratione magister explicet, sine quaestionibus de nugis, at crebris earumdem rerum repetitionibus. In exemplis, quibus pueri doceantur quemadmodum illa sint ad loquendi scribendique usum accommodanda, magister occupetur, potius quam in omnibus, utilibus, inutilibus, hic inde magno studio congerendis; quare summo studio seligat quae admodum significantia et utilia sint, ita ut eius schola sapientia eluceat.

§ 6. *In deligendis grammaticis magna adhibeatur cura,* **ut cum certam et perspicuam, tum plenam etiam contineant doctrinae tractationem. Non igitur, praesertim in primis scholis, sint nimis eruditione minutiisque refertae; neque tamen simpliciores levioresque, cum usus linguae, in scribendo et loquendo, perspectam admodum requirat eius doctrinam atque naturam. Perutile autem erit unam tantum sequi pro integro curriculo, ut discipuli eam perspectam et deinde semper comitem fidelem habeant, quam consulant cum dubium aliquod oriatur.**

§ 7. Secundum antiquitus traditam rationem docendi, iam diu fere ubique non sine detrimento intermissam (quae tamen nostris diebus magis magisque aestimatur atque, ad recentiora scientiae paedagogicae praecepta scite accommodata, apte excolitur), *usus latine loquendi in ipsas praelectiones, interrogationes, repetitiones inducatur.*

Textus ipse syntaxis latine conscriptus sit, vel ipse magister breviter praecepta latine tradat, quae ut memoriter a discipulis retineantur ac recitentur curabit.

§ 8. Magni igitur facienda est *exercitatio,* **quae varia ratione in scholis latinitatis haberi potest, gradatim tamen et congruenter ad doctrinae gradum uniuscuiusque scholae.**

1) Disciplini exerceantur in *declinandis* **primum formis regularibus, dein formis etiam anomalis usitatissimis, quas memoriae omnes mandent; in eisque diligentissime, diversorum generum et nominibus et verbis ad declinandum propositis, insistant.**

2) Altera exercitatio erit *memoriae,* **ita ut non modo grammaticae praecipua saltem praecepta ad verbum (ut clare et firmiter retineantur, quasi artis cuiusdam formulae), sed etiam selectae sententiae et dicta, lectissimi tum poëtarum tum oratorum loci memoriae mandentur ac recitentur.**

3) Pariter exerceantur *interrogationibus* **de praeceptis grammaticae, etc., de argumento Auctorum, de explanatione significationum verborum : in primis autem scholis vernacula lingua, dein latine ; primum, eorum quae explicata et adnotata sunt, iisdem prope verbis, dein propriis.**

4) Plurimi fiat exercitatio *loquendi,* **bene tamen et polite, ita ut, si in aliqua re peccarint alumni, statim a magistro corrigantur ; qui et selecta de rebus communioribus verba suppeditabit.**

5) *Scriptio,* **quae praecipua ratio est perveniendi ad plenam linguae scientiam et usum, fiat nunc inter scholas extemporaliter, nunc inter privatum studium; in superioribus autem scholis, alternis soluta et ligata oratione bis saltem in hebdomada; argumentum proponatur vel iam explicatum vel simpliciter enuntiatum ; in carminibus metrice pangendis (qui maximus labor maximos etiam, si non ipsius poëseos, certe saltem scientiae linguae et metricae latinae fructus afferre solet), primum magister versus aliquos, dissoluto ordine verborum proponat, quos discipuli adstringant rursus; dein ipsi, suis viribus, et certo aliquo metro pangant.**

6) *Numquam desit conversio ex vernacula lingua in latinam et ex latina in vernaculam,* **quae si fiat proprie et secundum utriusque genus dicendi, plurimum confert ad utriusque linguae pleniorem scientiam acquirendam, indolem detegendam, et ad mentes reapse informandos.**

7) *Auctorum explicatio,* **ad modum praelectionis professoris, ab uno, ceteris audientibus, facienda.**

§ 9. *Praelectio,* **in qua professoris eruditio, peritia, industria, efiicacitas maxime elucent, instrumentum est praecipuum ad felicem huius institutionis exitum assequendum. Ea sit in primis scholis simplex et vulgari tantum sermone; post, ad vulgarem accedat intersería latina explicatio; a** *quarto* **anno sit tantum latina et uberior.**

Sic autem magister procedere fere potest, ut primum praecedat *argumentum* **libri vel orationis vel loci in singulis scholis explicandi vel breviter resumendi ; dein sequatur** *explanatio,* **quae, in scholis grammaticae, exponet verborum ordinem, orationis structuram et vocabula obscuriora; in superioribus scholis, latine idem exponet, sed ornatius et uberius; tum accedat** *grammatica,* **pro scholis inferioribus, in qua perpendentur singula verba et uniuscuiusque genus, declinatio, coniu-** gano, **modi, tempora, etc., vel** *rhetorica,* **pro scholis superioribus, seu observatio earum rerum, quae, prout Auctor explicandus erit orator vel poeta, ad eloquentiam, ad poësim, ad grammaticam, syntaxim et orationis structuram pertinent ; tum** *eruditio,* **quae in scholis inferioribus erit plenior explicatio (per exempla, similitudines, descriptiones, etc.), quam suggerunt quaedam vocabula, narrationes, etc. ; in scholis superioribus, eodem modo procedet, sed uberius et adductis notionibus historicis, mythologicis, poëticis, etc. ; denique** *latinitas,* **quae in scholis inferioribus pueros docebit quomodo verborum ordo mutetur, alia aliis praeponantur, haec et non illa vocabula usurpentur, etc. ; in superioribus scholis explicabit metaphoras proprias, vim verborum et significantiam, diversam vim ex diverso ordine et artificio, proprietates utriusque linguae in eadem re exprimenda, denique omnia, quae ad eloquentiam, poësim, genus dicendi pertinent.**

§ 10. *Interpretatio Auctorum* **fiat primum, saltem ex parte, ab alumnis in cotidianis pensis (eiusque rationem petat professor in scholis et interdum corrigat in proprio cubiculo, ut melius certior fiat de uniuscuiusque profectu) ; dein a professore in scholis, qui vocabula, modos dicendi, constructiones difficiliores, notitias historicas et geographicas, etc. explicabit variis modis latine vel vernacula lingua, sed quam lectissimis verbis et ratione dicendi propria, ut utriusque linguae color proprius eluceat. Iuvat autem alternis scholis poetam et oratorem interpretari, ne, deficiente varietate, fastidio auditores afficiantur.**

CAPUT III

De studio et usu latinae linguae in Seminariis Maioribus

ART. **I -** *De studio linguae latinae.*

§ 1. **Seminarii Maioris alumni studium latinae linguae non omnino deponere debent, at illud prosequi ac perficere in iis praesertim, quae sunt propria ac peculiaria latinitatis fontium sacrae Traditionis, documentorum Ecclesiae et disciplinarum, quibus operam navant.**

§ 2. Non modo igitur privata classicorum christianorumque Auctorum lectione hanc linguam excolant, sed, ut haec quasi vernacula, quasi materna ac nativa evadat, varia ratione in ea assidue exerceantur, quomodo olim fiebat ac fit etiamnunc in recentium linguarum studio, quae ipsa collocutione, potius quam praeceptis discuntur. Quare commendanda erunt latina colloquia certis diebus inter animorum relaxationem et cum professoribus in privatis explicationibus; neque neglegenda latina compositio, cuius fructus, sollemnioribus praesertim diebus, in publicis academiis recitari vel exponi possunt.

§ 3. Ut alumni qui maioribus disciplinis operam navant studium latinae linguae constanter prosequantur ac paulatim introducantur in peculiarem fontium latinitatem, praecipitur ut :

1° a perito professore peculiaris huius latinitatis cursus pro omnibus alumnis latine habeatur, qui horam saltem in hebdomada complectatur per integrum Theologiae curriculum ;

2° in eodem cursu, variarum disciplinarum praecipua documenta et fontes — ut scripta SS. Patrum, et Theologorum, documenta Pontificum et Conciliorum, textus Liturgiae — ex communi cum singulis professoribus consensu delecta, legantur et explicentur;

3° ab hoc cursu frequentando nemo eximatur, et eo absoluto, examen omnes subeant, ac repetant qui plene non satisfecerint.

Sic fiet ut ex perspectis proprietatibus suae cuiusque latinitatis, non modo solidum ponatur fundamentum ad exegesim doctrinae, sed etiam augeatur directa fontium cognitio et vera eorum percipiatur interpretatio — sine qua nulla dari potest tuta ac sincera institutio ecclesiastica — et simul complementum magni pretii addatur scholasticis praelectionibus.

ART. **II** - *De usu linguae latinae.*[16]

§ 1. In maioribus disciplinis ecclesiasticis tradendis latinae linguae usus prompte et plene instaurandus ubique est, quibusvis superatis difficultatibus; nullique Antistiti vel Moderatori iam liceat arbitrio suo aliquid indulgendo permittere contrarium.

§ 2. Disciplinae latine tradendae erunt Philosophia theoretica, Theologia universa, dogmatica et moralis, generalis et specialis Introductio in S. Scripturam, Ius Canonicum. Eximi ideo possunt disciplinae quae ad doctrinam pastoralem proprie dictam, ad catecheticam et eloquentiam

[16] ***Conts. Apost.* n. 5 (p. 134).**

sacram pertinent; item Historia Philosophiae, Historia Ecclesiastica et reliquae disciplinae.

§ 3. Quavis contraria reprobata consuetudine, praecipitur:

I° ut libri disciplinarum latine tradendarum in usum scholae editi et in schola adhibiti, sicuti etiam privata professorum scripta in auditorum usum multiplicata, quibus quaedam doctrinae capita opportunum censeant illustrare, semper sint latine exarata.

2° ut auditores singuli non modo librum de singulis disciplinis latine tradendis, latine conscriptum possideant, sed etiam integram S. Scripturam iuxta editionem Vulgatam, Codicem Iuris Canonici et varia documentorum Enchiridia latina.

3° Index librorum in scholis adhibitorum Sacrae Studiorum Congregationi significetur, secundum eiusdem praescriptum.[17]

§ 4. Assuefiant praeterea alumni, quae latine legerint vel audierint, latine etiam in mente evolvere, perpendere, repetere, retinere ; vocabula locutionesque cuiusque disciplinae propria bene intellegere ac memoriae mandare, ut dein in repetitionibus et examinibus usque expeditius et polite eloqui possint.

§ 5. **Examina sive scripto sive ore habenda de disciplinis latine tradendis, latine fiant; idem autem dicatur de publicis disputationibus et praelectionum repetitionibus.**

§ 6. Professores quibus superiores ecclesiasticae disciplinae latine docendae sunt :

I° omnia latine parent accurate, dilucide, emendate, ut dignitas ipsa harum disciplinarum postulat, nec formam dicendi relinquant extemporali afiQatui ;

2° quare ita deligantur, ut in eis non tantum in propria disciplina peritia, etiam singularis, attendatur, sed ratio quoque habeatur debitae eorum scientiae et usus linguae latinae;[18]

3° tempestive igitur moneantur, ut in hac etiam parte parare se possint, et eis congrua ad hanc praeparationem suppeditentur auxilia;

4° si vero praescriptum latinae linguae usum in habendis praelectionibus neglegant et contemnant, ne et doctrina et exemplo auditoribus noceant, a munere amoveantur.[19]

[17] **Cfr. infra Cap. VII. § 3. 2.**
[18] ***Const. Apost.,* n. 5 (p. 134).**
[19] ***Const. Apost.* nn. 2 et 5 (pp. 133 et 134).**

§ 7. Moderatores Seminariorum sollicite curent quae de bibliotheca apte instruenda, etiam ad linguam latinam et graecam quod attinet, infra edicuntur (Cap. IV, Art. II, § 14).

CAPUT IV

De studio et usu latinae linguae in Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum

ART. I - *De studio linguae latinae.*

§ 1. Cum altiorum praecipue studiorum munus sit auditores « ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisque scientifici usum atque ad magisterium exercendum instruere »,[20] patet huiusmodi auditores peculiari etiam instructos esse debere scientia et usu latini sermonis, qui scientiae sacrae clavis est necessaria.

§ 2. Nemo igitur in Universitatem vel Facultatem ad gradus academicos adipiscendos ascribi potest, nisi curriculum medium studiorum classicorum rite absolverit;[21] quod utique probandum erit documentis authenticis, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sufficere censeantur. Falsa enim hac in re indulgentia aliaeque humanae rationes non poterunt gravi non esse detrimento et studiis ipsis et debitae horum auditorum institutioni.[22]

§ 3. Quo latius et fructuosius alumnis pateat aditus ad fontes (quorum cognitionem, ex Art. 2 Const. Apost. ((*Deus scientiarum Dominus »,* **spectare debent Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum) et eorum accuratior habeatur exegesis philologica — cuiusvis ulterioris exegesis fundamentum primum ac necessarium — et inde plena certaque intellegentia, praescribitur :**

I° ut in Facultate Philosophiae et in Facultatibus atque Institutis superioribus disciplinarum sacrarum peculiaris habeatur cursus, quo alumni de propria fontium lingua (graeca et latina) edoceantur ;

2° ut huiusmodi cursus unam minimum horam in hebdomada duobus annis saltem per semestre complectatur ;

3° ut haec disciplina computetur inter *auxiliares,* **ad normas Const.**

[20] **Const. Apost.** ***Deus scientiarum Dominus,*** **Tit. I, Art. 2:** ***A. A. S.*** **XXIII (1931) p. 247.**

[21] ***Const. Apost.,*** **n. 3 (p. 133).**

[22] **Cfr. Const. Apost.** ***Deus scient. Dominus,*** **Tit. II, Art. 25; «Ordinationes», Art. 14:** ***A. A. S.*** **XXIII (1931) pp. 252 et 267,**

Apost. « *Deus scient. Dominus* **» (Art. 33, § 1, 3; Art. 34). Quare ab hoc cursu frequentando nemo eximatur, et eo absoluto, examen est ab omnibus subeundum, ac repetendum ab iis qui plene ñon satisfecerint.**

§ 4. Poterunt cum hac disciplina coniungi peculiares illae exercitationes, quae in doctrinali selectorum textuum interpretatione versantur,[23] dummodo horarum numerus (iuxta praescriptum § 3, n. 2°), augeatur, ita ut distincta explanatio phiiologica et doctrinalis detur vel ab eodem professore, si sit in utraque parte peritus, vel a diversis.

§ 5. In hoc cursu, post traditas praecipuas proprietates grammaticas et lexicales latinitatis documentorum quae explicanda veniunt, philologice et semantice explanentur delecti loci, qui et lingua et argumento possunt auxilio esse praecipuis disciplinis illustrandis. Sic verbi gratia, in Philosophia, quaedam hac ratione exponantur ex praecipuis antiquis philosophis et praesertim ex S. Thoma; in Theologia seligantur, congruenter cum variis tractatibus theologicis et ex eorum professorum consilio, loci SS. Patrum, praecipuorum Theologorum, Doctorum Ecclesiae, Conciliorum et Documentorum Pontificum, textuum dogmaticorum S. Scripturae, partes Liturgiae, etc. ; in Iure Canonico et Romano, introducantur alumni in cognitionem lexici ac generis dicendi proprii harum disciplinarum, illustrando vim propriam praecipuarum vocum, et exponendo delectos locos antiquos et recentes.

ART. **II -** *De usu latinae linguae.*

§ .1. Usus latinae linguae in studiorum universitatibus et Facultatibus, quavis superata difficultate integre restituatur, nulli facta potestate ex arbitrio hac in re dispensandi.

§ 2. Disciplinae latine tradendae erunt Philosophia theoretica, Theologia universa, Sacra Scriptura, Ius Canonicum et Romanum.[24]

§ 3. Reliquae disciplinae vernacula lingua tradi possunt, nisi ex necessitate — quod nimirum auditores ad varias pertineant gentes et linguas — vel ex laudabili consuetudine aliter cautum sit.

§ 4. Publicae pariter disputationes et praelectionum repetitiones latine fiant.

[23] **Cfr. Const. Apost.** ***Deus scient. Dom.,*** **Tit. III, Art. 30 § 1, et eius « Ordinationes », Artt. 22-23 (pp. 254 et 269** ***iuxta ed. A. A. S.).***

[24] **Cfr. Ordinationes ad Const. Ap.** ***Deus scient. Dom.,*** **Art. 21 (p. 268).**

§ 5. Quod ad examina attinet, haec praecipiuntur :

1° Examina sive scripto sive ore habenda de disciplinis latine traditis, latine fiant ;

2° peculiari ratione latine pariter fiant examina praeponenda cuivis gradui academico in dictis disciplinis suscipiendo, « lectio coram » et thesis defensio;

3° in his latinis examinibus iudicium etiam de latinitate ne leviter feratur, sed debita severitate, ut reapse, praeterquam de doctrina, de examinatorum etiam expedito et emendato huius linguae usu constet; qui vero non satis, hac etiam in parte, instituti ac periti videantur, ad gradus ne promoveantur.

§ 6. Experimentum ad licentiam consequendam requisitum ad normam Art. 37 ((Ordinationum » ad Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus,* **in disciplinis de quibus supra (§ 2), latino sermone exarandum est.**

§ 7. Thesis ad doctoris lauream assequendam in disciplinis de quibus in eadem § 2, suadendum valde est ut latine eonscribatur.

Quod si Universitatum vel Facultatum statuta decernunt vel decernent in posterum latinae linguae usum in conscribendis thesibus, hic firmiter retineatur.

§ 8. Cum thesis lingua aliqua ex vernaculis, quae ex Statutis cuiusque Universitatis vel Facultatis admittuntur, conscripta est, ei congruens summarium latine exaratum praemittatur.

§ 9. Quod autem attinet ad professores tum mature designandos parandosque ut in usu quoque latinae linguae bene sint exercitati, tum amovendos si inepti in hac parte sint vel renitentes, eadem valent, quae pro Seminariorum Maiorum professoribus dicta sunt (Cap. III, Art. II, § 6).

§ 10. Auctoritates academicae Universitatum et Facultatum ecclesiasticarum in professorum nominibus Sanctae Sedi proponendis, quibus disciplina aliqua latine tradenda erit, declarent etiam, praeter ea quae praescribuntur in Const. Apost. « *Deus scient. Dominus* **» (Tit. II, Art. 21), utrum ii debitis latinae linguae scientia et usu praediti sint.**

§ 11. Ex iis quae in Constitutione Apostolica dicta sunt de praestantia latinae linguae pro Catholica Ecclesia, cuius iure meritoque dicitur et est lingua propria, valde optandum est ut, qui in Actis periodicis de

sacris disciplinis scientificas commentationes conscribunt ad clerum destinatas, id latine faciant, hoc est lingua harum disciplinarum propria, quo periculum vitetur inducendi, pro cuiusque arbitrio, profanas vocum novitates et, per eas, in dogmata varietates et ambiguitates atque etiam perversiones, et quo plures cuiusvis gentis et linguae sacerdotes eas legere et intellegere valeant.

Quod si id fieri non possit, saltem congruum commentationis summarium latine addatur.

§ 12. Enixe pariter commendatur usus latinae linguae in criticis apparandis editionibus documentorum primaevae Aetatis christianae et Medii Aevi, et in versionibus scriptorum Ecclesiarum Orientalium. Hoc enim non modo cum huiusmodi documentorum natura consentaneum est, sed plurimum etiam confert ad universalitatem doctrinae provehendam facilioremque reddendam eruditionis acquisitionem.

§ 13. Idem dicendum est de latinae linguae usu in ecclesiasticis coetibus, qui ad quaestiones sacrae disciplinae, doctrinae vel pastoralis muneris tractandas coaguntur ex gentibus et linguis diversis. Plurimum enim communis omnibus lingua confert ad mutuam animorum coniunctionem, ad faciliorem promptioremque communicationem, quam tot linguarum multitudo impedit, eflicitque ut magis in dies intra cuiusque gentis confinia sacri Universalis Ecclesiae ministri conclusi et constricti, omnia prope ignorent atque etiam scire neglegant, quae alibi a sodalibus in eodem implendo munere fiant.

§ 14. Curent pariter Seminariorum et Facultatum scholarumque ecclesiasticarum Moderatores ut bibliotheca, etiam quod attinet ad latinam graecamque linguam, diligenter instruatur ac ditetur, ne desint, professoribus praesertim, debita auxilia ad propriam institutionem perficiendam et ad opera etiam critice conscribenda. Si enim debita librorum suppellex desit, nullus etiam erit stimulus ad investigandum et scribendum, nulla curiosa conquisitio et progressio, at modo inertia animi et confidens ignorantia.

CAPUT V

De studio linguae graecae [25]

§ 1. Etsi Apostolica Constitutio spectat praecipue instaurationem studii et usus linguae latinae, minime tamen neglegit claram definitam-

[25] *Const. Apost.*, **n. 7 (p. 135).**

que dare normam de studio etiam linguae graecae. Maxima igitur cura addiscatur oportet, cum et ipsa non modo multum conferat ad adulescentium mentes informandas, et sit cum latina lingua peculiari affinitate coniuncta, ita ut ad plenam veramque illius scientiam requiratur, sit praeterea in quavis fere civili ratione classicorum studiorum recepta, sed etiam necessaria prorsus sit tum alumnis omnibus qui maiores disciplinas in Seminariis aggrediantur, ac praesertim iis qui in Universitatem vel Facultatem ecclesiasticam ad gradus academicos adipiscendos ascribi velint ;[26] tum ecclesiastico cuique viro, cui ex munere docendi Philosophiam vel Sacras disciplinas, veteres ipsi fontes sacri et profani adeundi sunt.

§ 2. Quare praescribitur :

1° ut in illis quoque gentibus, ubi in publicis scholis, scientiarum institutionem praecipue spectantibus, non traditur graeca lingua, tradatur in Seminariis et aliis scholis ecclesiasticis, ne alumni ad superiores disciplinas discendas imparati admittantur.

2° Tempus, tum quod attinet ad annorum tum ad horarum numerum in hebdomada, huic linguae discendae tribuatur, quod ad debitam eius praescriptam cognitionem, pro rerum locorumque adiunctis necessarium requiratur.

3° Quod spectat ad Auctores cum profanos tum sacros explicandos atque ad graecae grammaticae cognitionem, proportione facta, ea ratio minima et sufficiens servetur, quae pro latina lingua praecipitur in harum Ordinationum Capite II (Art. III, §§ 1-3; Art. IV, §§ 2-6).

4° Professor linguae graecae sit reapse peritus et in litteris doctoris laurea in Studiorum Universitate donatus.

5° Ratio etiam docendi enarrandique Auctores accommodata sit oportet ad debitam utilemque huius linguae cognitionem, iuxta ea quae traduntur in his Ordinationibus (Cap. II, Art. IV).

Quare in scholis peculiaris impendatur cura in verborum etymis detegendis, in illustrandis vocabulorum familiis, quae ex illis derivantur in recentes etiam linguas et artes, ut apprehensis etymis eorumque vi, plures inde voces intellegantur ac vera utilitas habeatur pro altioribus studiis.

§ 3. Constituenda peritorum Commissio ad studiorum rationem in singulis gentibus secundum Pontificis Constitutionem et has Ordinationes

[26] **Cfr. Const Ap. *Deus scient. Dom.*, Tit. II, Art. 25; Ordinationes, Art. 14 (pp. 252 et 267).**

aptandam,[27] in hac quoque parte rationem definiat, ab hac Sacra Studiorum Congregatione probandam.

§ 4. Quod attinet ad linguam hellenistico-biblicam, praecipitur :

I° ut in Seminariis habeatur inter studia theologica peculiaris cursus unius horae in hebdomada per annum, examine absolvendus ;

2° ut in Facultatibus theologicis quoad omnes effectus religiose servetur praescriptum Ordinationum ad Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus,* **quo huiusmodi disciplina** *auxiliaribus* **adnumeratur (Art. 27, I, 2).**

CAPUT VI
De Visitatoribus

§ 1. Constituitur munus Visitatorum, quorum erit, certis temporibus, inspicere utrum, ad sedulam exsecutionem Constitutionis Apostolicae,[28] omnes et singulae Ordinationes cum debita promptaque diligentia atque etiam cum fructu, qui iure exspectandus est, religiose serventur.

§ 2. Secundum propriam constitutam Visitationis rationem, Visitatores praesertim inquirant : de docentium numero et debita praeparatione ac diligentia ; de studiorum rationibus, prout fuerint a constitutis peritis digestae secundum has Ordinationes; de omnibus quae ad debitum tribuendum tempus, ad Auctores explanandos, ad rationem docendi, ad exercitationes faciendas, ad adhibendas industrias, pertinent.

§ 3. Poterunt etiam quibusdam praelectionibus interesse, discentes interrogare, pensa videre, aliquid scripto vel ore declarandum proponere, omnia denique experiri, quibus certiores fiant de vera et plena huius studii efficacitate.

§ 4. Nec Maiora Seminaria et Ecclesiasticas Facultates neglegant, in quibus inspicient utrum alumni debite parati in latinae linguae scientia et usu veniant ex inferioribus scholis; utrum latinae linguae usus servetur in praescriptis tradendis disciplinis ; utrum textus et Enchiridia documentorum Ecclesiae, latine conscripta sint et a singulis alumnis possideantur ; utrum cursus latinitatis christianae institutus sit, et quanta cum utilitate proficiat; utrum examina quoque latine habeantur, et exerceantur alia ratione alumni in usu et cultu latinae linguae.

[27] **Cfr. supra, Cap. I, Art. I § 2.**

[28] ***Const. Apost.,* nn. 1-2 (p. 133).**

§ 5. **Visitatione peracta, de vero latinae linguae statu referent ad Sacram studiorum Congregationem ; remedia, quae iis aptiora videbuntur, eidem proponent ; significabunt pariter quae laudanda et imitatione digna invenerint.**

§ 6. **Singula in explendo munere fusius inquirenda Visitatores inspiciant in Appendice I[a] his Ordinationibus adnexa.**

CAPUT VII
De Relatione ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus mittenda

§ 1. Relatio de ratione et statu instaurationis linguae latinae mittatur :

1) singulis annis ad quinquennium (nisi pro locorum condicionibus S. Congregatio ad longius tempus eam mittendam exquirat), ut constet utrum Ordinationes plene iam inductae sint, vel aliquid cunctationis adhuc remaneat, et possint postrema impedimenta definitive amoveri;

2) dein relatio erit quinquennalis, una simul mittenda cum relatione generali de statu Seminariorum;

3) Universitates vero et Facultates ecclesiasticae, post primum quinquennium, relationem ex more mittent triennalem.

§ 2. Relatio conficienda erit a Praefecto studiorum, subsignanda vero ab Excellentissimo loci Ordinario; in Universitatibus et Facultatibus conficienda et subsignanda erit a Rectore vel Praeside.

i§ 3. Relatio mittenda :

1) a Seminariis Minoribus ceterisque scholis in quibus sacri futuri administri curriculum intimum et medium studiorum classicorum peragunt, erit praecipue : de temporis spatio huic studio tributo, de magistrorum numero et doctrina, de ratione docendi discendique, de examinibus, de omnibus denique, quae pro his scholis in Ordinationibus praecipiuntur (cfr. *Appendix I) ;*

2) a Seminariis Maioribus, Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum, erit prasertim : de peculiari cursu latinitatis fontium, quomodo habeatur et quibus magistris ; de latinae linguae usu in tradendis disciplinis, indicando quae latine, quae vernacula lingua tradantur; de auditorum professorumque praeparatione et peritia in lingua latina ; de variis industriis ad latinae linguae studium in alumnis fovendum, continuandum; de libris manualibus in scholis adhibitis; de ceteris, iuxta Ordinationes.

Caput VIII

Normae transitoriae

§ 1. Quae in his Ordinationibus ex mandato Summi Pontificis praescribuntur, integre valere incipient a primo die anni academici 1963-64 vel 1964 pro cuiusque hemisphaerii consuetudine.

§ 2. In regionibus autem in quibus latinae linguae scientia et usus ita tepuerint, ut in maioribus disciplinis alumni intellegere professores latine loquentes non possint, ac brevi edoceri vel usum loquendi nequeant sibi comparare : ne debita in his disciplinis institutio detrimentum patiatur, omnino curandum est :

1° ut interim, harum disciplinarum textus latine conscripti adhibeantur, et conatus fiant a professoribus explicandi gradatim latine aliquam praelectionem ac dein libri partem, ut auditores idoneam huius linguae intellegentiam sensim acquirant;

2° ut sollerti pariter industria Moderatores studium huius linguae in scholis superioribus varia ratione promoveant, ei designando definita quaedam cotidiana temporis intervalla, quibus, moderante magistro, alumni assiduae exercitationi dent operam ut quam citius possint praelectiones sequi cum fructu;

3° ut peculiaris annus propedeuticus instituatur — quod quidem magis opportunum et efficax videtur — quo qui parum exculti ex scholis humanitatis veniant (donec instauratio suos dederit fructus), in latinae linguae cognitione et usu congrue perficiantur, antequam ad disciplinas superiores accedant.

§ 3. Ordinarii locorum, antequam Seminarii Maioris professoribus munus committant docendi aliquam ex disciplinis latine tradendis (cfr. Cap. III, Art. II, § 2), eorum nomina — donec aliter cautum fuerit — Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus proponant, significantes utrum candidati, praeter ceteras requisitas qualitates, latinae quoque linguae adhibendae peritiam habeant.

Quas Ordinationes omnes et singulas Ssmus D. N. Ioannes divina Providentia Pp. XXIII ratas habuit, confirmavit, evulgari iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus SS. CC., die xxn mensis Aprilis, in Resurrectione Domini, anno MCMLXII.

£B IOSEPHUS Card. PIZZARDO, *Praefectus*

L. © S.

f Dinus Staffa, *a Secretis*

APPENDIX I

Delineatio Relationis ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus mittendae[29]

I. DE STUDIO LINGUAE LATINAE IN SCHOLIS INFERIORIBUS ET MEDIIS

1. Quot *anni* studio linguae latinae tribuuntur? Quot *horae* singulis hebdomadis et singulis annis? Suificiuntne ad totam Auctorum et grammaticae, etc. portionem explicandam convenienti modo? Qui Auctores explicantur singulis annis? iidem an diversi quam qui in Ordinationibus indicantur? eodem ordine? Habentne singuli alumni proprios textus?

2. Debuitne *ratio huius studii* accommodari, ut Ordinationum praescripta servarentur? quomodo accommodata est?

3. Si « Collegium-Seminarium » sit, qua ratione pro tironibus, qui ad Sacerdotium adspirant, supplentur quae publica ratio non habet?

4. Praesens ratio agnosciturne a publica Potestate?

5. Si non agnoscatur, huius Seminarii (vel scholae) alumni subeuntne examina publica, ut publicos titulos assequantur? omnes, vel optimi tantum?

6. Quot *Professores* linguae latinae dantur? Quot horae singulis tribuuntur et in quibus classibus? Habentne etiam alia munera domi vel extra, quibus a proprio hoc munere distrahantur?

7. Suntne omnes doctoris laurea in litteris classicis donati? Si secus, quas alias superiores scholas frequentarunt? vel qua alia ratione praeparati sunt?

8. Quid fit ut quidam apti praeparentur?

9. Habentne latinae linguae usum in loquendo et scribendo, praesertim qui in superioribus scholis docent?

10. Quo exitu docent? Suntne debitis dotibus paedagogicis ornati? Frequenter permutantur, an stabiles (praesertim qui in superioribus scholis docent) sunt?

11. *Examina* fiuntne post singulos annos, etsi publice haec non fiunt?

12. Si publica fiant, fiuntne etiam privata in Seminario, ut iudicium de singulis feratur an debitum cuiusque anni progressum fecerint et an propriam alumni institutionem habeant, iuxta Ordinationes?

13. Qua ratione examina habentur? Fitne conversio ex utraque lingua? compositio, in superioribus scholis?

[39] **Cfr. *Ordin.*, Cap.** VII, § **3.**

14. Constatne de vera scientia et usu latinae linguae in iis, qui ad altiores disciplinas ascendunt?

15. Danturne alumni qui maturiores ingressi sint? quibus classibus attributi sunt? suntne impedimento ceteris? habentne proprias scholas? vel qua ratione edocentur omnia, quae exigenda sunt hac in re, antequam in Seminarium Maius admittantur?

Quomodo totum hoc studium distributum est pro his vocationibus? Quot anni tribuuntur? Exigiturne ab iis eadem latinae linguae scientia et usus antequam altiora studia petant? Qua ratione student linguae graecae?

16. Quae *ratio docendi f* **Estne, ut Ordinationes praescribunt, sic accommodata, ut non eruditionem tantum, sed praecipue veram latinae linguae scientiam et usum spectet? Conanturne magistri, praesertim superiorum scholarum, propositam in Ordinationibus rationem sequi?**

17. Qui *usus loquendi* **in scholis habetur? Quae** *exercitatio scribendi* **latine? Habenturne frequentes repetitiones, interrogationes, etc.?**

18. Qui *textus* **grammaticae latinae adhibentur? Quae partitio grammaticae, etc. servatur singulis annis? Absolviturne pars theorica et Auctorum explanatio singulis annis ab Ordinationibus assignata? Traditurne sufficiens notitia totius rei litterariae latinae seu litteraturae?**

19. Quae difficultates peculiares habentur in hoc Seminario? ex parte professorum, alumnorum, rationis docendi, temporis, Auctorum explicandorum, numeri disciplinarum, etc.?

II. DE STUDIO ET USU LINGUAE LATINAE IN SEMINARIIS MAIORIBUS

1. *In disciplinis maioribus tradendis,* **servaturne firma praescriptio adhibendi linguam latinam? Iamne vigebat haec ratio? an modo inducta est? Consciine sunt Professores et alumni de firma voluntate Ecclesiae circa usum latinae linguae in his disciplinis tradendis?**

2. Professores possuntne latine docere? Si vero omnes vel aliquis non possint, quid interim cautum est? Danturne qui huic usui adversentur?

3. Auditores singuli habentne textus latine conscriptos et Enchiridia latine pariter conscripta? Possidentne integram S. Scripturae Vulgatam editionem? Suntne satis parati ut latine docentem intellegere valeant? an averso sunt animo linguae latinae?

4. Quid ad prosequendum perficiendumque latinae linguae studium fit in Seminario Maiore? Danturne academiae vel scholae vel exercitationes ad hoc peculiares?

5. **Circa peculiarem** *cursum latinitatis christianae,* **omniane executioni mandata sunt, quae in Cap. III Ordinationum praescribuntur circa tempus, professores, rationem illum habendi?**

6. *Examina* **fiuntne latine? adhibet urne de hac re debita severitas?**

7. Satisne parati in scientia et usu huius linguae veniunt ex Seminario Minore? Admittunturne *aetate maturiores* **sine debita in his studiis humanioribus scientia?**

III. DE STUDIO LINGUAE GRAECAE

1. Studio linguae graecae quot anni tribuuntur? quot horae? Absolviturne grammatica? Qui Auctores singulis annis? qua mensura? Traditone sufficiens notitia litterarum graecarum? Suntne sufficienter in hac disciplina parati alumni qui ad altiores disciplinas ascendunt?

2. Peculiaris schola de lingua graeco-biblica habeturne inter studia theologica?

3. Professores suntne debita doctoris laurea donati in litteris classicis?

Relatio fiat de singulis, non perfunctorie, sed debito conscientiae munere, ut remedia, si necesse sit, tempestive et efficaciter adhibeantur.

APPENDIX II

Praecipua SS. Patrum opera e quibus apti ad explicandum loci desumi possunt in cursu Latinitatis Christianae [30]

Finis huius peculiaris cursus non modo est breves SS. Patrum locos vel sententias explicare, quibus theologica sufficiantur argumenta, sed etiam alumnos introducere in intellegentiam et consuetudinem latinitatis christianae.

Opportunum igitur est ut, praeter breves delectos locos Enchiridiorum, quorum vim plenam dabit ipse Theologiae professor, etiam longiora excerpta, explicato primum breviter eorum sensu, clare et distincte legantur a latinitatis christianae professore, qui propriam alicuius verbi vel locutionis significationem deteget, obscuriores formas et constructiones illustrabit, paucis significabit proprium cuiusque scriptoris genus dicendi.

[30] **Cfr.** ***Ordin.,*** **Cap. III, Art. 1, § 3.**

Sic auditores ad amorem SS. Patrum excitabuntur ; eos adire et legere frequenter, intellegere et sensu suo gustare consuescent ; non modo sua studia perficient, sed haurient ex iis amorem veritatis et rationem defendendi catholicam fidem contra cuiusvis generis novitates et corruptelas ; discent quo studio, qua intellegentia, scientia, sapientia amplificandus sit religionis profectus in Ecclesia Christi, « ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio », hoc est « ut religionis dogma annis consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur aetate, incorruptum tamen illibatumque permaneat et universis partium suarum mensuris cunctisque quasi membris ac sensibus propriis plenum atque perfectum sit, quod nihil praeterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispendia, nullam definitionis sustineat varietatem ».[31]

Quaedam Scriptorum ecclesiasticorum et SS. Patrum opera hic indicantur, e quibus apti ad explicandum legendumque loci desumi possunt ; non tamen latinitatis christianae professor prohibetur alia scripta pro opportunitate seligere.

I. Theologia Fundamentalis

ATHENAGORAS, *Supplicatio pro Christianis.*

S. IUSTINUS **Martyr,** *Apologiae.*

EPISTOLA *ad Diognetum* **(praesertim cc. 5**-6).

TERTULLIANUS, *Apologeticus; De praescriptione haereticorum-; De Idololatria.*

S. CYPRIANUS, *De catholicae Ecclesiae unitate* **(praesertim cap.** IV) ; *Epistolae* **(praesertim ad Cornelium Papam).**

LACTANTIUS, *Divinae Institutiones.*

S. AUGUSTINUS, *De doctrina christiana* **(Lib.** II-III **: De exegesi biblica) ;** *De vera religione; De utilitate credendi; De consensu Evangelistarum; De symbolo ad catechumenos.*

S. LEO MAGNUS, *Epistolae.*

VINCENTIUS LERINENSIS, *Commonitorium.*

II. Theologia Dogmatica

1. *De Deo Uno et Trino.*

MINUCIUS FELIX, *Octavius,* **cap. 14-38.**

TERTULLIANUS, *Adversus Praœean.*

[31] **Vincentius Lerin., *Commonitorium,* c. 23.**

NOVATIANUS, *De Trinitate.*

S. HILARIUS **Pict.,** *De Trinitate* **(praesertim libri II-III).**

S. BASILIUS, *Tractatus de Spiritu Sancto.*

S. AMBROSIUS, *De fide,* **ad Gratianum;** *De Spiritu Sancto.*

S. AUGUSTINUS, *De Trinitate* **(praesertim lib. V).**

S. GREGORIUS NAZIANZ., *Sermones.*

S. Io. CHRYSOSTOMUS, *De incomprehensibilitate Dei.*

S. GREGORIUS NYSSENUS, *De Trinitate,* **ad Eustathium (agit praesertim de divinitate Spiritus Sancti).**

2. *De Deo Creante et Elevante.*

S. GREGORIUS NYSSENUS, *Liber de hominis opificio.*

S. AMBROSIUS, *Eexaemeron; De Paradiso.*

S. HIERONYMUS, *Dialogus adversus Pelagianos.*

S. AUGUSTINUS, *De Genesi contra Manichaeos; De Genesi ad litteram; De gratia Christi et de peccato originali.*

3. *De Verbo Incarnato.*

S. IGNATIUS ANTIOCH., *Epist,* **ad Ephes., ad Smyrn.**

TERTULLIANUS, *De carne Christi.*

S. AMBROSIUS, *De Incarnationis Dominicae sacramento.*

S. ATHANASIUS, *De Incarnatione Verbi.*

S. GREGORIUS NYSSENUS, *Oratio magna catechetica* **(cap.** 10-32).

S. AUGUSTINUS, *Contra sermonem Arianorum; In Ioannis Evangelium tractatus.*

CASSIANUS, *De Incarnatione Christi contra Nestorium.*

S. GREGORIUS MAGNUS, *Homiliae in Evangelia.*

S. HIERONYMUS, *Adversus Helvidium de perpetua virginitate B. Mariae.*

S. HIERONYMUS, *Epistolae.*

S. LEO MAGNUS, *Sermones.*

4. *De gratia et virtutibus.*

S. HIERONYMUS, *Epistolae.*

S. AUGUSTINUS, *De libero arbitrio; De fide rerum quae non videntur; De natura et gratia; De gratia Christi et de peccato originali. De gratia et libero arbitrio; De dono perseverantiae; Enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe et caritate.*

S. PROSPER AQUITANUS, *De gratia Dei et libero arbitrio liber contra Gollatorem.*

S. FULGENTIUS, *De fide ad Petrum liber.*

5. *De Sacramentis.*

TERTULLIANUS, *De Baptismo; De Paenitentia.*

S. CYPRIANUS, *De lapsis.*

S. CYRILLUS JEROSOL., *Catecheses.*

S. AMBROSIUS, *De Paenitentia; De Sacramentis, De Mysteriis.*

S. AUGUSTINUS, *De Baptismo.*

S. **Io.** CHRYSOSTOMUS, *Catecheses ad illuminandos; De Sacerdotio.*

6. *De Novissimis.*

TERTULLIANUS, *De carnis resurrectione; De anima.*

S. CYPRIANUS, *De mortalitate.*

LACTANTIUS, *Divinae Institutiones* **(liber** VII).

S. AMBROSIUS, *De bono mortis; De Iacob et vita beata.*

S. AUGUSTINUS, *De cura pro mortuis gerenda; De praedestinatione sanctorum; De dono perseverantiae; De Civitate Dei* **(lib.** XXII, **de caelesti beatitudine).**

III. Theologia Moralis et Pastoralis

CLEMENS ALEXANDRINUS, *Paedagogus.*

S. AMBROSIUS, *De officiis; De Virginibus.*

S. AUGUSTINUS, *Contra mendacium; De continentia; De bono coniugali; De moribus; Enchiridion* **(cap.** LXIV-LXX, **de peccatis).** *De catechizandis rudibus; Sermones; Confessiones.*

S. GREGORIUS M., *Moralia in Job; Liber Regulae pastoralis.*

An. et vol. LIV 18 lumi 1962 (Ser. HI, v. IV) - N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

S. MARIAE - PASSOFUNDENSIS
(VESTPHALENIANAE)

Ex quibusdam territoriis dioecesium S. Mariae et Passofundensis nova dioecesis conditur, « Vestphaleniana » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Haud parva sane laetitia animus Noster impletur, quotiescumque aliam ex alia in Ecclesia Dei dioecesim constituimus : quod quin Christifidelium coetui maxime prosit nemo est qui dubitet. Quandoquidem ideo venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, post auditos venerabiles Fratres provinciae ecclesiasticae Portalegrensis in Brasilia Ordinarios Praesules, in primisque Aloisium Victorem Sartori, Episcopum S. Mariae, et Claudium Colling, Episcopum Passofundensem, ab Apostolica hac Sede postulavit ut, partitis dioecesibus S. Mariae et Passofundensi, nova ecclesiastica circumscriptio ibi locorum conderetur, eiusdem precibus Nos accedendum esse censuimus. De sententia ideo venerabilium

Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacris Negotiis Consistorialibus sunt praepositi, deque apostolica Nostra potestate, eorum consensum supplentes, qui hac super re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi S. Mariae territoria separamus municipiorum, quorum vulgo nomina Frederico Westphalen, Campo Novo, Crissiumal, Humaitá, Irai, Palmeira das Missöes, Santo Augusto, Seberí, Tenente Portela, Tres Passos; a dioecesi autem Passofundensi municipia vulgo Constantina et Nonoai, atque ex iis novam dioecesim fundamus *Vestphalenianam* appellandam atque iisdem terminandam finibus ac civilia municipia simul sumpta, prout in praesens per civilem legem circumscribuntur. Novae dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Frederico Westphalen erit, episcopalis vero magisterii cathedra in curiali templo ibidem exstante, Deo in honorem S. Antonii Patavini sacro, quod ad cathedralis aedis dignitatem tollimus. Huic autem templo atque sacro Praesuli congrua iura facimus, impositis Episcopo obligationibus eius officii propriis. Conditam dioecesim Vestphalenianam suffraganeam constituimus metropolitanae Sedi Portalegrensi in Brasilia, eiusque Episcopum metropolitano iuri Archiepiscopi Portalegrensis obnoxium facimus. Mensam episcopalem, quam appellant, liberae fidelium collationes efficient, Curiae emolumenta atque congrua bonorum pars, quae ex praescripto canonis 1500 ei contingit. Episcopo Vestphaleniano maximae curae sit minus saltem Seminarium quam primum struendi, ad normas iuris communis peculiariumque Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus legum ; ad quod faciendum gravi obligatione tenetur. Cum autem eiusdem Seminarii alumni adoleverint, qui eorum acris ingenii eximiaeque sint pietatis Romam mittantur, in Pontificium scilicet Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Canonicorum Collegium condatur, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; permittimus tamen ut, quoadusque id constituatur, Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo assint, a munere sane cessaturi Canonicis constitutis. Ad regimen autem et administrationem dioecesis, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad idque genus alia, ea servanda iubemus quae Codex Iuris Canonici statuit. Item praescribimus ut, his Litteris ad effectum deductis, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri autem clerici ei, in qua legitimo degant domicilio. Documenta praeterea et acta, quae quovis modo ad novam dioecesim respiciant, volumus ut ex Curiis dioecesium S. Mariae et Passofundensis

ad eius Curiam mittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec denique mandata Nostra exsequenda curabit venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem memoravimus, facta potestate et alium delegandi virum, ecclesiastica dummodo dignitate praeditum. Si vero alius, tempore exsecutionis, in Brasiliae Foederatis Civitatibus Nuntius Apostolicus erit, hic mandata Nostra faciet. Qui autem rem perfecerit, onus habebit actae rei sincera exempla exarandi eaque, nomine subscripto sigilloque impresso, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIEBI
8. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 77.

II

NOVAE SEGOBIAE

(LAOAGENSIS)

Detractis ex archidioecesi Novae Segobiae quibusdam territoriis, nova dioecesis constituitur, « Laoagensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Novae Segobiae archidioecesis territorium, in Insulis Philippinis latissime patens, cum ad animorum bono aptius consulendum dividi oporteat, atque novam ex ea, tamquam germen ex germine, dioecesim constitui : quod quidem ut fieret venerabilis Prater Salvator Siino, Archiepiscopus titulo Pergensis et in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, post auditum venerabilem Fratrem Iacobum C. Sancho, Archiepiscopum Novae Segobiae, ab Apostolica hac Sede enixa prece petiit ; cumque hac super re sententiam rogaverimus venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, qui Sacris Consistorialibus Negotiis sunt praepositi, de apostolica Nostra auctoritate sequentia decernimus ac iubemus. Eorum omnium suppleto consensu, qui in hoc negotio aliquod ius vel habeant vel se praesumant habere, civilem provinciam vulgo Hocos Norte, intra fines exstantem septemtrionalis regionis insulae Luzon cognominatae, ab archidioecesi Novae Segobiae separamus atque ex ea novam dioecesim fundamus, *Laoagensem* appellandam iisdemque terminandam finibus, quibus in praesens civilis dicio, quam memoravimus. Sedem suam Episcopus in urbe vulgo Laoag ponet, cathedram vero in curiali templo ibidem exstante, Sancto Villelmo Eremitae sacro, quod ad gradum et dignitatem sacrae aedis cathedralis attollimus, cum privilegiis propriis. Episcopo etiam omnia iura facimus, iustas imponimus obligationes, quae episcopale munus comitantur. Conditam Laoagensem Ecclesiam suffraganeam constituimus metropolitanae Sedi Novae Segobiae, eiusque Episcopum metropolitano iuri Archiepiscopi Novae Segobiae obnoxium. Mensam episcopalem, quam appellant, liberae fide^-lium collationes efficient, cathedraticum, Curiae emolumenta atque congrua bonorum pars, quae ex praescripto canonis 1500 C. I. C. ei con-

tingit. Episcopi Laoagensis maxima cura sit minus saltem Seminarium quam primum struendi, ad normas iuris communis peculiariumque legum Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum autem eiusdem Seminarii alumni adoleverint, qui eorum acris ingenii eximiaeque sint pietatis Romam mittantur, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Quandiu vero Laoagensis Ecclesia suo Seminario carebit, sinimus ut qui ad sacerdotium vocentur in Novae Segobiae archidioecesis Seminarium mittantur. Ad Canonicos quod attinet, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas constituendos, permittimus ut, quoadusque constituantur, Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo assint, a munere sane cessaturi Canonicis constitutis. Ad regimen autem et administrationem dioecesis, ad Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem, ad idque genus alia, quae Codex Iuris Canonici praescribit religiose servanda iubemus. Item praescribimus ut, his Litteris ad effectum deductis, Ecclesiae illi sacerdotes censeantur addicti in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri clerici autem Seminariique tirones, ei, in qua legitimo domicilio degant. Documenta praeterea et acta, quae quovis modo ad conditam dioecesim respiciant, volumus ut ad eius Curiam ex archidioecesis Novae Segobiae Curia mittantur, in tabulario custodienda. Haec denique mandata Nostra exsequenda curabit venerabilis Frater Salvator Siino, cuius mentionem fecimus, facta potestate et alium virum delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui autem rem perfecerit onus habebit actae divisionis sincera exempla exarandi eaque, nomine subscripto sigilloque impresso, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die quinto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol CVI, n. 59.

III

KITEGAENSIS
(BURURIENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ex archidioecesi Kitegaënsi, nova dioecesis constituitur, « Bururiensis » cognominanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Candida Christi agmina quae in archidioecesi Kitegaënsi feliciter augentur, non auro quidem parta neque armis coacta, sed divina Spiritus Sancti virtute, in novae dioecesis formam redigere opportunum censuit Sacra Congregatio Christiano Nomini propagando. Quam ob rem, audito ante quid venerabilis Frater Gasto Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopus titulo Amidenus atque Apostolicus in Congo et Ruanda-Urundi Delegatus, hac de re sentiret, de Nostra apostolica auctoritate libenti animo ea quae sequuntur decernimus et iubemus. A territorio archidioecesis Kitegaënsis civiles provincias detrahimus quas vulgari sermone Bururi et Rutana appellant; quibus terris novam dioecesim condimus, a principe regionis urbe *Bururiensem* **cognominandam, ac Societati Missionariorum Africae concredendam, de Ecclesia bene meritae. Sedes novae circumscriptionis in urbe vulgo Bururi appellata erit, in qua domicilium et cathedram suae dignitatis Episcopus collocabit, factis tum Episcopo tum eius Ecclesiae iuribus et honoribus, oneribus et obli-**

gationibus impositis quae eiusdem gradus Sedes et Praesules iure comitantur. Statuimus insuper ut nova Ecclesia Bururiensis cum suo Antistite archiepiscopali Sedi Kitegaënsi suffraganea sit. Ad regimen quod attinet, item ad electionem Vicarii Capitularis Sede vacante, ad iura et obligationes cleri et populi, cetera eiusmodi, ea omnia serventur quae Codex Iuris Canonici statuit. Volumus praeterea ut simul ac Litterae Nostrae ad exitum deductae fuerint, omnia documenta et acta quae ad novam dioecesim respiciant, ad eius Curiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Gasto Mojaisky-Perrelli, quem diximus, exsequi studebit, vel per se ipse vel per alium, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re autem peracta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur. Quodsi alius eo tempore Delegationi Apostolicae in Congo et Ruanda-Urundi praesit, hic mandata Nostra persequatur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die sexto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

, IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol CVI, n. 61.

IV

KISANTUENSIS
(POPOKABAKAËNSIS)

Diviso territorio dioecesis Kisantuensis, nova dioecesis conditur « Popokabakaënsis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Sacrum Consilium christiano nomini propagando gravissimo Domini mandato *(Me.* **16, .15) obsecutum faciendum censuit, post auditum quidem venerabilem Fratrem Vedastum Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopum titulo Amidenum et Apostolicum in Congo et Ruanda-Urundi Delegatum, ut scilicet diviso dioecesis Kisantuensis territorio nova conderetur Ecclesia, laeto animo adprobamus atque summa Nostra auctoritate fieri iubemus; spes enim est ut animorum bono hoc feliciter cedat. A territorio igitur dioecesis Kisantuensis regiones distrahimus quae ad orientem fluminum Lubishi et Bombi cognominatorum exstant, easque in novae dioecesis formam redigimus,** *PopohabaJcaensis,* **ab urbe principe, nuncupandae. Huius Ecclesiae fines erunt cum flumina quae memoravimus, tum apostolica praefectura de Kenge, dioecesis Kikwitensis, et regio vulgo « Angola » cognominata. Decernimus insuper ut nova dioecesis metropolitanae Sedi Leopoldopolitanae sit obnoxia, atque Sodalibus Societatis Iesu concredatur, qui nullo labori parcent ut christianae fidei flamma in ea magis in dies collucescat. Sedi insuper eiusque sacris Praesulibus omnia iura facimus, onera et obligationes imponimus quae catholici orbis dioecesium earumque Pastorum sunt propria. Ceterum haec voluntatis Nostrae decreta exsequenda curabit venerabilis Frater Vedastus Mojaisky-Perrelli, quem diximus, vel ille qui, eo tempore quo ad effectum operis veniendum sit, Apostolicae Delegationi in Congo et Ruanda-Urundi praeerit, facta potestate et alium virum ad hoc delegandi, si opus sit, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui vero rem perfecerit onus habebit factae territorii divisionis novaeque dioecesis constitutionis documenta exarandi, eorumque fide digna exemplaria ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittendi.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effica-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo quarto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Francisco Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Victorius Bartoccetti, *Proton. Apost. a. i.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 89.

V

YAUNDENSIS

(MBALMAYOËNSIS)

Quibusdam territoriis detractis ab archidioecesi Yaundensi, nova dioecesis efficitur, « Mbalmayoënsis » cognominanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quemadmodum ex arbore nascitur arbor, et ex floribus laetissimi flores oriuntur, ita ex aliis aliae proficiscuntur dioeceses, eaeque tam frequentes ut iam universum terrarum orbem fausto omine paene stellave-

rint. Cui Ecclesiarum coronae novam hodie apponi placet Ecclesiam : cum enim in archidioecesi Yaundensi christiana fides magna ceperit incrementa, visum est Sacrae Congregationi Fidei Propagandae optimo fieri consilio, si ex ea nova excitaretur dioecesis : spem enim esse ut, si plurium labore regio eadem colatur, etiam fructus ingentiores percipi possint. Hanc autem Nos sententiam probantes, post scilicet auditos venerabiles Fratres Sergium Pignedoli, Archiepiscopum Sedis titulo Iconiensis atque in Africa Centrali-Occidentali Apostolicum Delegatum, et Renatum Graffin, Archiepiscopum Yaundensem, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Yaundensi territorium separamus, quod civiles regiones de Mbalmayo et de Akonolinga, ut populari lingua cognominant, complectitur, idque in novae dioecesis formam redigimus, *Mbalmayoënsis* appellandae, atque clero eius terrae proprio concredendae. Condita Sedes eiusque sacer Praesul erunt archidioecesi Yaundensi atque eiusdem Antistiti obnoxii tamquam suffraganei ; caput dioecesis urbs Mbalmayo erit, in qua civitate Episcopus cathedram figet suae auctoritatis, in templo videlicet B. M, V. a SS. Rosario, quod ad dignitatem aedis episcopalis attollimus, cum iuribus et honoribus debitis. Ad Canonicorum Collegium quod attinet, censemus ut quoad usque id condi non possit, Consultores dioecesani nominentur, qui Episcopo consilio et industria assint. Item, qua par est cura sacer Praesul Mbalmayoënsis Seminarium saltem minus constituat, pueris excipiendis, quos Sancti Spiritus adoranda voluntas ad sacerdotium vocaverit : sunt enim virides Ecclesiae sanctae spes. Mensam episcopalem collationes fidelium efficient, Curiae proventus, congrua pars bonorum, si qua sint, quae ad normam canonis 1500 C. I. C. novae Sedi obvenient. Ad regimen, administrationem dioecesis quod pertinet, ad electionem Vicarii Capitularis, sede vacante, ad hisque similia, leges Iuris Canonici serventur. His, postremo, Litteris ad effectum deductis, documenta atque acta quae ad dioecesim Mbalmayoënsem quovis modo respiciant, ea omnia ad eius curiam episcopalem mittantur, et in tabulario rerum religiosarum serventur. Ceterum, has Litteras Nostras venerabilis Frater Sergius Pignedoli, quem diximus, fieri studebit, sive per se ipse, sive per alium, quem existimaverit, factis ad rem necessariis facultatibus. Re vero acta, idem documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quodsi alius eo tempore eidem Delegationi Apostolicae praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose

serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Victorius Bartoccetti, *Proton. Apost. a. i.*

Loco ffi Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVI, n. 91.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo sub titulo « Immaculatae Conceptionis » principalis Patrona, Sanctus vero Ioannes Baptista secundarius Patronus dioeceseos Neo-Friburgensis constituuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantam Nobis Venerabilis Fratris Clementis Iosephi Caroli Isnard, Neo-Friburgensis Episcopi, epistula attulerit laetitiam, haud facile dicere possumus. Non enim ex ea unius

Episcopi vel aliquorum sacerdotum erga Beatam Virginem pietas elucet, verum etiam universi populi cui in nova dioecesi sedes ac domicilium est. Vetera ac nova inter se congruere ex illa epistula accepimus : ut in Brasilia, iam plurimos annos, Beatae Mariae Virginis ab origine Immaculatae cultus laetissime floret, eademque Virgo vulgari voce « de Aparecida » praecipua totius Brasiliensis gentis Patrona iamdiu consalutatur, ita — quod probe novimus — Neo-Friburgensis dioecesis, quamvis nuperrime condita sit, suis complectitur finibus tum multas paroecias quae mariali titulo ac nomine decorantur, tum regionem civitatemque quibus nomen « Conceiçao do Macabù » est. En igitur mentis oculis videmus, quibus peropportuna rogatio nitatur rationibus. Neque tamen Nos fugit quo consilio tutissimum Beatae Virginis praesidium comparetur : idcirco enim ab Ea, quae « cunctas haereses sola interemisse in universo mundo » cum vera laude praedicatur, auxilium petitur, ut Novatorum religiones aliaque asperrima animorum pericula reiciantur ac repellantur. Denique laetamur gratulamurque quod Sanctus Ioannes Baptista alter eligitur Patronus, cum Ecclesia Cathedralis Neo-Friburgensis Deo in eiusdem Sancti honorem sacra sit, aliisque quoque locis venerationem in dies ampliorem « Christi praeco » consequatur. Quapropter eiusdem Venerabilis Fratris preces, nomine quoque sacerdotum fideliumque relatas, libentissime excipiendas censemus atque ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem sub titulo ((Immaculatae Conceptionis », *principalem* **apud Deum dioeceseos Neo-Friburgensis** *Patronam,* **Sanctum vero Ioannem Baptistam** *minus principalem* **eiusdem dioeceseos coelestem** *Patronum,* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis sive praecipuis sive secundariis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III **mensis Iulii, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris templo Dominae Nostrae « de La-Vang », intra fines archidioecesis Huéensis in Vietnamia, conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Magno Nos solacio afficimur, cum mente revolvimus innumera pietatis marialis testimonia, quae in omnibus catholici orbis regionibus reperiuntur, quasi venustissimi flores in fertili agro religionis christianae. Terra quoque Vietnamiensis dulci floret amore et studio erga Beatam Virginem, suisque complectitur finibus, in oppido cui nomen « La-Vang » est, Templum, peregrinorum celebritate insigne totiusque nationis tamquam caeleste palladium ; Templum, dicimus, Dominae Nostrae v. d. « de La-Vang », quod Episcopi Vietnamiae Meridionalis, conventum habentes anno MCMLIX exeunte, « Templum suscepti ab universa Natione voti » appellare maluerunt. Aedis quippe Beatae Virgini praecipue dicandae consilium captum est, ut Eadem, validissimo suo patrocinio, Ecclesiae de hostibus triumphum fideique defensionem praestaret, ambobusque Vietnamiae partibus, feliciter coniunctis, libertatem largiretur. Quibus assequendis, sacram aedem, frequentia in dies maiore, populus christianus petet eamdemque ((domum orationis » habebit. Ibidem praeterea piissima Eucharisticae adorationis consuetudo ita inducetur et excitabitur, ut Iesu et Mariae cultus pari proficiant gradu. Tot de causis iidem Episcopi, sententiam quoque secuti Dilecti Filii Nostri Gregorii Petri S. R. E. Presb. Card. Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecti, Templum dignum duxerunt quod Basilicae honoribus augeretur, et per Venerabilem Fratrem Petrum M. Ngô-dinh-Thuc, Huéensem Archiepiscopum, suum optatum Nobis significaverunt. Nos autem, ut invictum christianorum Vietnamiensium fidem praemio congruo donemus animosque ad veram pietatem cohortemur, votum libentissime excipimus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Templum Dominae Nostrae ((de La-Vang », intra fines archidioeceseos Huéensis exstans, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus et decoramus, omnibus iuribus ac privilegiis adiectis, quae Templis hoc honore insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare

ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Augusti anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
f A. DELL'ACQUA, *Substitutus*

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Petrum Tit. SS.mae Trinitatis in Monte Pincio S. R. E. Presb. Cardinalem Gerlier, Archiepiscopum Lugdunensem, ob primum Missionalem ex omnibus nationibus Conventum, Lugduni celebrandum.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Gratulamur et gaudemus Lugdunum, honoris tui sedem, delectum esse, ut intra sua moenia primus Missionalis ex universis nationibus Conventus, proximo mense Maio, celebraretur. Cum istam nobilissimam Galliarum urbem saepe ac praesertim abhinc quadraginta annos Missionalis Operis a Propagatione Fidei causa invisimus, mirantibus oculis conspeximus, quantopere istic ad Regnum Christi amplificandum, ad sacras expeditiones provehendas flagraret studium et alacris navitas conferretur. Hoc certo contingit, quia incolae, catholicae fidei retinentissimi, nativa animorum liberalitate et amplitudine ad egregie pro Ecclesia agendum proclives sunt. Exempla et memoria maiorum laudandum hoc excitant studium. Monumenta enim christianae pietatis et vetusta decora, quibus ista civitas merito gloriatur, procul dubio causa sunt, cur huiusmodi mentium applicatio et propensio consistat, foveatur, crescat : invicta enim fortitudine et effuso cruore Vettii Apagathi, Attali, Blandinae et aliorum Sacrorum Martyrum adhuc ista urbs rutilât, et S. Pothini mitissimi et constantissimi, Sancti Irenaei doctrina et vita admirabilis, et S. Eucheri pastorali labore et vigilantia incliti collustratur

lumine, quod, priscae virtutis validum incitamentum, offuscari et intercidere nescit.

Peridonei istius felicitatem loci dilaudantes, inde facile nec fallaciter sumimus auspicium fore, ut, magnifico quodam et grandi afflante spiritu, uberi cum fructu Congressio peragatur, ad quam ex omnibus catholici orbis dioecesibus delegati et bene multi, quorum rei missionalis interest, ut spes affulget, incolae et peregrini confluent.

Huic tu, Dilecte Fili Noster, cuius diligentiam, eloquii copiam et rerum usum magni perpendimus, antistabis, et praesidendi munere tecum fungetur Gregorius Petrus S. R. E. Cardinalis Agagianian, Praefectus Sacri Consilii christiano nomini propagando, Nobis perquam carus, cuius Nos minime latent flagrans Evangelii amor, in prospiciendo prudentia, in conficiendo celeritas, in agendo prompta et generosa voluntas.

Quorsus Congressio spectet, hoc imprimis erit : cogitationes conferre, ut missionali apostolatui, cum mutata sint tempora, novae rationes novaeque viae patescant, ut Pontificium Opus a Propagatione Fidei et cetera supparis generis redintegratis viribus reflorescant. Quod quidem eniti et contendere ob id etiam quam maxime oportet, quia magno numero constitutae sunt in diversis locis dioeceses autochthonis cleri moderationi concreditae, quarum necessitatibus, ingenti quidem multiplicique pondere, Pontificium Opus a Propagatione Fidei praecipua cogens auxilia succurrit.

Nunc autem temporis, cum passim per orbem terrarum túrbida populos quassant et agitant, res prior potiorque est, ut sacrae expeditiones ad Evangelium gentibus advehendum praesentiorem vim explicent, nequaquam politicis terrestris utilitatis conexam condicionibus, sed Sanctae Ecclesiae, quae omnium Sanguine Christi redemptorum mater est, unice cooptantes sibi nomen et munus explentes. Ex eo etiam probe consequitur, ut Pontificia Missionalia Opera apte in singulis dioecesibus et nationibus constituenda, non disiunctis consiliis, in uno aliove aggrediendo molimine pecuniae summas disponant, sed supernaturali spiritu mota eo omnia referant, ubi potestatis caput et principium est. Multiplices autem formae sunt, quibus opitulandi sacris expeditionibus facultas datur et congruens fraterno amori modus exhibetur; scilicet precibus, piorum actuum mysticis hostiis, stipe et etiam missionalium coadiutorum actuosa praesentia, ubi pro Evangelii suscepta causa consudatur.

Hoc catholico studio et sensu missionalia incepta iuvandi praestitit

sane Maria Paulina Jaricot, cuius vividior repraesentanda est hoc anno memoria : primum enim revolutum celebratur saeculum, ex quo e terrestri vita migravit. Inditae virginis, Lugduni floris nitidissimi, Gallicae gentis decoris eximii, pro merito pia recolenda sunt gesta. Bona indole et versatili praedita ingenio, ad multas inceptiones, quas christiana caritas suaderet, nisus et curas convertit : praeter alia praesago novae aetatis contuitu etiam ad miseram opificum allevandam condicionem sollicitudines et lacrimas impendit. Verumtamen in Opere a Propagatione Fidei condendo quam maxime eius mentis perspicacitas eluxit, magnanima eius praestitit voluntas.

Quod quidem Opus ipsa cogitavit, ipsa intra se formavit et apta temperatione expressit. Inde illud natura consecutum est, ut Generale Consilium eiusdem Operis Lugduni constitueretur. Cui postea Lutetiae Parisiorum alterum adiectum est Consilium, cum corrogatam in variis Europae regionibus stipem aeque destinare ac distribuere oporteret. Praeclaro igitur vigilique afflatui spirituique Mariae Paulinae Jaricot profecto tribuendum est, quod Opus ab ipsa conditum ad catholicae dignitatis utilitatisque fastigium iam ab ortu suo dispositum haberetur. Neque spem eventus fefellit. Namque Litteris motu proprio a fel. rec. Decessore Nostro Pio XI die III mensis Maii anno MCMXXII datis, verbis « Romanorum Pontificum » incipientibus, id, Pontificium effectum, sedem principem nactum est Romae apud S. Petri Cathedram, cuius officii praecipuum caput est christianam fidem per totum terrarum orbem proferre. Quapropter quantum Mariae Paulinae Jaricot laudis praeconium datur, quod universalis christifidelium missionalis apostolatus, inaestimabilis bonorum fons, a nisu studioque ipsius duxit principium. Quod tantam ad rem pertinet, dato hoc loco, Decessorum Nostrorum confirmantes vota, palam monemus hortamurque — sunto paterna optata filiis amantibus amabilia quasi praecepta — ut omnes christifideles sese in Pontificium Opus a Propagatione Fidei certatim ascribant, sub glorioso vexillo bonum certamen certantes, quo pro collato sibi fidei celsissimo dono, eandem sancte evulgantes, Deo perquam acceptas gratias persolvant.

Addecet igitur his laude dignis propositis, addecet, ut cumprimis in Congressionis celebritatibus et coetibus Lugdunensis inclita virgo profuturo et honorabili recolatur obsequio. Exstimulabit profecto ea mentium aciem, navitatum conatus, ut cotidie magis idonea comparentur auxilia, ad missionalia incepta conf o venda. Haec nempe flagrantissimae in Deum et homines caritatis perspicuum documentum et insigne sunt.

Nam ut imbuatur Evangelio mundus et Ecclesiae fines dilatentur, Dei poscit gloria, flagitat, qua nulla alia maior, hominum felicitas, ut Irenaeus vester splendidis verbis significavit : « Ubi Ecclesia, ibi est Spiritus Dei : et ubi Spiritus Dei, illic Ecclesia et omnis gratia ; Spiritus autem veritas est».[1]

Haec postquam hortati sumus, enixis votis percupimus, ut Missionalis ex universis gentibus Conventus Lugduni agendus pares exspectationi exitus sortiatur, atque ut hi, caelesti invocato auxilio, in spe optima ponantur, tibi, Dilecte Fili Noster, et Cardinali Praefecto Sacri Consilii christiano nomini propagando et cunctis iis, qui Congressioni intererunt, iis nominatim, qui eam sollerter praeparant, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xx mensis Martii anno MCMLXii, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

II

Ad Rev.mum P. Otmarum Degrijse, Congregationis Immaculati Cordis Mariae Moderatorem Generalem, primo saeculo volvente ex quo eadem Congregatio condita est.

Gratiarum actio, caritatis canticum novum, exsultationis et laetitiae cum piae mentis obsequio rite persolvenda sunt Deo a te, dilecte fili, et a sodalibus tuis, cum mox istic centum impleti celebrabuntur anni, postquam Congregatio vestra ab Immaculato Corde Mariae condita est.

His libenter laudes et vota Nostra interserimus, cum religiosam familiam, cui praees, iure merito prosequamur existimatione optima et praecipua benevolentia, quam quidem nunc aperto testimonio declarare avemus et cupimus.

Insuetam sane admirationem inicit praeteritarum rerum decursum spectantibus incrementum, quod Theophili Verbist, legiferi patris vestri* inceptio suscepit.

Ab ipso enim iactum semen in proceram fructibusque onustam arborera se fudit, quae salutis ferax multas dissitasque gentes inumbravit vel inumbrat : namque Sinae, Gongus, Philippinae Insulae, Foederatae Americae Civitates, Indonesia, Haitia, Dominiciana Respublica, Iapo-

[1] Adv. haeres, 3, 24, 1.

nia, Guatemalia, Insula Formosa, Hong Kong, Malaja, hae praesertim regiones et urbes fruitae sunt veritatis luce, caelestis gratiae thesauris, sacro ministerio Evangelii praeconum, qui numero et virtute spectabiles, divites fidei, spe alacres quemadmodum et alii missionales istinc profecti sunt. Laus tot viris, fortitudine et generosa indole praeditis, qui ut evangelicae albescerent messes consudarunt : « quam pulchri super montes pedes adnuntiantis et praedicantis pacem, adnuntiantis bonum, praedicantis salutem, dicentis Sion : regnabit Deus tuus)).[1] Haud defuerunt profecto in iis, qui pro praeclara a se suscepta causa dura passi sunt : ((Alii vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres » :[2] quin etiam nonnulli effuso cruore terrestrem vitam glorioso fine sacrarunt.

Quae aspera discrimina rerum non minuunt, sed potius, meritorum auctu et exemplorum nitore, augent et solidant vestrum magnanimae virtutis robur, cum ad audenda et exspectanda maiora vires exstimulent. In evangelico agro sudor et sanguis fortium magni aestimandus ros est, qui glaebas fecundat, feliciorum eventuum haud fallacis spei pignus est praesentissimum.

Dum haec praesaga prospicimus mente, ac praesertim dum flagrantia vota facimus, ut ad Sinarum evangelicum agrum vestris laboribus exercitum, a quo tristes vos depulerunt eventus, revertamini, ubi ad Christi regnum amplificandum a vobis tantum operis et studii positum est, cuncta prospera, felicia, salutaria ab omnium bonorum Largitore, religioso Instituto ab Immaculato Corde Mariae invocamus, ut eius ope magis magisque sermo Dei currat et clarificetur.[3] Tibi autem, dilecte fili et missionalibus sodalibus tuis, enixum admoventes hortatum, ut materno praedulci nomine honestati, id, quo appellamini, verius et plenius cotidie sitis, quodam modo Cor Mariae, cor Ecclesiae intra pectoris claustra gerentes, christianae subolis diligentissimum, de incrementis commissae vobis praecelsae operae in exemplum sollicitum, Apostolicam Benedictionem vobis, iis qui laude digna molimina vestra utcumque fovent, et universis iis, qui saecularibus sollemnibus ortus vestri recolendi causa agendis intererunt, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvn mensis Martii anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

[1] *Is.* 52, 7.
[2] *Hebr.* 11, 36.
[3] Cfr. *2 Thess.* 3, 1.

III

Ad E.mum P. D. Carolum Mariam Tit. S. Mariae in Aquiro S. R. E. Presb. Cardinalem de la Torre, Archiepiscopum Quitensem, quinquagesimo a suscepto episcopatu exeunte anno.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laeti laetum nuntium accepimus : quinquagesimam propediem anniversariam celebrabis memoriam illius diei semper tibi recolendi, quo Episcopus consecratus es, a Sanctissimo Decessore Nostro Pio X huius nominationis nactus honorem. Quemadmodum tam felicis eventus ratio poscit, clerus populusque archidioecesis Quitensis festivi et gratulabundi te, sollertem sacrum pastorem, circumstabunt, atque certatim Deo tecum gratiarum actiones persolvent, propterea quod longum a te emensum vitae spatium munifica largitate supernis donis conspersit.

Quae pia gaudia ut spirituali quadam praesentia Nostra adaugeamus, tibi, Dilecte Fili Noster, hasce Litteras libenter mittimus, per quas tibi de fructuosa vitae usura et de sacro munere alacriter gesto gratulamur, dum flagrantia vota, quaecumque sunt salutaria, optabilia, fausta adprecantia, imo e pectore promimus.

Peractos reminisci labores in iis dioecesibus, quae moderationi tuae commissae sunt et inde opimum fructum, qui, caelesti favente gratia, maturuit, suave tibi procul dubio erit. Enimvero in Lojana, Rivibambensi, Guayaquilensi ecclesiasticis ditionibus ac nunc in Quitensi archidioecesi, cui iam diu praees, pietatis, diligentiae, industriae praeclara dedisti specimina. Tua praecipua laus est quod ipse, doctrinae varia supellectile et eloquentiae copia praeditus, christianis veritatibus et praeceptis Christi oves, quibus salutaria pascua comparas, erudivisti, quod sacrosancta Ecclesiae iura strenue tutatus es, et Actionem catholicam et socialem provexisti.

Tua fuit apprime spectabilis cura, ut probe et apte adulescentes instituerentur. Scholas et ephebea catholica patere istic iussisti, et ista in urbe, Equatorianae Reipublicae capite, Catholicam studiorum Universitatem condidisti, in qua quidem ut rei religiosae et rei civilis emolumentum et decus magis magisque progrediantur, fulgentissimum spei sidus collucet.

Dato hoc memorandi eventus tempore, a Deo solacia et auxilia praesentissima supplicibus votis tibi deposcimus ut maiori usque profectui

gregis tui prospiciens recta semper mediteris, salutaria fidenti erectoque animo perficias, et ideo novis meritis abunde diteris.

Ut autem quinquagesimus episcopatus tui natalis uberiore spirituali fructu sit, id tibi facultatis facimus, ut, postquam sollemni ritu sacris operatus fueris, Nostro nomine Nostraque auctoritate adstantibus christifidelibus benedicas, Indulgentia plenaria rite proposita. Tibi denique, Venerabilis Frater, sollerti Antistiti Auxiliari tuo, gregique universo, cui sacer pastor consulis, Apostolicam Benedictionem, praecipuae caritatis Nostrae pignus, peramanter impertimus. « Oboedientia et pax » evangelicae sapientiae plena verba, quae tui stemmatis figura aeque olim ac in Nostro insculpta collucent, fragrantia exprimunt vota, quae hac peculiari Apostolica Benedictione confirmantur, verae felicitatis tibi tutissimum iter.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, die v mensis Aprilis anno MCMLXii, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

IV

Ad Rev.mum P. Basilium M. Heiser, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Moderatorem Generalem, undevicesimo volvente saeculo ex quo S. Iacobus Minor Ap. glorioso martyrio cursum vitae consummavit.

ÍOANNES PP. XXIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Apostolorum choro intersertum sidus, praecipuis collucens splendoribus, Sanctus Iacobus Minor, hoc, qui decurrit anno, iure merito christifidelium impensiora in se pietatis studia et publici honoris amantiora ad se convertet obsequia: namque undeviginti explentur saecula, ex quo, illustri coronatus martyrio, e terrestri vita ad caelum migravit.

Laudamus ac probamus consilium quod tu, dilecte fili, sodalesque tui festis ritibus et coetibus huiusmodi saecularia celebrandi sollemnia inivistis, rectissima quidem moti ratione : enimvero urbana Basilica Sanctorum Apostolorum, apud religiosae familiae vestrae domum principem, S. Iacobo Minori et S. Philippe a Decessore Nostro Ioanne III dicata, tanti viri nomine et memoriis venerabilis, natura sua exposcit, ut ibi huiusmodi commemorationis primae obeantur partes. Quod quidem et Nostrae huic Urbi et Ecclesiae universae prospere cedet, cum

Sanctorum Apostolorum munimine, praesidio, lumine in praesentiarum, magnum cum instat eventum, scilicet Oecumenicum Concilium Vaticanum secundum, summopere opus esse probe planeque videatur.

Ad rem valide id pertinet, ut anniversaria huiusmodi recurrente celebritate, de Sanctissimo Apostolo christianus populus fusius edoceatur, et ideo vita inclita, spectandae res gestae, praeclarus mortis triumphus huius Christi discipuli, de quo sive e Sacris Scripturis, sive e priscae antiquitatis monumentis complura posteris tradita sunt, aperto in lumine collocentur.

Verumtamen quam plurimum ex re erit, ut ex ea, quam Iacobus catholica scripsit epistula, locupletissima christianae doctrinae morumque disciplinae, documenta hauriantur, et in ea meditationes commentationesque deligantur ; licet sane illinc percipere quasi sonum sublimis Dei,[1] ut nobis in recte sen tiendo norma eniteat et perfectae virtutis excelsa forma constituatur et prostet. Caelesti prorsus lingua sanctissimus Alphaei et Mariae filius praeter alia nos docet fidem sine operibus mortuam putari, operum autem feracem consummari.

Cum Sancto Iacobo Minori exhibendis obsequiis addecere optamus, ut excolenda memoria Sancti Philippi Apostoli, ob adnexum in eodem vestro templo cultum, cohaereat, immo et omnium Apostolorum honestas, dignitas, gloria consono in honore ponantur atque eorum, conspirans votis, patrocinium auxiliumque invocentur. Nempe ii sunt « Ecclesiarum principes / Belli triumphales duces / Caelestis aulae milites / Et vera mundi lumina ».[2] Novistis sane ex Oecumenico Concilio, quod indiximus et mox celebrabimus, huic aetati magnam affulgere spem, et ob id positum iri operam, ut spiritualis renovationis quasi floridum ver explicetur. Quod feliciter continget, si apostolica fides, pro qua oravit Patrem Christus, sana et pura, splendida et actuosa, et ab insidiis domi forisque coortis tuta, mentes moresque rexerit.

Deprecantibus igitur Iacobo et Philippo, ceterisque Apostolis in vota vocatis, Pater luminum, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum,[3] in proxime sacrosanctam agendam Synodum largitatem supernorum donorum effundat, ut Ecclesia, nova collustrata luce, virtute nova communita, materna salutis munera humano generi, turbidis sedatis procellis, praesentissima conferat.

Haec imo e pectore ominati, tibi, dilecte fili, sodalibusque tuis et

[1] **Cfr. *Ezech.* 1, 24.**

[2] **Ex Breviario Romano, in festo Apostolorum hymnus ad Matut.**

[3] **Cfr. *loc.* 1, 17.**

13 novembre » Monsig. Hoefer Giuseppe (Paderborn).
10 febbraio 1962. Monsig. Leroux Eugenio (Liége).
26 •» » Monsig. Lallement Renato (Reims).
3 marzo » Monsig. Corti Giuseppe (Rosario).

2 aprile 1962. Monsig. Masucci Beniamino (Nola).
24 » » Monsig. Picco Giovanni (Vercelli).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 aprile 1962. L'Illmo e Revmo Monsig. Violardo Giacomo, *Segretario della Pontificia Commissione per r Interpretazione Autentica del Codice di Diritto Canonico.*
» » » Il Revmo Padre Faltin Daniele, dei Frati Minori Conventuali, *Assistente della Pontificia Commissione per la Redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*
12 » » I Revmi Padri Said Marco, dei Frati Predicatori, e Gordon Ignazio, della Compagnia di Gesù, *Consultori della Sacra Congregazione Concistoriale.*
16 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Cento Fernando e Testa Gustavo, *Memori della Sacra Congregazione Concistoriale.*
» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ferretto Giuseppe, *Membro della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

22 agosto 1959. S. E. Revma Monsig. Almarca Hernández Luigi, Vescovo di León.

Prelati Domestici di Sua Santità:

29 agosto 1959. Monsig. Eerleveo Giovanni (Saint-Brieuc).
16 settembre 1960. Monsig. Angarita Pardo Giorgio (Bogotá).
)> » » Monsig. Niño Luigi Maria (Bogotá).
» » » Monsig. Romero Marco Germano (Bogotá).
» » » Monsig. Vargas Umana Carlo (Bogotá).
17 ottobre 1961. Monsig. Khalil Luigi (Antiochia dei Maroniti).
20 » » Monsig. Kline Roberto J. (Scranton).
28 » » Monsig. Boland Edoardo P. (Providence).
» » » Monsig. Carlin Leone H. (Providence).
» » » Monsig. Cox Giovanni F. (Providence).
» » » Monsig. Fitzpatrick Edoardo F. (Providence).
» » » Monsig. Greene Giacomo V. (Providence).
» » » Monsig. Me Kitchen Guglielmo (Providence).
» » » Monsig. Paquin Omer E. (Providence).

28 ottobre	1961.	Monsig.	Rocha Enrico (Providence).
» »	»	Monsig.	Tully Giovanni J. (Providence).
25 novembre	»	Monsig.	Oronin Giacomo Vincenzo (Boston).
» . »	»	Monsig.	Dewey Carlo Francesco (Boston).
» »	»	Monsig.	Finnegan Tommaso Giuseppe (Boston).
» »	»	Monsig.	Long Guglielmo A. (Boston).
» »	»	Monsig.	McShea Giovanni Giuseppe (Boston).
» »	»	Monsig.	Fallón Tommaso Pietro (Boston).
8 dicembre	»	Monsig.	Schindler Pietro (Köbenhavn).
30 »	»	Monsig.	Barrett Giovanni (Cork e Ross).
13 gennaio	1962.	Monsig.	Zapata Guerrero Porfirio (León in Nicaragua).
» »	»	Monsig.	Ruiz Castillo Abele (León in Nicaragua).
» »	»	Monsig.	Andará Corea Apollonio (León in Nicaragua).
20 »	»	Monsig.	Quaresima Giuseppe (Trento).
3 febbraio	»	Monsig.	Lucasz Vincenzo Ilario (Nagpur).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

16 dicembre	1960.	Monsig.	Schubert Guglielmo (Säo Sebastiäo do Rio de Janeiro).
13 gennaio	1962.	Monsig.	Carvajal Rocha Antonio (León in Nicaragua).
» »	»	Monsig.	Zapata Sáenz Germano (León in Nicaragua).
» »	»	Monsig.	Dolzan Massimiliano (Padova).
» »	»	Monsig.	Pignatiello Luigi (Napoli).
20 »	»	Monsig.	Ferretti Evelino (Camerino).
3 febbraio	»	Monsig.	Kanjuparambil Zaccaria (Nagpur).
» »	»	Monsig.	Toscano Macario (Nagpur).
9))	»	Monsig.	Buonomo Salvatore (Gaeta).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

13 gennaio	1962.	Monsig.	De Bonis Donato (Acerenza).
9 febbraio	»	Monsig.	Fiore Luigi (Gaeta).

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità :

13 gennaio 1962. Il sig. Bonatti Pietro (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici; il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

II Collare dell'Ordine Piano :

10 aprile 1962. A S. E. il Dott. Yameogo Maurizio, Presidente della Repubblica dell'Alto Volta.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

31 marzo 1962. A S. E. il sig. Mac Entee Giovanni *(Irlanda).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 luglio 1961. Al sig. Orth Edoardo *(Germania).*
10 marzo 1962. Al sig. Verdross de Drossberg (Vienna),
2 aprile » Al sig. Oiampini Davide (Ascoli Piceno).
10 » » Al sig. Crescente Cesare (Padova).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano :

20 ottobre 1961. Al sig. Hart Luca E. (Saint Louis).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

28 ottobre 1961. Al sig. Condón Francesco B. (Providence).
» » » Al sig. Mirando Felice A. (Providence).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23 dicembre 1961. Al sig. Leclef Maurizio (Malines-Bruxelles).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

20 settembre 1961. Al sig. Gutiérrez Valentino (Azul).
7 ottobre » Al sig. Muñoz Drake Giovanni Francesco (La Piata).
» » » Al sig. Fernández Vittore Emanuele (La Piata).
28 » » Al sig. Cholmondeley Ugo (Fréjus-Toulon).
» » » Al sig. Montanari di Pradello Carlo (Fréjus-Toulon).
17 novembre » Al sig. Michaux Leone (Paris).
» » » Al sig. Vinchon Maria Carlo (Paris).
» » » Al sig. Jamain Bernardo (Paris).
» » » Al sig. Montassut Marcello (Paris).
» » » Al sig. Taittinger Pietro (Paris).
15 dicembre » Al sig. Charron Edmondo (Lille).
» » » Al sig. Laratte Alfredo G. M. (Beauvais).
23. » » Al sig. Reyntjens Roberto Carlo Gastone (Gand).
» » » Al sig. Brusoni Alfredo (Lodi).
13 gennaio 1962. Al sig. Stackler Renato (Rouen).
» Al Sig. Valsesia Giuseppe (Milano).
17 Al sig. Castegnaro Giovanni (Vicenza).
» Al sig. Michelon Mario (Vicenza).
» Al sig. Cabianca Egidio (Vicenza).
» Al sig. DolPArmellma Michelangelo (Vicenza).
27 Al sig. Morganti Camillo (Veroli-Frosinone).

27 gennaio	1962.	Al sig.	**Bonvoisin Pietro (Malines-Bruxelles).**
»	»	Al sig.	**De Jong Marino (Malines-Bruxelles).**
3 febbraio	»	Al sig.	**Mcolini Luigi (Padova).**
»	»	Al sig.	**Du Chaliot Santi (Trapani).**
»	»	Al sig.	**Terranova Gaetano (Trapani).**
13	»	Al sig.	**Ciragan Ertugrul** *{Turchia).*
17	»	Al sig.	**Clarke Giovanni W. (Chicago).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile

28 ottobre	1961.	A:	**Abood Giuseppe (Providence).**
	»	A:	**Hamilton Giacomo (Providence).**
	»	A	**Laureili Roberto (Providence).**
	»	A:	**McLaughlin Giovanni (Providence).**
	«	A:	**Murphy Giuseppe (Providence).**
	»	A:	**Myrick Giovanni C. (Providence).**
		A	**Ryan Vincenzo (Providence).**
		A:	**Reynolds Walter (Providence).**
		A:	**Sullivan Allyn F. (Providence).**
25 novembre		A:	**Demedts Andrea (Bruges).**
		A	**Dufour Eugenio (Avignon).**
15 dicembre		A	**Clement Marco M. G. B. (Fréjus e Tolone).**
		A:	**Delattre Antonio (Lille).**
» »		A:	**Douvrain Leone (Lille).**
23 »		A	**Le Grelle Andrea (Malines-Bruxelles).**
» »		A	**Reynen Vittore (Malines-Bruxelles).**
» »		A	**Van Hamme Giuseppe (Malines-Bruxelles).**
17 gennaio	1962,	A	**Marzot Virgilio (Vicenza).**
» »	»	A;	**Giuliari Angelo (Vicenza).**
»))	»	A:	**Bertoldo Sandro (Vicenza).** ,
27 »	»	A:	**Hendrickx Leone (Malines-Bruxelles).**

NECROLOGIO

15 maggio	1962.	**Monsig. Canino Nicola, Vescovo tit. di Aureliopoli di Asia.**
18 »	»	**Monsig. Groshenry Louis Ephrem, Vescovo tit. di Boreo.**
19 »	»	**Monsig. Meletijew Paolo, Vescovo tit. di Eracleopoli maggiore.**
1 giugno	»	**Monsig. Darnand Ioseph, Vescovo tit. di Polemonio.**
4 »	»	**Monsig. Misuraca Giuseppe, Arcivescovo tit. di Cesarea di Cappadocia.**
8 »	»	**Monsig. Blanc Joseph Felix, Vescovo tit. di Dibon.**
15 »	»	**Monsig. Baziak Eugeniusz, Arcivescovo di Leopoli dei , Latini.**

An. et vol. LIV 7 lutti 1962 (Ser. HI, v. IV) - N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

GALERUS RÜBRÜS PATRIBUS CARDINALIBUS IMPONITUR TITULIQUE ADSIGNANTUR

Feria v, die xxiv mensis Maii anno MCMLXII, **Summus Pontifex sueto ritu Galerum rubrum Pontificalem imposuit Emis ac Revmis DD. Cardinalibus** IOANNI PANICO **et** HILDEBRANDO ANTONIUTTI, **in Consistorio secreto die xix mensis Martii vertentis anni creatis.**

Subinde Beatissimus Pater iisdem Emis Patribus anulos tradidit singulisque adsignavit :

IOANNI PANICO, *Titulum S. Teresiae.*

HILDEBRANDO ANTONIUTTI, *Titulum S. Sebastiani ad Catacumbas.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MANAËNSIS - PORTUS VETERIS
(HUMAYTANENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesiis Manaënsi et Portus Veteris, nova quaedam Praelatura efficitur, « Humaytanensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fertile Evangelii semen, quod Christus Dei Filius adorandus, brevi providit arborem esse futuram, patulam atque umbrosam volatilium domum, (Cfr. *Mt.* 13, 31-32), ita comam extulit in auras ut iam omnes terrae partes fere occupaverit. Quod considerantes, laeto sane animo id excepimus quod venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Foederatis Brasiliae Civitatibus Apostolicus Nuntius, proposuit, ut, videlicet, divisis territoriis Ecclesiarum Manaënsis et Portus Veteris, novam ibi loci Praelaturam nullius excitaremus : per hoc enim fieri ut novus penderet ab Evangelica arbore ramus, onustus, spes est, laetissimis fructibus. Haec cum ita sint, auditis venerabilibus Fratribus Ioanne de Sousa Lima, Archiepiscopo Manaënsi, et Ioanne Baptista Costa, Episcopo titulo Scilitano atque Praelato nullius Portus Veteris, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, de Nostra suprema auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Manaënsi territorium separamus municipii quod populus Manicoré cognominat, prout lege civili circumscribitur; item territorium, ad eam archidioecesim pertinens, cuius nomen apud vulgus est Humaitá ; a Praelatura vero nullius Portus Veteris reliquam partem detrahimus eiusdem territorii Humaitá, quod hactenus eiusdem Praelaturae proprium fuit. Ex his autem territoriis omnibus novam Praelaturam condimus, *Humaytanensem* appellandam, iisdem limitibus cingendam atque regionum, seu municipiorum, e quibus coalescit, ut sunt lege civili determinata. Novae Praelaturae caput urbs Humaitá erit, in qua Praelatus domicilium suum collocabit, cathedram-

que ponet, in templo videlicet B. M. V. sine labe Conceptae, quod nempe ad dignitatem templi praelaticii evehimus, cum debitis iuribus et privilegiis. Censemus praeterea ut eadem Ecclesia sit Manaënsi Sedi suffraganea, sic ut eius Antistes erit Metropolitae eiusdem archidioecesis subiectus et obnoxius. Curabit autem venerabilis Frater, cui nova Praelatura continget gubernanda, ut Seminarium saltem elementarium struat pueris excipiendis quos Deus ad sacerdotii munera vocaverit, ad leges scilicet iuris communis et iuxta regulas Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes adoleverint, ii qui optimi fuerint Bomam mittantur, ut in Urbe sacra Philosophia atque Theologia imbuantur, in Pontificio Collegio Piano Latino Brasiliano. Mensam praelaticiam efficient : Curiae proventus, fidelium christianorum collationes, bonorum pars quae ad novam Ecclesiam pertinebunt, ad normam canonis 1500 C. I. C. De clero id statuimus ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes qui in Praelaturae territorio beneficium vel officium habeant, eidem ascribantur; item ii clerici, qui in ea legitimo domicilio degant. Documenta denique et acta quae modo constitutam circumscriptionem respiciunt, vel eius cives, ad eius Curiam mittantur, ibidemque religiosa diligentia custodiantur. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae eius cura qui ad praesens Apostolicae Nuntiaturae in Brasilia praeest, vel eius quem ipse delegaverit, ad effectum deducantur, factis ad hanc rem necessariis facultatibus. Cum vero res acta fuerit, idem documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore, quo negotium perfici debet, eidem Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra exsequetur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. GONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVII, n. 16.

II
UBERABENSIS
(FERTILIENSIS)

Detractis a dioecesi Uberabensi territoriis, nova dioecesis conditur, « Fertiliensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animorum societas Ecclesia atque supernorum bonorum benignissimus fons, sacro sui Auctoris consilio certis definitisque indiget institutis quibus, veluti signis, hominum oculis cernatur in terris divinaeque Redemptionis opus in gentibus propagetur. Quam ob rem cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi atque in Foederatis Brasiliae Civitatibus Apostolicus Nuntius, consilio audito venerabilis Fratris Alexandri Gonealves do Amaral, Episcopi Uberabensis, ab hac Romana Sede petierit ut, quodam territorio separato ab Uberabensi dioecesi, nova excitaretur Ecclesia, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Consistorialibus praepositorum, atque Nostra apostolica auctoritate haec decernimus ac iubemus. A dioecesi Uberabensi territorium separamus municipiorum vulgo cognominatorum Uberlândia, Araguarí, Canápolis, Capinópolis, Cascalho Rico, Centralina, Estrêla do Sul, Indianópolis, Ituiutaba, Monte Alegre de Minas, Santa Vitoria, Tupaciguara, ex iis-

que novam dioecesim condimus, cuius erit nomen *Fertiliensis,* cuiusque erunt fines iidem ac municipiorum, quae diximus, prout nunc lege civili terminantur. Ecclesiam quam condidimus suffraganeam facimus Sedi Bellohorizontinae, cuius metropolitanae iurisdictioni sacer Fertiliensis Antistes erit obnoxius. Caput novae dioecesis erit urbs TJberlândia, in qua Episcopus commorabitur, cathedra episcopalis magisterii in templo curiali S. Theresiae a Iesu Infante collocata, quod ad dignitatem cathedralis aedis attollimus, cum debitis iuribus et honoribus. Curet etiam sacer Antistes ut Canonicorum Collegium condatur, qui Episcopo consilio et ope assint ; interim tamen Praesul Consultores dioecesanos legat, a suo munere cessaturos cum Canonici fuerint constituti. Episcopalis mensa, quam vocant, efficietur : Curiae proventibus, fidelium collationibus, dote a civili Gubernio danda, atque ea bonorum parte quae Sedi Fertiliensi obveniet iuxta canonis 15QÒ C. I. C. praescriptum. Ad regimen administrationemque conditae Ecclesiae quod attinet, normae serventur quas Ius Canonicum statuit; item ad electionem Vicarii Capitularis quod attinet, hisce similia. Suum esse Episcopus ducat Seminarium saltem minus constituere, ad leges iuris communis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus normas, pueris recipiendis qui ad sacerdotium vocantur. Cum vero iidem eo adoleverint ut philosophicis ac theologicis disciplinis incumbere debeant, qui meliores fuerint Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum. Censemus praeterea ut vix ac hae Litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri vero clerici et Seminarii tirones ei in qua legitime degant. Acta denique et documenta ad novam dioecesim respicientia vel ad eius sacerdotes et cives, cito ad eius Curiam episcopalem mittantur, inque rerum religiosarum tabulario serventur. Ceterum haec Nostra decreta venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem diximus, ad effectum adducet, vel quem ille delegaverit, factis scilicet necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Quod si alius eo tempore ei Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum eficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis,

quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Ap. Cam. tab., vol. CVII, n. 31}.

III
ALAIUELENSIS
(PLUVIENSIS)

A dioecesi Alaiuelensi, in Costaricensi Republica, quibusdam detractis territoriis, nova efficitur dioecesis « Pluviensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui aeque ac Sanctus Petrus ideo ad summum Christi Ecclesiae regimen vocati sumus ut fidelium multitudinem pasceremus eorumque utilitatibus inserviremus, ad id etiam spectandum censemus ut singularum dioecesium fines ita describantur ut amplior fiat populis opportunitas christianae fidei ac pietatis officiis fungendi. Cum ergo venerabilis Frater Ianuarius Verolino, Archiepiscopus titulo Corinthiensis et

in Republica Costaricensi Apostolicus Nuntius, ab hac Romana Sede petierit ut, peramplo Alaiuelensis dioecesis partito territorio, nova ibi locorum cathedralis Sedes excitaretur, Nos, post auditos venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, qui Sacris Consistorialibus Negotiis sunt praepositi, atque venerabilem Fratrem Ioannem Vincentium Solis Fernández, Episcopum Alaiuelensem, id censentes congrue fieri, admotis precibus concedendum esse arbitrati sumus. Qua de re eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquod ius habeant vel se putent habere, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. Ab Alaiuelensi dioecesi integrum territorium separamus civilis provinciae vulgo Guanacaste; partem territorii civilis provinciae quam Puntarenas vocant, videlicet municipium eiusdem nominis, excepta tamen plaga ad meridiem fluminis Iesus Maria, et municipium cui nomen Montes de Oro; regionem denique quae patet ad septemtrionem fluminum vulgo Arenai et San Carlos et ad civilem provinciam Alaiuelensem pertinentem; atque ex iis novam dioecesim condimus, *Pluviensem* **appellandam atque iisdem finibus circumscribendam ac regiones, e quibus fit. Quam dioecesim metropolitanae Sedi Sancti Iosephi in Costarica suffraganeam facimus. Caput novae Ecclesiae ac Sedes sacri Praesulis urbs vulgo Tilarán erit; templum autem ibidem exstruendum quodque S. Antonio Patavino dicabitur cathedrale erit, cum iuribus congruis. Eius dioecesis Episcopus omnia item iura habebit oneraque sustinebit, quae sunt Episcoporum propria. In primis autem hoc ei oneris imponimus ut in suo territorio minus saltem Seminarium condat, iuxta iuris communis normas atque peculiares Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus leges, pueris excipiendis iisque ad sacerdotium educandis., Cum autem tempus advenerit, optimos quosque Romam mittet, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, ut sacra theologia atque philosophia recte imbuantur. Usquedum tamen aliter consulatur, sacro Antistiti Pluviensi fas erit lectos pueros in Alaiuelensis dioecesis Seminarium mittere. Canonicorum praeterea Collegium statuet, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas; quodsi statim fieri nequeat, permittimus ut Consultores dioecesani renuntientur, qui Episcopo sive consilio sive ope assint. Mensam episcopalem, quam dicunt, Curiae proventus efficient, a fidelibus sponte oblata pecunia et congrua bonorum pars, quae ad normam canonis 1500 C. I. C. novae dioecesi obvenient. Regimen, administratio dioecesis, Vicarii Capitularis, Sede vacante, electio, hisque similia sacrorum canonum legibus temperentur. Volumus**

quoque ut, his Litteris ad effectum deductis, eo ipso sacerdotes ei dioecesi sint adscripti, in qua beneficium aut ofiicium habeant ; ceteri autem clerici Seminariique tirones, illi in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta ad novam dioecesim spectantia, ad eius Curiam episcopalem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ceterum statuimus ut has Litteras Nostras exsequendas curet venerabilis Frater Ianuarius Verolino, quem diximus, vel ille qui, tempore exsecutionis Nuntiaturae Apostolicae in Costaricensi Republica praeerit, factis ad id necessariis facultatibus, cuivis si oporteat viro delegandis, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Qui autem rem perfecerit, idem documenta exarari faciet, eademque sincere conscripta ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc, tab., vol. CVII, n. 25.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris cathedralis ecclesia Comaclensis honestatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Decus Comacli merito praedicatur princeps templum dioecesis cognominis, Sancto Cassiano, « Martyri prosperrimo » (cfr. Prud., *Peristeph.* IX, 97) sacrum, quod, per late patentes campos vallesque conspicuum, quasi sublimis arx hominum mentes ad incorporalia revocat atque divina. Cuius episcopalis sedis origo ab antiquis temporibus est repetenda, a saeculo scilicet vi, quemadmodum videtur; ad historiae vero fidem ecclesia cathedralis anno Dccviii, ut vetere titulo comprobatur, est primitus dedicata; qua in ruinas collabente, altera, iisdem, quibus prior, iuribus praedita, opere eximio est exstructa, iacto auspicali lapide anno MDCLVIIII. Quae aula Dei, structurae genere « baroco », uti appellant, eoque in ornatiorem rationem abeünte, insignis, molis amplitudine et maiestate quadam maxime commendatur. Cultu praeterea egregio et operibus artificiosis renidet, in quibus admirationem habent statuae Sancti Cassiani et Sanctae Luciae, ara maxima, vermiculatis marmoribus venusta, tabulae eleganti manu depictae. Sacram etiam supellectilem variae quidem gratiae sed pretiositatis unius non est quin dilaudet. Neque praetermittendum est Comaclense hoc templum et religionis domicilium rerum gestarum memoriis inclaruisse, siquidem veluti heres est, uti asseverant, antiquissimae ecclesiae Sanctae Mariae in Pado vetere, et cum magni nominis coenobio Pomposae fuit rationibus non obscuris coniuncta ; quippe quae finibus eiusdem dioecesis confinerentur. Clemens Pp. VIII, Decessor Noster, eodem in templo praecipuo est sacris operatus, Paulus Pp. V privilegiis amplissimis id cumulavit, et Nosmet ipsi, cum tertium revolveretur saeculum ab altera cathedrali ecclesia condita, honestavimus munere; Sanctus Gaspar del Bufalo sacris missionibus populum ad pietatem ibi accendit, Episcopi, vita et operibus illustres, ei praefuerunt, viri genere vel alio nomine clari, cognoscuntur id invisisse. Has recolens laudes et anniversariam, quam supra diximus, memoriam,

volensque fideles curae suae commissos ad vehementius studium religionis provocare, Venerabilis Frater Ioannes Mocellini, Comaclensis Episcopus, Nos precibus adiit, ut cathedrale hoc templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quas supplicationes pro benevola et propensa voluntate Nostra in augustam hanc pietatis sedem libenti animo implere statuimus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem Comaclensem, Deo in honorem Sancti Cassiani Martyris consecratam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignitis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atques efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Octobris, anno MDCCCCLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo, vulgo « dei Rocciamelone » nuncupata, una cum Sancto Iusto Martyre, aeque principalis totius Segusiensis dioecesis caelestis Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — In Alpium Cottiarum concava valle, impendentibus undique montibus, urbs exstat Segusium, cui multae frequentesque negotiationes, apertis etiam ferrato tramite saltibus ad hominum rerumque commercia, neque minus insignis pietas ac marialis religio famam nomenque acquirunt. Huc oculos animumque, ut accepta antiquitus fert opinio, fortissimus convertit miles cruce signatus, qui, antequam domum ex Orientis partibus reverteretur, voto suscepto iura-

verat se Beatae Mariae Virginis imaginem in monte summo esse collocaturum. Nam, secum aeneam tripertitam ferens tabulam, in finibus Segusinorum illius auctor fuit religionis, quae Deiparam vulgo « dei Rocciamelone » ex delecto monte appellatam, cum integritatis tum castitatis praestans exemplum, in aeternar um nivium spectaculo, in praecelsarum rupium scaena, colere, honorare, diligere studet. Inde nostram ad aetatem fidelium tam mire crevit pietas ut, totam complexa Italiam, ad remotas oras, ad homines externos pervenerit. Nos iuvat mente revolvere qua fide, quo animi ardore, saeculo undevicesimo exeunte, carissimi Italiae pueri, omnium ferme civium vice functi, eidem Virgini ex aere statuam decreverint; ad quam postea sursum versus vehendam Alpini Milites, certamine quodam virtutis ac periculi inito, summis viribus sunt enisi. Ceterum, sub idem fere tempus, Leo Pp. XIII, Decessor Noster imm. rec, quo ingenio erat praeditus, illos magna felicitate versus fudit : « Alma Dei Mater, nive candidior, Maria, Italiae tuere fines, caelestis Patrona ! ». Quae verba laetum omen ac signum iudicamus aurei diadematis quo, Apostolicae Sedis auctoritate, Coeli Regina est redimita. Deinde vero, ut in vertice montis sacellum statuae suppositum est, ita ad radices amplior aedes nuper exstructa, facilis ac pervia viatorum multitudini. Cum igitur plura Segusium ostendat marialis indicia cultus, Deiparam vulgo « dei Rocciamelone » maxime decet Segusiensis dioecesis eligi Patronam, nec mirum est quod honestissimum eiusdem nomen cum Sancto Iusto Martyre, praecipuo Patrono, iungi Christifideles omnes expetant. Nos quidem, libentissime obsecundantes Venerabili Fratri Iosepho Garneri, eiusdem dioecesis Episcopo, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem, vulgo « dei Rocciamelone » nuncupatam, una cum Sancto Iusto Martyre, *aeque principalem* **totius Segusiensis dioecesis caelestem apud Deum** *Patronam* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam**

secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI **mensis Novembris, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ditatur paroecialis ecclesia vulgo « Santa Maria La Mayor » appellata et in urbe « Pontevedra », archidioecesis Compostellanae, exstans.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Religionis velut praesidium eminet in urbe « Pontevedra », quae Compostellanae archidioecesis finibus continetur, paroecialis ecclesia, quae, Augustae Virgini sacra, propter amplitudinem, magnificentiam, maiestatem « Santa Maria La Mayor » vulgari sermone merito appellatur. Quod templum anno MCCCCLXXXXVIII **exstrui coeptum est pio studio ac sumptibus praesertim Sodalium Collegii nautarum et piscatorum; anno denique** MDLIX **opus, camera imposita, perfectum est, ex quo tempore invisentium animos permovet; ita factum est, ut publicis Hispanicae Nationis monumentis accenseretur. Sed non solum e sectis lapidibus operibusque fabre factis huic ecclesiae gloria accrescit, sed ex eo etiam, quod domicilium est actuosae pietatis. Ibi enim simulacrum Beatae Mariae Virginis perpetuis colitur Christifidelium obsequiis et Sodalitates, rite constitutae, florent vigentque. Iuvat quoque memorare ibidem anno** MCMLIX **Conventum Marialem actum esse magna cum spiritualium fructuum copia. Volens autem huius templi decus augere. Dilectus Filius Noster Ferdinandus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Quiroga y Palacios, Archiepiscopus Compostellanus, Nos rogavit, ut id Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam paroecialem, vulgo « Santa Maria La Mayor » appellatam et in urbe « Pontevedra », intra fines archidioecesis Compostellanae, constitutam, ad dignitatem** *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis**

hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ae definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Ianuarii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Gregorium Petrum tit. S. Bartholomaei in insula S. R. E. Presb. Cardinalem Agagianian, S. Congregationis de Propaganda Fide Praefectum, quadragesimo exacto anno a Litteris Apostolicis « Romanorum Pontificum » motu proprio datis, quibus Opus a Propagatione Fidei Pontificii titulo ornatum est.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Amantissimo Patris consilio, *qui in caelis est/* **id Nos gratiae apponere iustum esse censemus, quod curas sollicitudinesque, a quibus fere nulla Nobis dies abit vacua, ei vel iucundo aliquo eventu vel aliqua praeteriti temporis redeunte memoria relevare placet.**

In quibus rebus, quemadmodum anno MDCCCCLIX **memoriam repetivimus Epistulae Apostolicae** *Maximum illud,* **qua Decessor Noster f. r. Benedictus XV eorum sollertiam incitavit, qui, in terris christianae fidei luce expertibus, divini Redemptoris regno amplificando dabant operam,**[2] **ita nunc gratum est Nobis memoriam proponere Litterarum Apostolicarum** *Romanorum Pontificum* **motu proprio die** III **mensis Maii anno**

[1] ***Matth,* 5, 6.**

[2] **Litt. Encycl. *Princeps Pastorum,* 28 Nov. 1959, *A. A. S.* LI (1959), pp. 833-864.**

MDCCCCxxii a Decessore Nostro f. r. Pio XI datarum,[3] **cuius Pontificatus praecipua cura in eo esse posita videtur, ut sancti Evangelii lumen latius circumferretur in dies. Quae sane Litterae ad recordationem Nostram tantulum operis revocant, quod in eandem rem intendimus, ab anno** MDCCCCXXI **ad annum** MDCCCCXXV, **quo scilicet tempore, ad Italiam quod spectabat,** *Operi* **praepositi fuimus, quod a** *Propagatione Fidei* **appellabant. Per quattuor eos annos,** *quoniam concreditum Nobis munus, pro modicis viribus Nostris, fideliter et constanter gerere studuimus, intimam idcirco ex eo animi tranquillitatem et laetitiam sumpsimus;*[4] **quod nempe fecimus** *semina committentes sulcis,*[5] **quos duo pontificalia acta duxerant, a Nobis commemorata : boc est sive Epistula Apostolica Benedicti XV, sive Litterae Apostolicae** *Romanorum Pontificum* **Pii XI; in quas postremas peculiarem quandam considerationem intendimus.**

Hae quippe Litterae anno centesimo expleto datae sunt, ex quo primum Lugduni convenit publice Coetus, qui nomen adeptus est *Opus a Propagatione Fidei :* **Opus videlicet illud quod, providentissimo Deo opitulante, pia puella Paulina Iaricotia condiderat, operariis et famulábus ascitis e Sodalitate piacularem pietatem erga dulcissimum Cor Iesu profitente. Ex hac** *tenui veluti scatebra rivulus primum manavit,* **qui, Summis Pontificibus probantibus, hortantibus, in** *magnum regiumque flumen* **exiit,** *cuius salubribus aquis omnia littora essent alluenda interminatarum regionum Christi luce nondum illustratarum.**

Quae modestissimae puellae tamquam hereditas, cum per integrum saeculum, Consiliis tum Lugdunensi tum Parisiensi saluberrime provehentibus, magna accepisset incrementa, publice fuit S. Congregationi christiano nomini propagando addita, Litteris Apostolicis *Romanorum Pontificum* **motu proprio datis, quibus Summus Pontifex institutum illud et suum faciens nobilitate quadam donavit, et ditavit privilegiis, et** *Operis Pontificii titulo ornavit, quo uno declarabatur instituti eiusdem propositum egregium.*[7] **Quibus constitutis non modo peropportuni Operis felices probabantur habiti progressus, sed etiam uberiores fructus in posterum providebantur.**

[3] **Litterae Apostolicae motu proprio datae** ***Romanorum Pontificum,*** **3 Maii 1922,** ***A. A. S.*** **XIV (1922), pp. 321-330.**

[4] **Cfr.** ***La Propagatione della Fede*** **in** ***Scritti di A. G. Roncalli,*** **Roma, 1958, p. 11.**

[5] ***IUd.***

[6] ***Ibid.*** **pp. 50-51.**

[7] ***Ibid,*** **p. 60.**

Atqui catholicam fidem in terrarum orbem disseminare, haec profecto permagni momenti res est habenda, sive causa ipsa spectetur, sive finis : quandoquidem de amplificando regno Dei, deque sancto Evangelio proferendo agitur, ut universae atque omnes gentes fructibus divinae Redemptionis gaudere possint et participes esse eius uberrimae scaturiginis gratiarum, cuius Christi Sanguis est fons divinus et perennis.

Sed ut hoc impetretur, omnino oportet, in universa Ecclesia idipsum sacerdotes et christifideles coniunctis voluntatibus coniunctisque viribus appetant : *omnis enim progressionis spes in rerum disciplina est posita, ex qua tantummodo exitus certus et constans haberi potest.** **Attamen haec vicissim rerum disciplina id quod spectat non consequetur, nisi in unius tantum Consilii fuerit potestate, et ad omnes pertinuerit gentes.**

Ex quo plane colligitur, quo « *Pontificium Opus a Propagatione Fidei* **» contendat et qua ratione viaque sua munera obeat. Nam duobus saeculis praeteritis, postquam primum Sacra Congregatio Fidei Propagandae exstitit, Opus istud, Decessore Nostro S. Pio X auspice, eam facultatem consecutum est, ut** *catholicarum Missionum universitati eerta ratione et via ... consuleret ... ita quidem ut et corrogatae apud omnes nationes ab omnibus, quotquot essent, Ecclesiae filiis vel minutae stipes in unum acervum, universe Missionibus tuendis destinatum, colligerentur, et haec pecunia omnis potestati quidem arbitrioque committeretur Nostro dumtaxat et Sacrae Congregationis Christiano nomini propagando.*[9] **Quae quidem stipes corrogandi universalis ratio erat et est omnium opportunissima ad prospiciendum singularum Missionum necessitatibus, cum** *per eam liceat aequabiliter atque ordine universas administrare Missiones maiore cum earum emolumento ac stabilitate.*[10]

Ad quem exitum ut perveniretur Decessor Noster nova ratione Opus illud constituit atque ordinavit, quocum duo illa consociavit Opera, quae *a Sancta Infantia et a Sancto Petro Apostolo ad cleri indigenae institutionem*[11] **vocabant. Quibus praeceptis haec subiecit :** *Pro certo autem habemus Episcopos ceterosque sacrorum Antistites in hac causa omnem operam studiumque, apud suam quemque Ecclesiam, Nobis navaturos, adhibita in primis* **Consociatione Cleri Missionaria,** *quae dicitur.*[12]

[8] *Ibid.* p. 57.

[9] Cfr. Pii XI Litterae Apostolicae motu proprio datae *Romanorum Pontificum : A. A. 8.* XIV (1922), p. 323.

[10] *Ibid.*

[11] *Ibid.* p. 325.

[12] *Ibid,,* pp. 325-326.

Quae praescripta quam fuerint necessaria et provida non modo confirmant quae Nosmetipsi, utpote primi Operis in Italia Praesides, sentimus, verum etiam quae hisce quadraginta annis facta sunt. Hisce vero diebus commemoratum actum ex eo vel maius capere momentum videtur, quod Concilium Vaticanum II instat, in quod mentem animumque cuncti homines intendunt, qui tamquam inscriptum in fronte christianum nomen habent. Etenim hic eventus iam nunc magnas suavesque utilitates, ad Missiones quoque quod attinet,[13] universo terrarum orbi praenuntiat; cum merito sperandum sit, Ecclesiae filios ex Conventu illo gravissimo et amplissimo incitamentum esse sumpturos ad catholicam fidem dilatandam; per ea maxime Pontificia Opera, de quibus dicimus.

Nihil igitur dubitamus quin sacrorum Antistites summa alacritate pergant iisdem Operibus aspirare, actioni eorum sacerdotum diligentissime obsecundantes, qui vel in singulis nationibus vel in singulis dioecesibus ipsis Operibus praepositi sunt.

Industriam praeterea necesse est exacuere Coetuum, qui aut in tota dioecesi aut in singulis paroeciis Missionibus favent ; idque praesertim efficiendum est et sociorum magis magisque incensa pietate, et circulis studii causa conditis. Qui circuli quanto fructui esse possint vel ex eo conficitur, quod plurimum conferre possunt cum ad nobilissimorum populorum originem, mores, instituta, litteras cognoscenda, tum ad propensionem puerorum animis iniciendam ad sacra munia; quos multos facienda messis exspectat.

Generatim velimus filios Nostros, suae professione fidei dignos, diligentius diligentiusque secum illud meditari : *Deum velle omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.*[14] **Ex quo divina voluntate fieri profecto non poterit, quin iidem pariter ardens hauriant studium rei missionalis pro sua cuiusque facultate provehendae, pariter exardescant ad Missionum necessitatibus subveniendum : sive hae ad animos, sive ad bona externa spectent.**

Atque initio animorum necessitates Deo admotas preces supplicationesque postulant, easque assiduas, cum asperitatibus coniunctas summi Numinis amore toleratis : quibus hinc Evangelii praeconibus, eorum adiutoribus et christifidelibus ipsis vitae sanctimonia impetretur; hinc Missionum imploretur incrementum, quae, si laetas portendunt spes, multis tamen difficultatibus impediuntur.

[13] **Cfr.** ***Precatio pro felici exitu Concilii Oecumenici fundenda; A. A. S.,*** **LI (1959), p. 832.**

[14] ***1 Tim. 2, i.***

Deinde vero externorum bonorum necessitates a christifidelibus maiorem usque alacrioremque desiderant, immo etiam poscunt adiutabilem operam. Quodsi iidem animadvertant, tot eas esse tantasque, ut stipes adhuc corrogatae vix satis sint ad tertiam tantummodo earum collationum partem, quae a Missionalibus expetuntur, facile conficient, in id suos nisus conspirare oportere, ut auxilium Missionibus praebendum cotidie magis cum germanis catholicae religionis sensibus congruat; quemadmodum Romani Pontifices admonere numquam destiterunt. Cuius rei praestandae praeclaram opportunitatem certa ea dies offerre videtur, quae quotannis Octobri mense ubique gentium celebratur, quae eo pertinet; ut catholici viri omnes prompto ac generoso animo subsidia omne genus suppeditent, quae ad fidem per terrarum orbem propagandam requirantur.

Utriusque autem generis necessitatibus optime Ecclesiae filios satis facere opinamur, si libenti animo Nostra hortamenta excipientes, nomen dederint Pontificiis Operibus, quae commemoravimus ; per quae vel inopissimis hominibus fit facultas Missionibus prospiciendi; secundum illud Pauli Apostoli: *Altissima paupertas ... abundavit in divitias simplicitatis ... secundum virtutem et supra virtutem.*[15]

Extremum, haec monita Nostra paucis quasi concludentes, hortamur vehementer quotquot christianam profitentur fidem, ut flagrantem erga Missiones animorum ardorem ostendant; qui nempe alitur atque roboratur sive supplicibus precibus omnipotenti Deo adhibitis, sive studiosa voluntate sacras expeditiones prosequendi, sive denique subsidiis ad missionalia opera fovenda scriptaque evulganda collatis.

Ceterum ad hanc navandam Missionibus sociam operam, non minus quam ceteri eiusdem catholicae fidei consortes, ii etiam filii Nostri tenentur, qui ad recens ortas pertinent Ecclesias; uti iam a principio Pontificatus Nostri per Encyclicas Litteras *Princeps Pastorum* **monuimus.** *Quoniam vero rerum necessitatibus, quibus christifideles premuntur, etiam Ecclesiae vita et instituta continentur, autochthones christiani assuescant oportet, quantum pro facultatibus possunt, templa, pios coetus, clerum, qui ipsis totum se devovit, suis opibus sustentare.*[16]

Interea vero, dum animum ad spem bonam erigimus de Regni Dei incremento deque universarum gentium salute, atque supernam opem imploramus a Deipara Virgine Maria, a Sanctis Caelitibus, quorum

[15] **Cfr.** *2 Cor.* **8, 2-3.**

[16] **Litt. Encycl.** *Princeps Pastorum : A. A. 8.* **LI (1959), p. 853.**

patrocinio Missionalia territoria concredita sunt, itemque a beatis Martyribus, qui suo profuso sanguine easdem regiones consecrarunt, tibi, Dilecte Fili Noster, ac christifidelibus omnibus, qui hortationi huic Nostrae generoso animo respondebunt, Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum auspicem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III **mensis Maii, anno** MDCCCOLXii, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

II

Ad E.mum P. D. Benedictum S. R. E. Cardinalem Aloisi Masella, Episcopum Praenestinum, Patriarchalis Basilicae Lateranensis Archipresbyterum atque S. Congregationis de disciplina Sacramentorum Praefectum, sexagesimo volvente anno ex quo sacerdotio est auctus.

IOANNES PP. XXIII

Sexaginta annos mox tibi celebraturo, ex quo iuvenili florens aetate ad sacri presbyteratus gradus evectus es, caritate et egregia aestimatione erga te moti, a Deo, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum,[1] **id valde precamur, ut salutariter et feliciter omnia tibi cedant et in tuum operaeque, cui vacas, profectum caelesti praesidio et inconcussa tutela fruaris.**

Nec desunt ominibus et votis gratulationes. Enimvero diuturnum per temporis spatium Apostolicae Sedis muneribus addictus, in Chilia ac postea in Brasilia Apostolicus Nuntius, religionis studio et diligentia navitatis te omnibus probandum praestitisti; nunc vero Praefectus S. Congregationis disciplinae Sacramentorum praepositae, Episcopus Praenestinus, Archipresbyter Patriarchalis Basilicae Lateranensis, sedulitate, prudentia, sollertia meritis ditaris, quibus crescentem auctum iisdemque iunctam dulcium opimam solaciorum messem percupimus.

Adfluentia superna invocantes auxilia, tibi, Venerabilis Frater Noster, Apostolicam Benedictionem, volenti libentique animo impertimus, eamque ad sacro anniversario tuo inter futur os pertinere volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvi mensis Maii anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

[1] **Cfr.** ***I ac.*** **1, 17.**

III

Ad E.mum P. D. Franciscum tit. S. Eusebii S. R. E. Presb. Cardinalem König, Archiepiscopum Vindobonensem, et ad omnes Austriae christifideles, qui Coetui v. « Katholikentag » interfuerunt, Salisburgi habito.

Unserm geliebten Sohn Franz Kardinal König, Erzbischof von Wien.

Allen zum Österreichischen Katholikentag 1962 in Salzburg versammelten Männern und Frauen sowie der Uns teuren Jugend entbieten Wir von Herzen Gruss und Apostolischen Segen.

In väterlicher Freude weilen Wir im Geiste mitten unter euch und erinnern Uns gern österreichischer Gastlichkeit, da Wir als junger Priester im Jahre 1912 anlässlich des damaligen unvergessenen Internationalen Eucharistischen Kongresses in Wien eure schöne Heimat kennenlernen durften.

Wieviel weltbewegende Ereignisse und Prüfungen jeder Art haben in den verflossenen fünf Dezennien euer Vaterland heimgesucht ! Dennoch könnt ihr heute durch Gottes gnadenvolle Führung, mit der ihr in frommem Geist und unermüdlichem Fleiss zusammengewirkt habt, voll Dankbarkeit euch eines ansehnlichen Wohlstands im Innern eures Landes und des Friedens nach aussen erfreuen.

Was Uns hierbei besonders am Herzen liegt, ist der Wunsch, dass die erfreulichen sozialen und wirtschaftlichen Erfolge möglichst breiten Schichten eures Volkes im Sinne Unserer Enzyklika ((Mater et Magistra » zugute kommen und die geistige Blüte gleichen Schritt halte mit dem materiellen Wohlstand. Bleibt dessen eingedenk : einseitiger wirtschaftlicher Aufstieg bleibt unvollkommen und gereicht der Seele ohne Zweifel zum Schaden. Wie alle geschaffenen Dinge nur einen Sinn haben, indem sie Mittel für ein höheres Ziel sind, so fordert eine erhöhte materielle Lebenshaltung vom Menschen eine erhöhte Aufmerksamkeit auf die geistigen Werte. Damit aber wird die Zahl derjenigen immer grösser werden, die an den Gütern des bürgerlichen und christlichen Gemeinschaftslebens teilhaben und ihren tiefen Sinn erfassen.

Das ist der Grund, warum ihr zum Wahlspruch eures Treffens das Wort wähltet ((Löscht den Geist nicht aus! ». Geist, der im Pfingstfest, im Heiligen Geist Gottes seinen Ursprung hat. Es ist der gleiche Geist Gottes, der bei der Schöpfung über den Wassern schwebte, der in der sichtbaren Kreatur der Geist des Lebens und der Ordnung ist, von dem

der menschliche Geist nur ein Abbild ist, Heiliger Geist, von Christus gesandt, um ((das Antlitz der Erde zu erneuern »-[1] Geist der Wahrheit, in dessen Kraft « auch ihr Zeugnis ablegen sollt »,[2] löscht ihn nicht aus !

Iamvero si sacros et Veteris et Novi Testamenti libros evolvimus, ex iis necesse est conficiamus, Deum numquam voluisse — ut imagine et translatione utamur humana — mortalibus sollemni quadam ratione manifestum fieri, antequam hos ad preces fundendas, ad paenitentiamque agendam provocavisset. Nam Moyses tabulas divinae legis se Hebraeorum populo prius traditurum negavit, quam hic idololatriae et ingrati animi secius expiasset.[5] Atque prophetae cohortari Israëliticam multitudinem non destiterunt, ut regnatori omnium Deo acceptas preces adhiberent, animis nempe paenitentia commotis; ne scilicet se ab eo providenti consilio seiungerent, quo Deus ipse populum a se electum esset recturus. Quibus in vaticinatorum vocibus oppido est gravis habenda loelis illa monitio, quae, dum sacri

[1] Cf. Constitutio Apostolica *Humanae salutis; A.A.S.* LIV (1962), p. 12.
2 MATTH. 28, 20.
s Luc. 10, 16.
* Cf. MATTH. 28, 19-20.
s Cf. *Exod.* 32, 6-35; et / *Cor.* 10, 7.

ritus quadragesimali tempore peraguntur, iterum iterumque in nostris sonat et quodammodo vibrat auribus: *Nunc ergo, dicit Dominus, convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio,, et in fletu, et in planctu. Et scindite corda vestra et non vestimenta vestra... Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes, ministri Domini, et dicent: Parce, Domine, parce populo tuo, et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes?*

Huius vero generis ad paenitentiam invitationes tantum abest ut, postquam Dei Filius corpoream induit naturam, conticescerent, ut tunc vel accuratiores fierent. Nam Ioannes Baptista, Christi Dei praecursor, ab his vocibus nuntiationem suam exorditur: *Paenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum.*[7] Idemque Iesus ita munus suum salutiferum auspicatur, ut non prius fidei capita promulget, quam iubeat animum ab iis expiare sceleris vestigiis, quibus aditus intercludatur nuntio salutis aeternae : *Exinde coepit Iesus praedicare, et dicere : Paenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum?* Atque ab iis qui audiunt vehementius quam prophetae exigit, ut plane mutatis animi sensibus, iura omnia summi Dei sincera fide agnoscant; siquidem hoc iisdem asseverat: *Ecce enim regnum Dei intra vos est?* Quippe paenitentia animi viribus, ad voluptatem proclivis, dominatur, easque compescit; quemadmodum hisce docemur ipsius Christi verbis: *Regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.*[10]

Neque a divini Magistri institutione eius desciscunt Apostoli. Etenim hinc Petrus, post Spiritum Sanctum ignitarum linguarum specie delapsum, multitudinem incitandi causa ad renascendum in Christo et ad sacrosancti Paracliti dona accipienda, hanc audientibus dicit sententiam: *Paenitentiam {inquit) agite,, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: et accipietis donum Spiritus Sancti;*[11] hinc Paulus, doctor gentium, non obscure Romanis denuntiat, regnum Dei non in arrogantia ne-

« IOEL, 2, 12-13, 17.
7 MATTH. 3, 1.
s *Ibid.*, 4, 17.
» Luc. 17, 21.
10 MATTH. 11, 12.
' ' *Act.* 2, 38.

que in vitiorum illecebris esse positum, sed in dominatrice animi iustitia et mentis tranquillitate : ut haec eius confirmatio habet : *Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu Sancto.*[12]

Verum is plane se ipsum frustretur, qui sentiat iis dumtaxat paenitentia opus esse, qui primum cupiant regni Dei esse compotes et participes; cum contra necesse sit, quicumque Christo nomen dederint, sibimetipsis quibusdam quasi frenis moderentur; vel ut animi sui propellant hostes, vel ut innocentiam sibi cum lustralibus Baptismi aquis redditam corrumpi ne sinant, vel ut Dei gratiam, admissorum malignitate amissam, récupèrent. Si enim res habet ut, qui per sacram lustrationem Ecclesiae sanctae aggregetur, illa pariter ornetur pulchritudine, quam Christus Sponsae suae dilectissimae induit, secundum haec verba: *Christus dilexit Ecclesiam., et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid, huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata;*[13] sic item placeat oportet, iis, qui candidanti vestem, in sacro Baptismo acceptam, maculis asperserint, dignas esse a Deo pertimescendas poenas, nisi in paenitentiae Sacramento Agni Sanguine abluti,[14] pristinum receperint animi splendorem, seque ipsos in christianarum virtutum curriculo exercuerint. Quam ob rem ad hos etiam dura huiusmodi monitio Pauli Apostoli pertinet: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctiftcatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit? ... Horrendum est incidere in manus Dei viventis.*[15]

Nemo profecto dubitat, Venerabiles Fratres, quin Ecclesia, divini Redemptoris Sponsa carissima, se sanctam et immaculatam semper servaverit, sive fidem is attendat, qua illustratur, sive Sacramenta, quibus alitur atque perficitur, sive praecepta

12 *Rom.* 14, 17-18.
13 *Eph.* 5 , 25-27.
i* Cf. *Apoc.* 7, 14.
is *Hebr.* 10, 28-30.

et leges, quibus regitur universa, sive denique ex eius allectis plures, qui, virtutibus fortium et constantium more virorum agitatis, eandem gloria affecerunt perpetua.

Attamen ex Ecclesiae filiis non desunt, qui obliti ad quanta fuerint vocati et electi, a Deo inditam sibimet pulchritudinem corrumpant, neque adeo Christi Iesu imaginem in se referant. Atqui Nos, qui patris gerimus animum, hos neque reprehensionibus neque minis compellamus, sed huiusmodi hortationibus a Concilio Tridentino profectis, quibus tam recte catholica disciplina redditur. *Per baptismum enim Christum induentes (Gal.* 3, 27) *nova prorsus in illo efficimur creatura, plenam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem et integritatem per sacramentum paenitentiae, sine magnis nostris fletibus et laboribus,, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus, ut merito paenitentia " laboriosus quidam baptismus " a sanctis Patribus dictus fuerit.*[16]

Quod igitur christianorum memoriae etiam atque etiam inculcatur invitamentum ad paenitentiam, animorum expiationis et perfectionis adiutricem, idem a divino Redemptore manare ipsi existiment necesse est, nobisque ab Ecclesia sive sacrorum rituum formulis, sive sanctorum Patrum institutis, sive demum Conciliorum praeceptionibus traditum atque propagatum. Ita enim sacro quadragesimae tempore catholica Ecclesia iamdiu summo Dei numini supplicat; modo his usurpatis verbis : *ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quae se carnis maceratione castigai ;*[17] modo his : *ut terrenis affectibus mitigatis, facilius caelestia capiamus.*[18]

Nihil propterea mirum si, Decessoribus Nostris, Concilia Oecumenica cogere parantibus, curae fuit christifideles ad salutarem paenitentiam agendam infiammare. E quibus, ut ceteros praetereamus, commemorare iuvat tum Innocentium III, qui, Concilio Lateranensi IV appropinquante, hisce Ecclesiae filios appellavit verbis : *Orationi vero ieiunium et eleemo-*

16 Conc. Trid., Sess. XIV, *doctrina de Sacramento Paenitentiae,* cap. 2; cf. S. GREG. NAZ., *Orat.* 39, 17: *PG* 36, 356; S. IOAN. DAM., *De fide orthod.,* 4, 9: *PG* 94, 11, 24.

17 *Orat.* Fer. III post Dom. I Quadr.

18 *Orat.* Fer. IV post Dom. IV Quadr.

syria coniungantur, ut his quasi alis facilius et celerius ipsa volet ad piissimas aures Dei, qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno-,[19] tum Gregorium X, qui Epistula data *omnibus praelatis et capellanis suis* praecepit, ut, antequam Concilium Oecumenicum Lugdunense II initium caperet, tres dies indictivum ieiunium servarent;[20] tum denique Pium IX, qui universos Ecclesiae filios incitavit, ut animis quavis admissorum labe et piaculo exsolutis, dignam laetamque in proximo Concilio Vaticano praeparationem adhiberent: *Quoniam compertum est gratiores Deo esse hominum preces, si mundo corde, hoc est animis ab omni scelere integris, ad ipsum accedant.*[21]

Itaque, horum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, Nosmetipsi vehementer cupimus, Venerabiles Fratres, ut catholici homines, tam e cleri quam e laicorum ordine, piis precibus, rectis operibus christianaeque paenitentiae exercitatione se ad grande proximi Concilii eventum accingant. Cum autem publice communiterque admotae Deo supplicationes efficacius valeant ad divina praesidia impetrandam, secundum illam Redemptoris nostri sententiam: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*[22] res nimirum postulat, ut hac etiam nostra aetate Ecclesiae filii, non secus atque primaevae Ecclesiae temporibus, *cor unum et anima una*[23] fiant, idque precando paenitendoque a Deo flagitent, ut praestantissimus ille conventus eos edat salutares fructus, quos animis praecipimus omnes : ut scilicet catholica fides, caritas integrique mores adeo revirescant ac tale capiant incrementum, ut iis etiam, qui ex Apostolica hac Sede seiuncti sint, exinde addantur stimuli ad unitatem sincere actuoseque quaerendam atque ad unum ovile sub uno Pastore[24] ingrediendum.

Ad quod quidem congruentius a Deo implorandum, vos, Venerabiles Fratres¿ hortamur, ut in singulis dioecesis vestrae

[19] *Epist, ad Concil. Later. IV spectantes,* Epist. 28 ad fideles per Moguntinas provincias constitutos, in MANSI, *Amplissimi Coll. Concil. 22,* Paris et Leipzig, 1903, col. 959.

[20] Cf. MANSI, *op. mem.* 24, col. 62.

[21] Cf. *Act. et Decr. Sacr. Concil. Recent., Coli. Lac. tom. VII,* Friburgi Brisg. 1890, col. 10.

[22] MATTH. 18, 20.

[23] *Act.* 4, 32.

[24] Cf. IOAN., 10, 16.

paroeciis, proxime appetente Concilii Oecumenici celebratione, sollemnes habeantur novendiales supplicationes ad Spiritum Sanctum, quibus ubera caelestia lumina supernaque praesidia Patribus Concilio afuturis exposcantur. Quam ad rem, ut aliquid de sacrosancto Ecclesiae thesauro impertiamus, iis omnibus qui novendialibus hisce supplicationibus intererunt, plenam admissorum veniam concedimus, suetis condicionibus lucrandam.

Tum etiam peropportune in omnibus dioecesibus publica indicetur supplicatio, expiationis causa; qua quidem, cum peculiaribus sacris concionibus rite coniuncta, christianus populus salubriter excitetur ad misericordiae paenitentiaeque opera crebrius ponenda, atque a propitio, Omnipotenti Deo impetrandam illam christianae vitae renovationem, quae in praecipuis celebrandi Concilii propositis ponenda est. Siquidem, ut apte animadvertebat Decessor Noster imm. mem. Pius XI : *Precatio et paenitentia duo sunt validi spiritus, nobis hac aetate a Deo dati, ut miseram humanitatem huc illuc sine duce errantem, ad ipsum reducamus; qui causam primam praecipuamque omnis perturbationis — rebellionis scilicet hominis in Deum — dissipent atque expient.*[25]

In primis autem animi paenitentia est opus, hoc est admissorum detestatione atque expiatione, quam ii praesertim praestant qui rite pieque animum sacra Confessione perpurgant, Eucharistico sacrificio intersunt, et sancta de altari libani Ad cuius generis paenitentiam scilicet fideles praesertim instimulandi sunt, quo tempore novendiales supplicationes ad Spiritum Sanctum habebuntur. Siquidem paenitentiae opera, quae extrinsecus peraguntur, nihil sane profutura sunt, nisi cum animi innocentia ac sincera peccatorum detestatione copulentur. Haec enim vis severae illi Christi Domini sententiae subicienda est: *Si paenitentiam non emeritis, omnes similiter peribitis.*[26]

Praeterea ad paenitentiam quoque externam incitandi christifideles sunt, sive ut corpus sub rectum rationis et fidei imperium subiungant, sive ut suas et aliorum noxas expient.

25 Litt. Enc. *Caritate Christi compulsi, A.A.B.* XXIV (1932), p. 191.
26 Luc. 13, 5.

Nam S. Paulus ipse, qui ad tertium caelum raptus fuerat et sanctitudinis fastigium tenuerat, de se asseverare non dubitat: *Castigo corpus meum et in servitutem redigo;*[27] et alias prae se fert: *Qui autem sunt Christi, carnem suam cruciflxerunt cum vitiis et concupiscentiis.*[28] Atque S. Augustinus huiusmodi instat monitis: *non sufficit mores in melius commutare, et a factis malis recedere, nisi etiam de his quae facta sunt satisfiat Deo per paenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.*[29]

Ad haec autem externae paenitentiae opera illud potissimum pertinet, ut patienti fidentique animo f eramus multas variasque aerumnas atque acerbitates, quibus in hac vita premimur, itemque quidquid molesti et incommodi nobis occurrit, sive ex sedula munerum nostrorum perfunctione, sive ex cotidiano labore, sive denique ex christianae virtutis exercitatione. Quod quidem paenitentiae genus necessario ferendum non solum peccata delet, Deum nobis propitiat, eiusque conciliat caelestem opem celebrando Concilio Oecumenico, verum etiam efficit ut acerbitates mortalis huius vitae allevet et propemodum suaves reddat, cum nobis praemia portendat aeterna. Nam *non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam,, quae revelabitur in nobis?*[30]

Sed praeter huius vitae incommoda atque dolores, christiano spiritu tolerata; quae vitari non possunt, oportet christifideles Deo offerant cruciatus quoque ultro libenterque susceptos, Redemptoris nostri vestigia secuti, qui, secundum Apostolorum principis verba, *semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, modificatus quidem carne, viviftcatus autem spiritu?*[31] Convenit enim, ut: *Christo. .. passo in carne, et nos eadem cogitatione armemur?*[32] Qua in re par est eos exemplum et incitamentum petere a viris etiam in Ecclesia sanctitudine excellentibus, quorum afflictationes corpori ut plurimum innocentissimo adhibitae, plane

[27] J *Cor.*, 9, 27.
[28] *Gal.* 5, 24.
[29] *Serm.* 351, 5, 12; *PL* 39, 1549.
[30] *Rom.* 8, 18.
[31] I PETE., 3, 18.
[32] Cfr. *Ibid.*, 4, 1.

nos admiratione afficiunt et quasi metu percellunt. In quos sanctitatis héroes oculos conicientes, quidni nonnullas ipsi, Dei gratia, poenas atque incommoditates sponte subeant, qui fortasse gravi conscientiae pondere obruanturÎ Quis namque ignorat hoc genus paenitentiae eo vel magis acceptum Deo obvenire, quod non ex nativis corporis vel animi infirmitatibus, sed ex libero generosoque voluntatis proposito proficiscatur, ac veluti sacrificium suavissimum ipsi offeratur **1**

Est denique omnibus compertum, Oecumenicum Concilium eo spectare, ut per nos maiora usque incrementa capiat divinum Redemptionis opus, quod Christus Dominus, *oblatus... quia ipse voluit*™ perfecit, tum caelestem suam doctrinam hominibus revelando, tum maxime pro eorum salute sanguinem pretiosissimum profundendo. Cum ergo nostrum unusquisque possit cum Paulo Apostolo dicere: *Gaudeo in passionibus. ..et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia;*[34] alacri idcirco prolixoque animo oblatam nanciscamur opportunitatem Deo dicandi aerumnas et dolores nostros *in aedificationem corporis Christi,*[55] quod est Ecclesia. Nihil enim optatius, nihil magis decorum nobis contingere potest, quam ut auxiliatricem feramus operam sempiternae quaerendae hominum saluti, qui saepe saepius a recto veritatis virtutisque tramite transversi aguntur.

Multi pro dolor, potius quam continentiam et, ut vocant, *sui ipsius abnegationem* servent, quam Christus Iesus his vocibus inculcat : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie, et sequatur me,*[36] terrenas voluptates intemperanter appetunt, et praestantiores animi sui vires deturpant atque debilitant. Pernecesse igitur est christiani homines indignae huic ducendae vitae rationi, qua turbidi animorum motus saepe concitantur atque in tam gravia aeternae salutis discrimina adducuntur, ea animi fortitudine répugnent, qua Martyres ceterique sanctitudinis héroes omni tempore catholicam Ecclesiam illustrarunt. Quod si fecerint,

ss ISAI. 53, 7.
34 *Col.* 1, 24.
ss *Ephes.* 4, 12.
se Luc. 9, 23.

pro sua cuiusque vitae condicione, sociam suam conferre operam poterunt ad prosperum felicemque exitum Concilii Oecumenici Vaticani II, cuius est christianorum mores ad novum vocare splendorem.

His hactenus scriptis, plane confidimus, Venerabiles Fratres, non modo paternis hortamentis Nostris vosmet magno animo esse responsuros, sed, vestra opera, omnes etiam filios Nostros, quos ubique terrarum habemus sive e sacro ordine, sive e laicorum numero. Hoc enim efficere — quod in communibus omnium est optatis — ut habendum Concilium Oecumenicum maxima afferat christianae rei incrementa; ut in eodem coetu celeberrimo vel altius illud vibret *verbum regni,* de quo in parabola seminatoris mentio inicitur;[37] ut idem eventum plurimum conducat ad *regnum Dei* et latius amplificandum et confirmandum praeclarius, hoc, inquimus, magnam partem in eorum inclinatione animi constat, quos Concilium conabitur tum ad veritatem, tum ad virtutem, tum ad publicum privatumque Dei cultum, tum ad vitae disciplinam, tum denique ad studium proferendi Ecclesiae fines incendere.

Agite porro, Venerabiles Fratres, omnes aditus explorate, qui reliqui dentur, et quantum in vobis auctoritatis opisque est sine cunctatione conf erte, ut christifideles, quos pascitis, animos et paenitentiae meritis abluant, et pietatis ardore inflamment; ne *bonum semen,* quod longe lateque per eos dies spargetur, non modo non exstinguant, sed etiam prompto constantique animo accipiant; ita videlicet ut ex cogendo consessu illo multa ac firma iidem ducant salutis aeternae praesidia.

Postremo in tempus, quo proxime Concilium celebrabitur, posse haec verba quadrare opinamur : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*[38] Sed Dei providentia id fert, ut quae ipse hominibus decreverit dispertire superna munera, haec pro eorum voluntate et affectione dispertiat. Qui igitur morigeri Nobis esse volunt, qui iamdiu conamur christianorum animos ad eventum hoc erigere, omnino oportet iidem extremae invitationi huic Nostrae obtempèrent. Quapropter Nobis

37 MATTH. 13, 19.
s» *n Cor.,* 6, 2.

ac vobis, Venerabiles Fratres, praeeuntibus, christifideles universi — in primis autem sacerdotes, viri virginesque Deo devotae, pueri, aegroti, aiflicti — se adiungant precantes et paenitentiam agentes; ut a Deo Ecclesiae suae eam luminum et adiumentorum copiam impetrent, qua per eos dies egebit potissimum. Quomodo namque caeleste Numen non moveatur ad donorum largitatem, a filiis suis tot donis acceptis, quae incensam spirant pietatem, murramque aeque redolent?

Huc accedit quod christianorum multitudo, quae ubique gentium hortationi huic Nostrae obsecuta et precationibus et voluntariae sui ipsius refrenationi diligentiorem dabit operam, mirandum iucundumque simul edet religiosae pietatis spectaculum, qua Ecclesiae filii omnino imbuantur oportet. Quo utinam exemplo eorum tangatur animus, qui terrenis negotiis nimio plus distentí, sua erga Deum officia neglegere coeperunt!

Quae omnia si, ut exoptamus, facta erunt, vosque a vestris dioecesibus Romam ad Concilium veneritis eiusmodi onusti supernarum divitiarum pondere, sperare licebit fore ut nova eaque pulchrior catholico nomini oriatur aetas.

In quam spem dum ingredimur, caelestium bonorum auspicem, paternaeque Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, cunctoque clero ac populo, vestrae fidei vigilantiaeque commisso, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die i Iulii, in festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PUTEOLANAE

Puteolano Episcopo sacri Pallii usus conceditur

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cognitum est omnibus, quotquot sacrarum Scripturarum lectione delectantur, Paulum, Apostolum sanctissimum Christique vinctum, in Romano itinere cum Puteólos pervenisset, oratum a fratribus septem dies ibi mansisse (Act. 28, 13) ; neque est dubitandum quin Paulus, nactus occasionem, cives huius urbis, sive caelo, sive mari, sive incolarum felicitate celeberrimae, christianae religionis capita docuerit : Christum, Dei Filium, et pro hominibus mortuum esse, et ultro resurrexisse, et sibi credentibus peperisse salutem. Quas Apostoli voces colles pulcherrimi et lucidum aequor post multa hominum saecula resonare videntur. Quae cum ita sint, quando centenarius annus undevicies agitur ex quo beatissimus Christi miles eo appulit, et dilectus Filius Noster Alfonsus S. R. E. Cardinalis Castaldo, Archiepiscopus Neapolitanus et Episcopus Puteolanus, petiit ut, felicissimi eventus memoriae causa, aliquod benevolentiae Nostrae signum Puteolanae Sedi daremus, visum est postulationi huic aequissimo animo concedere, cum res agatur quae et in Praesulis honorem et amplitudinem vertat, et ad beatissimi Apostoli cultum augendum conducat. Placet ergo *Pallii honore,* quo plenitudo pontificalis dignitatis exprimitur, Puteolanam Sedem augeri, ita nempe ut in posterum Puteolani Episcopi in sacris faciendis sacrum Pallium iuxta leges liturgicas ferre possint et debeant.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrum-

pere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
/S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVII, n. 8.

II

PHILADELPHIENSIS UCRAINORUM

(S. NICOLAI CHICAGIENSIS UCRAINORUM)

Ex eparchia metropolitana Philadelphiensi Ucrainorum nova efficitur eparchia, « S. Nicolai Chicagiensis Ucrainorum » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Byzantini ritus fidelibus Ucrainis, in Americae Septemtrionalis Foederatis Civitatibus in praesens degentibus, cum aptius consulendum sit, visum est Nobis territorium eparchiae Philadelphiensis Ucrainorum dividi posse novamque proinde excitari ecclesiasticam circumscriptionem. Quandoquidem enim peramplum illud est, haud parvae exoriuntur in diesque crescunt fidelibus curandis difficultates. Quapropter, audito quid hac super re sentirent Apostolicus Delegatus in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis atque Constantinus Bohaòhevsky bo. me., olim Archiepiscopus Metropolita Philadelphiensis, de consilio vene-

rabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali sunt praepositi, deque apostolica Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab eparchia metropolitana Philadelphiensi Ucrainorum quasdam regiones distrahimus, ex iisque novam constituimus eparchiam *8. Nicolai Chicagiensis Ucrainorum,* **cuius territorium erit confine : ad septemtrionem Canadiae ; ad occidentem solem, Oceano Pacifico; ad meridiem, Mexico; ad orientem denique solem, Civitatibus vulgo Ohio, Kentucky, Tennessee, Mississipi. Nova eparchia, quam Sedi metropolitanae Philadelphiensi Ucrainorum suffraganeam volumus, in urbe vulgo Chicago eparchialem sedem habeat, et sacram aedem Sancto Nicolao dicatam, ibidem exstantem, tamquam eparchiale templum, quod quidem ad cathedralis aedis dignitatem attollimus, omnibus datis congruis iuribus. Mensa eparchialis, quae dicitur, bonis efficietur eiusdem Sancti Nicolai curiae seu paroeciae. Episcopo sane omnia in fideles byzantini ritus Ucrainorum, infra fines modo conditae eparchiae commorantes, iura et obligationes concedimus atque imponamus, dignitati officioque suo congruentia. Inter obligationes autem, eam Episcopus habebit Eparchiales Consultores eligendi, qui sibi consilio et ope assistant. Decernimus praeterea ut Sacrorum alumnis sive minus Seminarium pateat, quod est in urbe vulgo Stamford, sive maius, in Washington nempe appellata urbe exstans, iuxta tamen pacta et conventa inter eparchos. Has denique Litteras Nostras exsequendas curet qui tempore exsecutionis Apostolicum Delegatum aget in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus, facta potestate et alium virum, delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui vero rem perfecerit, effectae rei documenta exarari iubeat adque Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali quam primum mittenda curet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si

ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quarto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
R. E. Cancellarius

ACACIUS COUSSA
S. Congr. pro Ecclesia Orientali pro-Viro a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., vol. CVII, n. 39.

III

NOVAE AURELIAE

(RUBRIBACULENSIS)

Ex archidioecesi Novae Aureliae quibusdam detractis territoriis, nova dioecesis efficitur, « Rubrihaculensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Peramplum Novae Aureliae archidioecesis territorium cum dividi oporteret, ut aptius scilicet Christi fidelium necessitatibus subveniretur, visum est Nobis precibus esse accedendum venerabilis Fratris Iosephi Francisci Rummel, eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi, qui ab Apostolica hac Sede ut id fieret enixe postulavit. Audito ergo hac de re venerabili Fratre Aegidio Vagnozzi, Archiepiscopo titulo Myrensi et in Americae Septemtrionalis Foederatis Civitatibus Delegato Apostolico, eorumque omnium suppleto consensu, qui super hoc negotio aliquid iuris vel habeant vel se putent habere, apostolica Nostra potestate sequentia decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Novae Aureliae integra territoria separamus Comitatuum, qui dicuntur, vulgo cognominatorum Aseen-

sion, Assumptum, East Baton Rouge, West Baton Rouge, Iberville, Pointe Coupée, East Feliciana, West Feliciana, St. Helena, Tangipahoa, Livingston et St. James, ex iisque novam dioecesim condimus, *Rubrïbaculensem* ab urbe vulgo Baton Rouge nuncupandam. Statuimus insuper ut sedem suam in eadem urbe Baton Rouge Episcopus ponat, magisterii autem cathedram in sacra aede, Deo dicata in honorem S. Iosephi Sponsi B. M. V., in ea urbe exstante, quam ad dignitatem cathedralis aedis tollimus. Sive ergo dioecesi Rubribaculensi sive eius sacro Praesuli debita iura et privilegia damus, impositis Episcopo etiam congruis oneribus. Eadem insuper dioecesis atque eius Episcopus metropolitanae Sedi Novae Aureliae eiusque Metropolitae suffraganei erunt. Usque dum autem Rubribaculensis sacrorum Antistes ad nornam iuris Canonicorum Collegium condat, Consultores dioecesanos renuntiari permittimus, qui sua prudentia et ope Episcopo assint. Ad clerum vero quod spectat, volumus ut, his Nostris Litteris ad effectum deductis, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi sint addicti, in cuius territorio vel legitimum habeant beneficium, vel officium, vel domicilium. Mandamus quoque ut documenta et acta, quae novam Rubribaculensem dioecesim respiciant, a Novae Aureliae Curia ad Rubribaculensis mittantur, in condendo tabulario religiose custodienda. Quae nostra mandata exsequenda studebit venerabilis Frater Aegidius Vagnozzi, cuius mentionem fecimus, vel per se ipse vel per alium, dummodo ecclesiastica dignitate exornatum virum. Qui vero rem perfecerit, effectae exsecutionis documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem in Americae Septemtrionalis Foederatis Civitatibus Apostolicae Delegationi praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si

extenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap. Cane, tab., voi CVII, n. 21.

IV

S. MARCI IN GUATIMALA
(GERONTOPOLITANAE)

A dioecesi S. Marci in Guatimala quaedam territoria detrahuntur, quibus nova praelatura « nullius » efficitur, « Gerontopolitana » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laeto auspicio amplificatur Ecclesia sancta, a Christo Iesu illi assimilata fermento quod parvo quidem principio totam massam perfundit *(Matt.* **13, 33), omnes homines scilicet, ut eos cum divino Salvatore, communicata gratia, coniungat. Cuius rei Nobis sunt testimonio preces dilecti Filii Ambrosii Marchioni, Nuntii Apostolici in Guatimala, qui ab Apostolica Sede expostulavit ut, divisa dioecesi S. Marci in Guatimala, nova excitaretur praelatura « nullius ». Quapropter sententia audita venerabilis Fratris Caelestini Michaelis Fernández Pérez, Episcopi S. Marci in Guatimala, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Consistorialibus praepositorum, consensuque eorum suppleto qui hac super re aliquod ius habeant, vel se putent habere, Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur decer-**

nimus ac iubemus. A dioecesi S. Marci in Guatimala totum territorium distrahimus civilis provinciae Huehuetenango nuncupatae, prout nunc lege civili terminatur, ex eoque novam praelaturam « nullius » efficimus *Gerontopolitmam* appellandam, iisdem scilicet finibus ac territorium provinciae quam diximus. Huius autem praelaturae caput atque Praelati domicilium urbs vulgo Huehuetenango cognominata erit ; cuius templum curiale Beatae Mariae Virgini sine labe Conceptae dicatum ad dignitatem templi praelaticii evehimus, cum debitis iuribus et honoribus. Praelato vero Ordinario etiam onera imponimus, quae ad Praesules sui gradus spectare solent. Conditam praelaturam metropolitanae Ecclesiae Guatimalensi suffraganeam facimus; item eius sacrorum Antistes Archiepiscopo eiusdem Sedis subicietur obnoxius. Iubemus praeterea ut educandis pueris, qui ad, sacerdotii munera capienda Dei gratia invitentur, Seminarium saltem minus construatur, ad iuris communis normas et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero ii adoleverint, optimi Romam mittantur ut, Pontificio Collegio Piano Latino Americano recepti, philosophia atque sacra theologia imbuantur. Praelaticiam mensam efficient sive Curiae reditus, sive pecunia quae a populo dabitur, sive denique bonorum pars quae, divisis possessionibus dioecesis S. Marci in Guatimala ad can. 1500 C. I. C, novae Sedi obvenient. Ad clerum quod attinet, his Litteris ad effectum adductis, ea pars quae in territorio eius ecclesiasticum officium aut beneficium habeat, tamquam proprius clerus eidem inscriptus habeatur; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei Ecclesiae addicti maneant in cuius territorio legitime degant. Regimen, administratio praelaturae atque similia iuris Canonici legibus temperentur; omnia postremo acta et documenta ad eam pertinentia vel respicientia quam primum ad eius Curiam mittantur, in tabulario religiose servanda. Ceterum quae per has apostolicas Litteras mandavimus exsequenda curabit dilectus Filius Ambrosius Marchioni, cui omnes potestates agendae rei facimus, cuilibet delegandas, dummodo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Idem documenta exarari faciet eaque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius, cum res peragi debebit, eidem Nuntiaturae Apostolicae praeerit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt,

cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVII, n. 50.

V

SS. CONCEPTIONIS IN PARAGUAY - VILLARICENSIS
(OVIEDOPOLITANAE)

Ex Ecclesiis SS. Conceptionis in Paraguay et Villaricensi quaedam territoria detrahuntur, quibus nova praelatura « nullius » efficitur, « Oviedopolitana » cognominanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quem ad modum ex arbore proficiscitur arbor, quae assiduis agricolae curis et solis ardoribus laetissimos olim, gaudium sane oculorum, et flores novos et fructus feret, ita ex Ecclesiis oriuntur Ecclesiae, novae spei

fontes novar umque virtutum. Quod hodie etiam in Paraquariana Republica fit. Cum enim dilectus Filius Carolus Martini, in ea natione Apostolicus Nuntius, auditis venerabilibus Fratribus Aemilio Sosa Gaona, Episcopo SS. Conceptionis in Paraguay, et Augustino Rodríguez, Episcopo Villaricensi, petiisset ut ibi loci aliam excitaremus praelaturam « nullius », Nos eam rem prospero auspicio fieri existimantes, et preces accipi debere censuimus, et ea quae sequuntur constitui. Apostolica ergo Nostra auctoritate a dioecesi Villaricensi territoria separamus paroeciarum, quas per vulgus N. S. dei Rosario, et Santa Maria Auxiliadora dicunt : hae in urbe Coronel Oviedo sitae sunt ; praeterea Yhu, Caaguazu; a dioecesi vero SS. Conceptionis in Paraguay paroecias detrahimus Ypejhu, Igatimi, et Curuguaty. His autem terris simul sumptis novam praelaturam « nullius » condimus, Owe-*dopolitanam* **appellandam, cuius sedes in civitate Coronel Oviedo erit, cuiusque praelaticium templum proxime aedificantur in honorem B. M. V. a Sacratissimo Rosario; quod debitis iuribus instruimus. Praelaturam hanc suffraganeam facimus metropolitanae Ecclesiae SS. Assumptionis, cuius Antistiti Praelatus Ordinarius Oviedopolitanus item erit obnoxius. Seminarium saltem minus in nova Sede struatur, ad normam legum ecclesiasticarum. Cum autem iuvenes adoleverint, optimi quique Romam mittantur, ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano philosophicis atque theologicis studiis incumbant. Mensa, quae dicitur, praelaticia sive Curiae proventibus efficietur, sive populi collationibus, sive congrua bonorum parte, quae ad normam can. 1500 C.I.C. praelaturae obvenient. Ad clerum quod attinet, volumus ut his Litteris ad effectum deductis, Sacerdotes ei Ecclesiae ascribantur, in qua beneficium aut officium habeant; ceteri vero clerici ei, in qua legitimo degant domicilio. Documenta denique et acta ad novam praelaturam respicientia, vel ad eius cives, vel res, cito eius Curiae mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ceterum, quae his Litteris mandavimus facienda curabit dilectus filius Carolus Martini vel quem ille designaverit, factis necessariis facultatibus. Cum autem res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore Apostolicae Nuntiaturae in Paraquariana Republica praesit, hic iussa Nostra faciet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiica-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die decimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS' Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVII, n. 60.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo « Montis-el-Toro » praecipua caelestis Patrona, una cum Sancto Antonio Abbate, pro tota dioecesi et insula Minoricensi constituitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo graviora fuerunt pericula, eo ,magis Christifidelium marialis pietas saeculis praeteritis fuit tentata ac saepenumero victrix evasit, refulsit fulgentior. Ad Deiparam enim Virginem Mariam, quae « terribilis ut castrorum acies ordinata » ab Ecclesia iure meritoque canitur, Christiani, ab infidelibus pressi at

agitati, fidenter contigerunt. Haud aliter accidit, prout Nobis allatum est, in Insula Minoricensi, ubi incolae, ut se a Saracenorum incursionibus ac depopulationibus, saeculo XIII, eriperent, alta petierunt loca et in summo monte, cui Hispanico sermone « el-Toro » nomen inditum est, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis sacellum pie condiderunt. Labentibus dein saeculis, amplius ac splendidius, Eremitanis Ordinis Sancti Augustini concreditum, Sanctuarium fuit aedificatum. Illuc, mense praesertim Maio, fideles, peregrinantium more, in publicis privatisque aerumnis a Dei hominumque Matre gratias impetraturi gratiasque quam maximas pro acceptis beneficiis acturi, crebri undique conveniunt. Tanta ac tam constans est in ipsam Virginem Mariam de monte ((el-Toro » eorum religio, ut iidem pervetustum ligneum Mariale simulacrum, atrocissimo bello civili saeviente impie violatum ac dein feliciter reiectum, pretiosa aurea corona donaverint et tamquam suam caelestem Patronam iugiter eam habuerint. Quae cum ita sint omnibusque scite perpensis, Venerabilis Frater Bartholomaeus Pascual Marroig, Episcopus Minoricensis, nomine quoque utriusque Cleri, Optimatum omniumque fidelium, enixis Nos adiit precibus, ut una cum Sancto Antonio Abbate, totius dioecesis iam Patrono, eundem Marialem patronatum Apostolica auctoritate benigne firmare ac ditare dignaremur. Ne autem tanta populi pietas congruenti luculentoque careat praemio, quin potius in eandem Virginem amor magis magisque firmetur ac dilatetur, huiusmodi preces excipiendas perlibenter censemus. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « Montis-el-Toro » nuncupatam et intra Minoricensis dioecesis fines veneratam, ipsius ecclesiasticae dicionis *praecipuam apud Deum Patronam,* Sanctum vero Antonium Abbatem *Patronum aeque principalem* confirmamus, seu denuo declaramus, eligimus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt, additaque facultate sollemne eiusdem Deiparae Virginis « Montis-el-Toro » die VIII mensis Maii quotannis celebrandi. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Novembris, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo a Rosario totius Armidalensis dioecesis praecipua apud Deum caelestis Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Vinculum pulcherrimum, quo ima summis, terra caelo iunguntur, ut inter omnes constat Christianos, Mariale Rosarium est iudicandum. Dum enim vitae, mortis et resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, ideoque humanae salutis mysteria ordine recoluntur, cui quidem meditandi officio mirabilis series conciliatioque precum connectitur, arcano quodam consilio fit ut, quotquot Mariam pio serto redimiunt, iidem cum ea devinciantur, non servitutis iugo, sed libertatis sanctae, gloriosae victoriae nodis. Quod aperte declarant maximi Ecclesiae, historia teste, triumphi, siquidem Regina SS. Rosarii rebus christianis labentibus ac prope cadentibus tam tuto praesidio tamque constanti fuit, ut eius nomen idem sonet ac Regina Victoriae. Si vero fines regionesque aspicimus quo, proximis hisce temporibus, Christi fides pervenit, nihil prorsus est dubitandum quin eadem Beatissima Virgo, de errore, de peccato, de humani generis hoste iterum triumphans, novos ibidem suo Filio filios pepererit; immo vero, ut certam Nostri animi sententiam feramus, dicere audemus Marialem religionem, angelicis sacrae corollae salutationibus tamquam gemmis distinctam fulgentibus, effecisse ut Evangelii praecones uberes sui laboris fructus ibidem perciperent. Recte igitur Venerabilis Frater Eduardus J. Doody, Armidalensis Episcopus, opiferae Matris beneficia intuitus et gratias atque ampliora in posterum ea fore confisus, a Nobis petit ut eandem, SS. Rosarii nomine honorifice appellatam, suae dioecesis Patronam constituere ac declarare velimus. Quod votum, rebus omnibus perpensis, celeriter libenterque esse explendum ducimus; qua re, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deli-

beratione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam a Rosario, totius Armidalensis dioecesis praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Novembris, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

S. Sturmius Abbas in Patronum aeque principalem cum S. Bonifatio dioecesis Fuldensis eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Propugnator Fidei merito praedicatur Sanctus Sturmius, qui e Sancti Bonifatii, Germanorum Apostoli eximii, disciplina profectus, christianae veritatis lumen in eorum finium partes invexit, atque magistri sui iussu coenobium Fuldense condidit, cui magna cum fructuum copia praefuit ; etenim id palaestram effecit virtutum monasticarum, castra Christi militum et Evangelii praeconum, sedem litterarum et cultus humanitatis. Itaque, eodem coenobiarcha annitente, Fuldense monasterium permagnis est auctum incrementis, cumulatum muneribus ; qua ex parte commemorandum est id omni iurisdictione episcopali esse exemptum atque ut « filiam specialem Romanae Ecclesiae » uni Apostolicae Sedi esse subiectum ; ubi, temporum decursu etiam episcopalis cathedra est collocata. Hunc igitur Sanctum Abbatem Fuldenses, antiquae gloriae quasi heredes, piis venerantur obsequiis eiusque efflagitant praesidium. Quibus omnibus perpensis, Venerabilis Frater Adolfus Bolte, Episcopus Fuldensis,

Nos rogavit, ut Sanctum Sturmium suae iurisdictionis Patronum aeque principalem cum Sancto Bonifatio, qui ibidem coniectus est sepulcro, renuntiaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Sturmium, Abbatem, caelestem *Patronum aeque principalem* **cum Sancto Bonifatio, Episcopo et Martyre, dioecesis Fuldensis facimus, constituimus, declaramus, omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis, quae huiusmodi Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efilcaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Novembris, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae Beatae Mariae Virg. a gratiis in oppido Sardhana, dioecesis Meerutensis, exstanti, conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

— Titulari episcopali Ecclesiae Hipponensi R. P. D. Antonium Angioni, Antistitem Urbanum, directorem spiritus in Pontificio Seminario Regionali Bononiensi, quem deputavit Auxiliarem Excimi P. D. Hugonis Camozzo, Archiepiscopi Pisani.

die k Iunii. **— Cathedrali Ecclesiae Carolopolitanae R. P. D. Franciscum F. Reh, moderatorem Seminarii, ex archidioecesi Neo-Eboracensi.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Bencennensi R. P. D. Vincentium L Baldwin, Vicarium Generalem dioecesis Petropolitanae in Insula Longa, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Gualteri Philippi Kellenberg, Episcopi Petropolitani in Insula Longa.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thalensi R. P. D. Iacobum Weinbacher, Vicarium Generalem et Canonicum metropolitanae Ecclesiae Vindobonensis, eundemque a Secretis Conventus Episcoporum Austriae, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis König, Archiepiscopi Vindobonensis.

die 5 Iunii. **— Cathedrali Ecclesiae Dunensi et Connorensi Exc. P. D. Villelmum Philbin, hactenus Episcopum Clonfertensem.**

die 6 Iunii. **— Titulari episcopali Ecclesiae Amathusiae in Palaestina R. D. Hugonem Gebermann, sodalem Societatis de Maryknoll pro Missionibus exteris, Praelatum** *nullius* **Gerontopolitanum.**

die 9 Iunii. **— Cathedrali Ecclesiae Monoecensi Exc. P. D. Ioannem Rupp, hactenus Episcopum titularem Arcenum.**

II

CANDIDAE CASAE SEU GALLOVIDIANAE

DECRETUM

De sedis ac cathedrae episcopalis translatione

Restaurata in Scotia per Apostolicas sub plumbo Litteras « Ex supremo » diei 4 Martii 1878 Hierarchia episcopali, pervetusta Ecclesia Candidae Casae seu Gallovidiana ad pristinum decus et formam iterum excitata fuit, eiusque sedes in oppido vulgo « Dumfries » constituta fuit

simulque templum ibidem exstans, Deo in honorem S. Andreae Apostoli dicatum, ad cathedralis ecclesiae dignitatem restitutum.

Ubi vero dioecesis Candida« Casae, per accessionem aquiloniae partis comitatus Aërensis, succrescente in die christifidelium, sacrorum operariorum, ecclesiarum, religiosarum domorum, ac temporalium etiam adiumentorum copia, maxima ceperit incrementa, Excmus P. D. Iosephus McGee, Episcopus Candidae Casae, ut animarum sibi creditarum aeternae saluti satius consideret, ex oppido « Dumfries » in ampliorem aptioremque urbem vulgo ((Ayr » cognominatam, commigravit.

Nuper sane, idem Excmus Episcopus, cum ecclesia cathedralis igni concremata fuerit, vota quoque cleri ac fidelium exprimens, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut cathedra episcopalis ab oppido « Dumfries » ad urbem ((Ayr » transferretur.

Porro Sacra haec Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Exc'mi P. D. Gerardi Patricii 0'Hara, Archiepiscopi titularis Pessinuntini et in Magna Britannia Delegati Apostolici, rata id in bonum animarum cessurum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII sibi tributarum, et suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent :

1) Episcopalem sedem dioecesis Candidae Casae ab oppido « Dumfries » transfert et in urbe ((Ayr » constituit, quam ideo ad civitatis episcopalis fastigium evehit;

2) Item episcopalem cathedram Candidae Casae, in municipio ((Dumfries » hactenus statutam, perpetuo transfert in urbem ((Ayr », eamque ad tempus — id est donec ibidem nova ac splendidior ecclesia erigatur — in templo D. N. Iesu Christo sub titulo Boni Pastoris dicato collocat, quod propterea ad ecclesiae cathedralis dignitatem evehit, cum omnibus iuribus et privilegiis quae cathedralibus ecclesiis ad normam iuris communis competunt;

3) Cathedrale denique Capitulum in praefatam transfert ecclesiam, in qua, ad normam sacrorum canonum, Capitulares divina officia persolvent.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda S. Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Gerardum Patricium 0'Hara deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate con-

stitutum, onere ei imposito ad eandem S. Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 12 Martii 1962.

CAROLUS **Card.** CONPALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

III

ARRETINAE ET BITURGENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Excmus P. D. Telesphorus Ioannes Cioli, Episcopus Arretinus, et Excmus P. D. Dominicus Bornigia, Episcopus Biturgensis, quo melius animarum bono sibi concredita rum consulerent, ab Apostolica Sede nuper expostulaverunt ut dioecesium fines mutarentur in territorio paroeciarum vulgo « S. Maria alia Sovara » et « S. Bartolomeo ad Anghiari » nec non <x S. Maria a Scandolaia » et ((S. Apollinare a Le Ville ».

Sacra igitur Consistorialis Congregatio, rata huiusmodi immutationem spirituali animarum bono vere cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII tributarum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit :

1) ut pars territorii paroeciae vulgo « S. Maria alia Sovara », in municipio quod dicitur ((Anghiari » exstans et ad Biturgensem dioecesim pertinens, ab eadem dioecesi Biturgensi separetur et ad paroeciam ((S. Bartolomeo ad Anghiari », quae in eodem municipio exstat et dioecesi Arretinae subiicitur, adnectatur;

2) ut pars territorii paroeciae « S. Maria a Scandolaia » nuncupatae, una cum ecclesia cui nomen « Guadagni », in municipio ((Monterchi » exstans et ad dioecesim Arretinam pertinens, ab eadem dioecesi Arretina distrahatur et ad paroeciam vulgo « S. Apollinare a Le Ville », quae in eodem loco « Monterchi » est sita et ad dioecesim Biturgensem pertinet, uniatur ; ita nempe ut omnia dictae ecclesiae ((Guadagni »

iura, bona et onera, ad memoratam paroeciam « S. Apollinare a Le Ville)) transferantur simulque omne privilegium aut iurisdictio, quam Ordinarius Biturgensis in praedicta paroeciali ecclesia « S. Maria a Scandolaia » in praeteritum habuit, deinceps in perpetuum ad Arretinum Ordinarium transeat;

3) ut iurisdictio, quam Ordinarius Arretinus hucusque habebat, in cappella S. Francisci ecclesiae — unitae in praesens domui religiosae Sororum Congregationis a S. Maria Coenaculi — in pago vulgo « Montante)) sitae et in municipio « Anghiari » exstantis, deinceps in perpetuum transeat ad Ordinarium Biturgensem, cui pertinet praedicta ecclesia pagi « Montaùto ».

Proinde utriusque dioecesis fines in posterum tales erunt :

1) apud territorium paroeciarum vulgo ((S. Maria alia Sovara » et « S . Bartolomeo ad Anghiari » : ad septentrionem « La Commenda — a monte fabbricati podere " Ronco " » ; ad orientem « Ronco — a monte di Chiuso e di Torchiale — a valle di Val della Pieve e di Fusaiolo — a valle di Carboncione di sotto — incrocio con la strada vicinale della Palaia » ; ad meridiem « strada vicinale della Palaia a mt. 345 a sud-ovest dell'incrocio di detta con la strada comunale del Braccio » ;

2) apud territorium vero paroeciarum vulgo « S. Maria a Scandolaia » et ((S. Apollinare a Le Ville » limites utriusque dioecesis ita definientur : « strada statale di Bocca Trabaría fino all'incrocio con la strada comunale di Scandolaia — strada comunale di Scandolaia fino al ponte di Molino dello Scoglio sul Torrente Cerfone — Torrente Cerfone, direzione est».

Ad haec autem perficienda Sacra Consistorialis Congregatio deputat Excmum P. D. Telesphorum Ioannem Cioli, Episcopum Arretinum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito quam primum remittendi ad eandem Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 mensis Martii 1962.

CAROLUS **Card.** CONFALONIERI, *a.Secretis*

L- m s.

f Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

BUEAËNSIS

(ONITSHAËNSIS - YAOUNDENSIS)

DECRETUM

De mutatione finium Provinciarum Ecclesiasticarum

Cum territorium dioecesis *Bueaënsis,* usque adhuc suffraganea Ecclesiae Metropolitanae Onitshaënsis, ob mutatas rerum circumstantias, Reipublicae, quae vulgo de Cameroun appellatur, nunc pertineat, ab Excellentissimo Domino Sergio Pignedoli, Archiepiscopo tit. Iconiensi atque Apostolico in Media Africa Occidentali Delegato, preces porrectae sunt ut memorata dioecesis inde ab hoc tempore suffraganea fiat Ecclesiae Metropolitanae Yaoundensi.

Quas preces Sacra haec Congregatio de Propaganda Fide benigne excipiens, atque consensu habito quorum interest, vigore facultatum specialium a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Papa XXIII concessarum, dioecesim Bueaënsem, per praesens Decretum, a Provincia Ecclesiastica Onitshaënsi seiungit et Provinciae Ecclesiasticae Yaoundensi adnectit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 5 mensis Iunii a. D. 1962.

GREGORIUS **P. Card.** AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. $ S.

Eduardus Pecoraio, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

Canonizationis Beati Vincentii Pallotti, Confessoris, fundatoris Societatis Apostolatus Catholici.

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.*

Vincentius Pallotti, sacerdos Romanus, virtutes, quarum semina a prima aetate susceperat, ad finem usque vitae apprime excoluit. Fuit enim in eo tenera in Deum ac Deiparam Virginem pietas, una cum summa puritate, poenitentia ac proximi dilectione. Sacerdos factus, et multiplici ministerio occupatus, tanto caritatis aestu sese in proximorum bonum profudit, ut Urbis apostolus uno ore merito salutaretur. Desiderio flagrans, ut omnes homines salvi fierent, Societatem condidit ab Apostolatu Catholico nuncupatam, cuius sodales ex quacumque condicione adsciti operam suam adiutricem sacrae hierarchiae praestarent. Simulque sollemne Epiphaniae Domini Octiduum instituit, quo fideles ad regnum Christi firmandum et ubique dilatandum efficacius excitarentur. Quamquam a Deo donis supernaturalibus insignitus, de seipso tamen demississime cogitabat. Laboribus potius quam aetate consumptus, annum agens quintum supra quinquagesimum, die 22 Ianuarii anni 1850 ad aeterna evolavit praemia.

Sanctitatis et miraculorum fama post eius obitum adeo in dies aucta et diffusa est, ut tandem Causa de beatorum caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Qua super re, servatis omnibus de iure servandis, heroicis virtutibus miraculisque legitime probatis, Pius Papa XII, die 22 Ianuarii anni iubilaris 1950, Venerabilem Vincentium Pallotti in Beatorum album inseruit.

Exeunte vero eodem anno 1950 et subsequenti ineunte 1951, ad novi Beati invocationem duae contigerunt sanationes, quae prodigiosae visae sunt; quare Causa canonizationis die 21 mensis Aprilis a. 1953 resumpta est, atque apostolici processus, ad easdem iuridice cognoscendas, adornati sunt. De hisce autem duobus miris Sanctissimus Dominus

noster Ioannes Papa XXIII, feliciter regnans, die 6 Aprilis anni huius solemni Decreto constare edixit.

Cum igitur omnia, quae ad iuris normam sacrique huius Fori statuta praemittenda essent ad supremos altarium honores Beato Vincentio Pallotti decernendos, expedita atque adamussim praestita essent, hoc unum supererai, ut Sacrae Rituum Congregationis Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores interrogarentur super dubio : *An, stante duorum miraculorum approbatione, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem,* **tuto** *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.* **Quod quidem rite factum est, iidemque tuto id fieri posse unanimi consensione responderunt. Ssmus tamen Dominus noster Ioannes Papa XXIII mentem suam in tanti momenti re aperire distulit, ut interim lumen a Patre luminum efflagitaret.**

Hodierno demum die, salutari oblata Hostia, eadem Sanctitas Sua solemni Decreto pronunciavit *tuto procedi posse ad solemnem Beati Vincentii Pallotti, Confessoris, canonizationem.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii a. D. 1962.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

II

IANUEN.

Canonizationis Beati Francisci Mariae a Camporubeo, Confessoris, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, **tuto** *procedi possit ad solemnem ipsius canonizationem.*

Illud Christi Domini effatum : « *Qui se humiliât, emltabitnr* **x>** *(Mt.* **23, 12), luculentissime comprobatum est in humili fratre laico Beato Francisco Maria a Camporubeo, Confessore, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum. Cuius praeclara ea est laus, quod etsi nullis**

excultus humanis litteris, sed ea tantum instructus scientia quae est propria sanctorum, ex vehementissima caritate progerminans, in fratris laici statu, talem in frequentissima urbe Ianuensi gessit apostolatum, ut nulla unquam vetustas memoriam eius apud Genuenses gratissimam sit abolitura, quam illi non solum suis animis insculptam ferunt, sed etiam insigni erecto monumento perennem effici ac posteris testari voluerunt. Meritissimus quoque Fratrum Capuccinorum Ordo nova gloria decorabitur per Beati Francisci ad supremos altarium honores elevationem, quae magnum allatura est gaudium non tantum eius consodalibus, verum etiam civibus Ligusticis, pro quorum salute ipse Beatus, dira lue urbem Ianuensem depopulante, se ipsum Deo libentissime victimam obtulit.

Eius sanctitatis fama post mortem in dies crescente, beatificationis Causa a Leone Papa XIII anno 1896 introducta est, atque, servatis omnibus de iure servandis, Pius Papa XI die .18 Decembris a. 1922 Servi Dei virtutes heroicas fuisse edixit, eique, miraculis rite approbatis, die 30 Iunii a. 1929 Beatorum caelitum honores decrevit.

Mox autem evulgata est fama de novis signis ac miraculis, eodem Beato Francisco intercedente, a Deo patratis. Quare eiusdem beati viri Causa canonizationis resumpta est die 30 Martii a. 1931, deque duobus miraculis Ssmus Dominus noster Ioannes Papa XXIII constare die 23 mensis Martii anni huius solemni Decreto edixit.

Hoc unum adhuc supererai, ad iuris quidem normam sacrique huius Fori statuta, ut Patres Consultores, Officiales Praelati necnon Emi Cardinales Sacrae Rituum Congregationis interrogarentur, num *tuto* **procedi posse censerent ad Sanctorum honores eidem Beato decernendos. Cui dubio omnes favorabile concors dederunt votum. Beatissimus vero Pater suam in tanti momenti re mentem aperire distulit, ut interim Spiritus Sancti lumen, multiplicatis precibus, uberius sibi daretur.**

Die tandem 7 mensis Iulii anni huius, divino Eucharistico Sacrificio antea litato, edixit *tuto procedi posse ad solemnem Beati Francisci Mariae a Camporubeo, Confessoris, canonizationem.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii a. D. 1962.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 3 luglio 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza l'Onorevole Prof. ANTONIO SEGNI, Presidente della Repubblica Italiana.

Lunedì, 9 luglio 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza l'Onorevole Dott. DIOSDADO MACAPAGAL, Presidente della Repubblica delle Filippine.

Venerdì, 13 luglio 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. MANUEL ULISES BONNELLY FONDEUR, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Dominicana.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 10 aprile 1962, nel Palazzo delle Congregazioni, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione del Beato Antonio Pucci, Confessore, dell'Ordine dei Servi di Maria.**

Martedì, 15 maggio 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su di un miracolo attribuito alla intercessione del Beato Pietro Giuliano Eymard, Confessore, fondatore della Congregazione dei Sacerdoti del SSmo Sacramento.**

Gli stessi Emi e Revmi Signori Cardinali e Revmi Prelati Officiali hanno poi discusso sulla introduzione di Causa del Servo di Dio Leopoldo da Castelnuovo, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

Martedì, 22 maggio 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Luigi Palazzolo, sacerdote, fondatore dell'Istituto delle Suore delle Poverelle.**

Martedì, 12 giugno 1962, nel Palazzo delle Congregazioni, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Andrea Jullien, Ponente o Relatore della Causa di Beatificazione della Serva di Dio Maria di Gesù (Du Bourg), fondatrice delle Suore del Divin Salvatore e di Maria Santissima, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* **nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della stessa Serva di Dio.**

Martedì, 26 giugno 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno dato il loro voto :**

1. su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione del Beato Antonio Maria Pucci, Confessore, sacerdote professo dell'Ordine dei Servi di Maria ;

2. sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Antonia Maria della Misericordia, (Oviedo Schönthal), fondatrice delle Suore Oblate del Santìssimo Redentore.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

9 novembre 1961. S. E. Revma Monsig. Bruno Bernardo Heim, Arcivescovo tit. di Xanto, *Delegato Apostolico in Scandinavia.*

20 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale McGuigan Giacomo, *Protettore delle « Sisters o f St. Elizabeth of the Third Order Regular of St. Francis of Assisi »* **(Humboldt, Saskatchawan, Muenster, Canada).**

25 aprile 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Chiarlo Carlo, *Protettore delle « Figlie di S. Francesco di Sales »* **(Lugo, Imola).**

5 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle « Sisters of the Third Order o f St. Francis* **» (Clinton, Davenport).**

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore della Arciconfraternita dei Bolognesi in Boma.*

21 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Sienas de Xesús de la Caridad* **» (Bilbao).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore delle Suore Mantellate Serve di Maria di Pistoia* **(Roma).**

22 maggio 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M.., *Protettore dell'Istituto « Opera del Divino Amore »* **(Napoli).**

11 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cento Fernando, *Protettore delle « Religiosas Terceras Mercedarias del Niño Jesús »* **(Cordoba, Argentina).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marella Paolo, *Protettore dei « Frères du Sacré Cœur »* **(Roma).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore della « Piccola Missione per i Sordomuti »* **(Bologna).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore della « Institución Teresiana »* **(Madrid).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle Suore « Terziarie Francescane di S. Onofrio »* **(Rimini).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle « Misioneras Cruzadas de la Iglesia »* **(Madrid).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

19 giugno 1959. Monsig. Bacalao Medardo (Valencia, *Venezuela).*
» » » Monsig. Feo Cabrera Michele Angelo (Valencia, *Venezuela).*
» » » Monsig. Miret Giuseppe A. (Valencia, *Venezuela).*
» » » Monsig. Padilla Luigi Maria (Valencia, *Venezuela).*
20 » » Monsig. Castillo Toro Francesco (Caracas).
» » » Monsig. Pérez Cisneros Angelo (Caracas).
26 » » Monsig. Jiménez Hidalgo Giuseppe (Barquisimeto).
» » » Monsig. Moreno Marcelliano (Barquisimeto).
» » » Monsig. Otero Caceres Eriberto (Barquisimeto).
» » » Monsig. Ramos Cordero Omar (Barquisimeto).
29 » » Monsig. Reghezza Giovanni (Caracas).
22 agosto » Monsig. Parra León Mariano G. (Maracaibo).
» » » Monsig. Castellanos Ortiz Luigi (Maracaibo).
21 luglio 1961. Monsig. McEwan Ugo (Glasgow).
6 agosto » Monsig. Cardona P. Bernardo (Medellín).
Monsig. Restrepo U. Eugenio (Medellín).
» » Monsig. Wiedemann T. Victor (Medellín).
8 dicembre Monsig. Aiken Tommaso H. (Los Angeles).
» » Monsig. Clyne Giacomo B. (Los Angeles).
Monsig. Laubacher Aroldo V. (Los Angeles).
» » Monsig. O'Callaghan Michele(Los Angeles).

15	**dicembre**	**1962.**	**Monsig. Garzia Aldo (Nardo).**
	»		**Monsig. Poloway Michele (Philadelphia degli Ucraini)**
»	»	»	**Monsig. Orognale Gabriele (Boma).**
»	»	»	**Monsig. Minuti Lorenzo (Roma).**
23		»	**Monsig. Ramler Francesco (Sankt Pölten).**
»	»	»	**Monsig. Strunz Kurt (Sankt Pölten).**
13	**gennaio**	»	**Monsig. Lind Carlo (Seckau).**
»	»	»	**Monsig. Vollmann Francesco (Seckau).**
3	**febbraio**	»	**Monsig. Wang Puo-M Bonifacio (Peking).**
9			**Monsig. Cottet Fernando (Barcelona).**
17	»		**Monsig. Montgomery Ugo (Birmingham).**
»	»		**Monsig. Mastino Giovanni (Bosa).**
»	»		**Monsig. Pes Giovanni (Bosa).**
	»	»	**Monsig. Pinna Vittorio (Bosa).**
	»	»	**Monsig. Baraldi Corradino (Comacchio).**
		»	**Monsig. Doxie Donald F. (San Diego).**
24	»		**Monsig. Germozzi Adolfo (Fermo).**
		»	**Monsig. Anglade Pietro (Gorizia e Gradisca).**
	»	»	**Monsig. Callegaro Giuseppe (Venezia).**
»			**Monsig. Tramontin Silvio (Venezia).**
. 2	**marzo**		**Monsig. Darcy Aroldo P. (Newark).**
4			**Monsig. Galavotti Pietro (Modena).**
10	»		**Monsig. Spina Fausto (Roma).**
»			**Monsig. Catalano Alberto (Trapani).**
17	»	»	**Monsig. Cantisani Antonio (Policastro).**
»	»		**Monsig. Dattoli Massimino (Policastro).**
	»	»	**Monsig. Gozzi Vincenzo (Policastro).**
24			**Monsig. Bettinazzi Severino (Brescia).**
»	»		**Monsig. Brignani Angelo (Brescia).**
31	»		**Monsig. Salvi Agostino (Bergamo).**
	»		**Monsig. Tosi Sante (Bergamo).**
	»	»	**Monsig. Bonomini Giuseppe (Brescia).**
	»		**Monsig. Raimondi Giuseppe (Catanzaro).**
	»		**Monsig. Oliviero Antonio (Monte Vergine).**
	»		**Monsig. Guerriero Pasquale (Nola).**
»		»	**Monsig. Marone Raffaele (Nola).**
»			**Monsig. Menna Isidoro (Nola).**
»			**Monsig. Pacia Olindo (Nola).**
		»	**Monsig. Ruggiero Andrea (Nola).**
	»	»	**Monsig. De Muri Giovanni (Padova).**
			Monsig. Girardi Matteo Lino (Padova).
»		»	**Monsig. Marinò Francesco (Taranto).**
»			**Monsig. Fidelbo Giuseppe (Termoli).**
»	»	»	**Monsig. Fasano Agostino (Torino).**
	»		**Monsig. Bassi Elio (Udine).**
	»		**Monsig. Scubla Giuseppe (Udine).**
6	**aprile**		**Monsig. Fusi Pecci Odo (Osimo e Cingoli).**
»	»	»	**Monsig. Pieroni Ido (Osimo e Cingoli).**
	»		**Monsig. Polentoni Luigi (Osimo e Cingoli).**

6 aprile 1962. Monsig. Scocco Lnigi (Osimo e Cingoli).
» » » Monsig. Serrani Costantino (Osimo e Cingoli).
14 » » Monsig. Faccini Dino (Luni).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità :

2 marzo 1962. Monsig. Zerbini Giulio (Ferrara).
» » » Monsig. Gualandi Dario (Imola).
» » » Monsig. Mongardi Alberto (Imola).
» » » Monsig. Rossi Roberto (Imola).
» » » Monsig. Sermasi Giuseppe (Imola).
14 aprile » Monsig. Viani Felice (Luni).

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

3 febbraio 1962. Il sig. Clementoni Rolando (Roma).
12 aprile » Il sig. Nattino Arturo (Roma).

Cappellano d'onore **extra Urbem** *di Sua Santità:*

31 marzo 1962. Monsig. Santi Roberto (Modena).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

L'Ordine dello Speron d'Oro :

2 luglio 1962. A S. E. il Prof. Segni Antonio, Presidente della Repubblica Italiana.

Collare dell'Ordine Piano :

4 luglio 1962. A S. E. il Dott. Macapagal Diosdado, Presidente della Repubblica delle Filippine.

La Cran Croce dell'Ordine Piano :

11 giugno 1962. A S. E. Paterno Castello di Carcaci Ernesto, Bali di Giustizia del Sovrano Militare Ordine di Malta.
29 » » A S. E. l'On. Piccioni Attilio, Vice-Presidente del Consiglio dei Ministri e Ministro degli Affari Esteri d'Italia.
4 luglio » A S. E. il sig. Palaez Emmanuel, Vice Presidente e Ministro degli Affari Esteri della Repubblica delle Filippine.

4 luglio 1962. A S. E. il sig. Toda y Toledo Benigno, Ambasciatore della Repubblica delle Filippine presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

4 luglio 1962. Air On. Hechanova Rufino G., Segretario della Stampa della Presidenza e Segretario dell'Industria e Commercio della Repubblica delle Filippine.
» » » All'On. López Salvador P., Sottosegretario agli Affari Esteri della Repubblica delle Filippine.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

11 giugno 1962. A. S. E. il Ten. Gen. Barroso y Sánchez Guerra Antonio, Ministro dell'Esercito di Spagna.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

28 aprile 1962. Al sig. Salmi Mario (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano :

6 aprile 1962. Al sig. Vieri Aldo (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

24 febbraio 1962. Al sig. Pavone Tommaso (Roma).
14 aprile » Al sig. Cappuccio Achille (Arezzo).

La Commenda di san Gregorio Magno, classe civile

7 ottobre 1961. Al Restrepo Jaramillo Giovanni G. (Medellín).
» » Al Restrepo Uride Giorgio (Medellín).
18 novembre Al Campbell-Watson Franco (New York).
8 dicembre Al Bürden Shirley C. (Los Angeles).
» » Al Dunn Carlo J. (Los Angeles).
» » Al McNeil Lorenzo G. (Los Angeles).
13 gennaio 1962. Al Zuccaroli Lamberto (Roma).
» » » Al Ferrari Carlo (Torino).
20 » » Al Quilichini Roberto (Djibouti).
» » » Al Amin Mohamed Kamel *(Repubblica Araba Unita).*
3 febbraio » Al Tapsoba Domenico (Ouagadougou).
» » » Al Kuan Chi-,Yu Paolo (Taipeh).
» » » Al Quarello Luigi (Torino).
24 » » Al Beluschi Luigi (Brescia).
» » » Al Calini Alessandro (Brescia).

24 febbraio 1962. Al sig. Leehi Fausto (Brescia).
» » » Al sig. Chatel Carlo Federico (Paris).
» » » Al sig. Cali Ettore (Roma).
» » » Al sig. Caruso Salvatore (Roma).
» » » Al sig. Di Leo Nicola (Roma).
» » » Al sig. Miccichè Gaspare (Roma).
» » » Al sig. Nigra Carlo (Roma).
» » » Al sig. Viva Riccardo (Roma).
2 marzo » Al sig. Flynn Michele *(Irlanda).*
» » » Al sig. O'Flathartaigh Mairtin *(Irlanda).*
10 » » Al sig. Baldisserra Cesare (Ferrara).
17 » » Al sig. Doumith Michele (Beirut dei Maroniti).
» » » Al sig. Baj Steno (Milano).
» » » Al sig. Boggiali Attilio (Milano).
» » » Al sig. Mariani Bonaventura (Milano).
» » » Al sig. Ogliari Francesco (Milano).
» » » Al sig. Parra vicini Felice (Milano).
» » » Al sig. Rinaldi Cesare (Milano).
» » » Al sig. Villa Rino (Milano).
31 » » Al sig. Coussa Giorgio (Alep dei Melchiti).
» » » Al sig. Santanchè Emidio (Ascoli Piceno).
» » » Al sig. Thaon di Revel Carlo (Torino).
6 aprile » Al sig. Merloni Aristide (Fabriano e Matelica).
. » » » Al sig. Kamel Salah Youssef *(Repubblica Araba Unita).*
14 » » Al sig. Inouye Tatsuo *(Giappone).*
» » » Al sig. Lami Guido (Luni).
» » » Al sig. Merope Gino (Luni).
28 » » Al sig. Bearzi Bruno (Firenze).
» » » Al sig. Inchingolo Giuseppe (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

15 dicembre 1961. Al Conte Nasalli Rocca di Corneliano Carlo (Roma).
» » » Al Marchese Lepri Gaspare (Roma).
» » » Al Conte Sabini Giulio (Napoli).
24 febbraio 1962. Al sig. Filippi Leone (Roma).
2 marzo » Al Magg. De Valera Vivion *(Irlanda).*
» » » Al Col. O'Braonáin Sean *(Irlanda).*
» » » Al Com. O'hUallacháin Brendan *(Irlanda).*
14 aprile » Al sig. Mari Crescenzio (Roma).
» » » Al sig. 'Staiano Serafino (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

15 dicembre 1961. Al sig. Grossi Guglielmo (Roma).
30 » » Al sig. Busser Enrico (Paris).
9 gennaio 1962. Al sig. Van Hove Guglielmo Enrico Uberto (Rotterdam).
» » » Al sig. Vogels Reinier Giovanni (Rotterdam).
20 » » Al sig. Müller Giuseppe (Djibouti).

febbraio 1962, Al sig. Gambardella Antonio (Nocera de' Pagani).
» » » Al sig. Labbé Emilio (Paris).
» » Al sig. Lenthaparambil Pylee M. (Verapoly).
» » Al sig. Cherapanathil Luiz J. (Verapoly).
17 » Al sig. Wylde Aroldo (Adelaide).
» » Al sig. De Jong Alberto Cornelio (Rotterdam).
24 » » Al sig. Fontana Aldo (Molfetta).
17 marzo Al sig. Gariboldi Francesco (Milano).
» » Al sig. Varieschi Enrico (Milano).
» Al sig. Varisco Aldo (Milano).
31 » » Al sig. Hajje Hanna (Beirut dei Maroniti).
» » Al sig. Massaad Edmondo (Beirut dei Maroniti).
6 aprile Al sig. Cagnetti Francesco (Roma).
» » Al sig. Massi Osvaldo (Roma).
14 Al sig. Paolini Giovanni Angelo (Grosseto).
» » » Al sig. Peruginelli Giulio (Grosseto).
» » Al sig. Panconi Ermelindo Giovanni (Luni).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare

31 marzo 1962. Al sig. Moscato Gesualdo (Ragusa).
» Al sig. Pepe Guido (Ragusa).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

3 febbraio 1962. Al sig. Bergerre Max (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

8 dicembre 1961. Al sig. Schulze Erico *(Germania).*
23 » Al sig. Bette-Richard Roberto (Malines-Bruxelles).
» » » Al sig. Boonen Giovanni (Malines-Bruxelles).
» » Al sig. Claes Andrea (Malines-Bruxelles).
» Al sig. Steels Giovanni (Malines-Bruxelles).
» Al sig. Van Haecht Leone (Malines-Bruxelles).
» » Al sig. Van Laethem Edwin (Malines-Bruxelles).
30 » » Al sig. Diez Fernández Paolo (León).
17 gennaio 1962. Al sig. Laverda Giovanni Battista (Vicenza).
» » » Al sig. Zonin Domenico (Vicenza).
27 Al sig. De Peuter Leone (Malines-Bruxelles).
» » Al sig. Nees Gustavo (Malines-Bruxelles).
» » Al sig. Vangi Giuseppe Nicola (Trani).
17 febbraio » Al sig. Farinaro Enrico (Aversa).
» Al sig. Nappa Antonio (Aversa).
» Al sig. San Martino Pietro (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7 ottobre 1961. Al sig. Arango Alvarez Fabio (Medellín).
» Al sig. Arrióla Del Valle Giuseppe (Medellín).

7	ottobre	1981.	Al sig. Beltran Ignazio Angelo (Medellín).
»	»	»	Al sig. Bernal Jaramillo Pietro (Medellín).
»	»	»	Al sig. Cock Quevedo Giorgio (Medellín).
»	»	»	Al sig. Correa Arango Ivan (Medellín).
»	»	»	Al sig. Echandia Gaviria Gabriele (Medellín).
»	»	»	Al sig. Estrada Luigi Carlo (Medellín).
»	»	»	Al sig. González Mesa Enrico (Medellín).
»	»	»	Al sig. Hernández Naranjo Eutimio (Medellín).
»	»	»	Al sig. Londoño Londoño Hernando (Medellín).
»	»	»	Al sig. Londoño Paolino (Medellín).
»	»	»	Al sig. Maya Bernal Bernardo (Medellín).
»	»	»	Al sig. Moreno Londoño Felice (Medellín).
»	' »	»	Al sig. Bobledo Uribe Silvio (Medellín).
»	»	»	Al sig. Toro Escobar Edoardo (Medellín).
»	»	»	Al sig. Uribe Amador Luigi (Medellín).
28	»	»	Al sig. Morgana Salvatore (Piazza Armerina).
8	dicembre	»	Al sig. Köster Giuseppe Bernardo H. ('s-Hertogenbosch).
9	gennaio	1962.	Al sig. Broos Cornelio Giovanni ('s-Hertogenbosch).
13	»	»	Al sig. Klimitsch Ernesto (Salzburg).
27	»	»	Al sig. Marchesi Angelo (Lodi).
»	»	»	Al sig. De Naro Papa Giuseppe (Noto).
»	»	»	Al sig. Kräftner Giovanni (Sankt Pölten).
»	»	»	Al sig. Bus Giuseppe U. (Utrecht).
17	febbraio	»	Al sig. Galletti Antonio (Bologna).
»	»	»	Al sig. Pieri Nazzareno (Pescia).
24	»	»	Al sig. Berbotto Felice (Alba).
10	marzo	»	Al sig. Padoan Vincenzo (Venezia).

NECROLOGIO

22	giugno	1962.	Monsig. Dubuc Enrico Maria. Vescovo tit. di Massimiana di Numidia.
1	luglio	»	Monsig. Migliorini Benigno Luciano, Arcivescovo di Lanciano e Vescovo di Ortona.
7	»	»	L'Emo Signor Cardinale Panico Giovanni, del titolo presbiterale di S. Teresa al Corso d'Italia.
13	»	»	Monsig. Filzer Johann, Vescovo tit di Bararo.
14	»	»	Monsig. Cesbron Auguste Léon A., Vescovo di Annecy.
29	»	»	L'Emo Signor Cardinale Coussa Gabriele Acacio, del titolo presbiterale di S. Atanasio, Segretario della S. Congregazione per la Chiesa Orientale.

An. et vol. LIV 24 Septembris 1962 (Ser. m, v. IV) - N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

QUITENSIS - CONCHENSIS IN AEQUATORE

Fines provinciarum ecclesiasticarum Quitensis et Conchensis in Aequatore immutantur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Venerabilis Fratris Emmanuelis de Iesu Serrano Abad, Archiepiscopi Conchensis in Aequatore, precibus accedere volentes, qui ab Apostolica hac Sede petiit ut aptius disponerentur fines ecclesiasticarum provinciarum Quitensis et Conchensis in Aequatore, Nos, post auditos sive Apostolicum Nuntium in Republica Aequatoriana, venerabilem nempe Fratrem Alfredum Br uniera, Archiepiscopum titulo Claudiopolitanum in Honoriade, sive dilectum Filium Nostrum Carolum Mariam S. R. E. Cardinalem de la Torre, Archiepiscopum Quitensem, sive denique locorum quorum intererat Ordinarios, de sententia dilecti Filii Nostri a Secretis Sacrae Congregationis Consistorialis deque apostolica Nostra potestate, haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. Dioecesim Guarandensem eiusque pro tempore Episcopum a metropolitano iure Archiepiscopi Conchensis in Aequatore subtrahimus atque metropolitano iuri

Archiepiscopi Quitensis subdimus. Item praelaturam « nullius » de EI Oro a provincia ecclesiastica Quitensi distrahimus atque territorio provinciae ecclesiasticae Conchensis in Aequatore adnectimus, ita ut in posterum eadem praelatura eiusque pro tempore Praelatus metropolitano iuri Archiepiscopi Conchensis in Aequatore subiciatur. Quae omnia ut exsequatur Apostolicus Nuntius, quem diximus, curet, vel per se ipse vel per alium, dummodo ecclesiastica dignitate exornatum virum. Quodsi tempore exsecutionis alius eidem in Aequatore Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra .faciat. Qui vero rem perfecerit, congrua documenta exarari iubeat adque Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittenda studeat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undecimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco ꝑ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVII, n. 52.

II

KABGAYENSIS

(ASTRIDAËNSIS)

Ab archidioecesi Kabgayensi detractis territoriis, nova dioecesis conditur « Astridaënsis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Gaudet sancta Mater Ecclesia quotiescumque filiorum agmina novas, Deo dante, capiunt accessiones, eisdemque omnibus auxiliis adesse studet quibus Christus large eam instruxit Regno Dei in hominibus provehendo. Cum igitur a Nobis postulatum sit ut nova in Ruanda dioecesis constitueretur fidelibus curandis qui frequentiores in dies se ad christianam religionem convertunt, id libenter probamus quod Sacrum Fidei Propagandae Consilium faciendum statuit post auditum venerabilem Fratrem Gastonem Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopum titulo Amidenum et Apostolicum in Congo et Ruanda-Urundi Delegatum. Nostra igitur summa et apostolica potestate, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. E territorio archidioecesis Kabgayensis civiles districtus seiungimus quos Astrida et Nyanza appellant, ex iisque novam dioecesim constituimus *Astridaënsem* appellandam, quae iisdem finibus terminabitur ac civiles districtus quos diximus. Nova haec Ecclesia, quam dioecesano clero, quem vocant, regendam committimus, metropolitanae Ecclesiae Kabgayensi suffraganea sit. Eidem eiusque sacro Praesuli omnia iura facimus, onera et obligationes imponimus quae catholici orbis dioecesibus earumque Pastoribus sunt propria. Episcopus autem sedem suam in urbe Astrida cognominata collocabit, cathedram vero in principe aede eiusdem urbis, quam ad cathedralis templi gradum et dignitatem attollimus, cum iuribus congruis. Ad regimen quod attinet, ad Seminarium, ad electionem Vicarii Capitularis, ad cleri populique iura et onera hisque similia Codicis Iuris Canonici normae serventur. Ad mensam autem quod spectat, sive bonis efficietur quae ad archidioecesim Kabgayensem pertinebant, pro rata parte, sive Curiae proventibus, sive denique pecunia quam christianus populus dare solet. Ceterum volumus ut haec Nostra decreta exsequenda curet venerabilis Frater

Gasto Mojaisky-Perrelli, quem diximus, vel qui eo tempore quo ad effectum adduci debeant Delegati Apostolici partes in Congo et Ruanda Urundi impleat, facta potestate alium virum, si opus fuerit, delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui vero rem perfecerit onus habebit novae dioecesis constitutionis documenta exarandi, eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem de Fide Propaganda mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effrcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undecimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ££ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CT II, n. 62.

III,

COQUILHATVILLENSIS

(IKELAËNSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Coquilhatvillensi, nova quaedam dioecesis conditur, « ikelaënsis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Mater Ecclesia, cuius proprium est gentes omnes, quotquot orbem terrarum incolunt, ad Christi fidem adducere, renovare Sacramentis, gratiaque ac veritate regeneratas sistere Deo, Evangelium salutis ubique terrarum praedicare non desistit, neque ab iis abstinet, quae possint christianae religioni proferendae, augendae, amplificandae prodesse. Quam ob rem, cum Nobis preces admotae sint ut, diviso archidioecesis Coquilhatvillensis territorio, nova dioecesis excitaretur, novae spei fons et causa, Nos, id in eius populi bonum esse cessurum existimantes, post consilium petitum a venerabili Fratre Vedasto Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopo titulo Amideno et in Congo et Ruanda-Urundi Apostolico Delegato, de Nostra apostolica auctoritate ea quae Sacra Congregatio Fidei Propagandae fieri censuit probantes, haec quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Coquilhatvillensi districtus, quos vocant, de Ikela et de Bokungu separamus, quos in novae dioecesis formam redigimus, *Ikelaënsis* ab urbe principe appellandae, iisdemque finibus circumscribendae ac regiones quibus constat. Sedes Ecclesiae in eadem civitate erit, in cuius maximo templo cathedra episcopalis collocabitur. Item censemus ut nova dioecesis metropolitanae Sedi Coquilhatvillensi subdatur suffraganea, Patribusque ex Instituto Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu moderanda tradatur. Ad regimen quod attinet, ad Canonicorum Collegium, ad Seminarium, ad electionem Vicarii, Sede vacante, ad cleri denique populique iura et onera hisque similia, normae Codicis Iuris Canonici serventur. Ad mensam autem quod spectat, sive bonis efficiatur quae ad archidioecesim Coquilhatvillensem pertinebant, pro rata parte, sive Curiae proventibus, sive denique pecunia quam populus christianus dare solet. Ceterum volumus ut hae Litterae No-

strae, eius cura qui Apostolicae Delegationi in Congo et Ruanda-Urundi praeest ad effectum deducantur, delegato, si opus fuerit, alio quolibet viro, in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero peracta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die undecimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco gg Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVII, n. 57.

IV

URBIS

Templum S. Athanasii in Urbe ad tituli Cardinalicii Presbyteralis dignitatem evehitur.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Prorsus singularia Orientalis Ecclesiae merita, tot hominum sapientissimorum atque sanetissimorum parentis, quos gloriam Ecclesiae per saecula genuit, id semper effecit ut Romani Pontifices praecipua dilectione et gratia eam prosequerentur, quasi ad lucis or am respicientes a qua aeterni luminis iubar ortum orbem invasit, id unum studentes ut necessitatibus, nomini, gloriae eius apprime responderent. Quod sane cum alia innumera testimonia ostendunt, tum etiam claro marmore templum S. Athanasio, Episcopo Alexandrino, sacrum, a Gregorio XIII, summo totius Ecclesiae Antistite saeculo xvi Romae aedificatum, undique arcessitis structoriae artis magistris, non solum scilicet augendae pietatis gratia, sed etiam ipsius Graecitatis in Urbe colendae causa; et Collegium, ad aedes templi conditum pueris Graecis excipiendis qui sacerdotii munera obirent; et sacra Graecorum more facta; et lingua Graeca in sacris caerimoniis adhibita. Nunc autem, cum pro aucto Patrum Cardinalium numero novus titulus Presbyteralis sit condendus, censuimus Nos haud minimum esse erga Orientalis Ecclesiae filios benevolentiae signum daturos, si templum S. Athanasii, quod memoravimus, in ordinem titulorum Presbyteralium redigeremus, cum iustis honoribus et dignitate. Quod et per praesentes Litteras auctoritate Nostra facimus. Placet ergo templum S. Athanasii in urbe Roma, ad Campum Martium, *titulis Cardinaliciis* accenseri, cum ceterisque aequalem communicare dignitatem. Ceterum, hae Litterae Nostrae eius cura qui ad praesens eidem sacrae aedi praeest, in cleri populique notitiam perferantur, diem festum de praecepto celebrantium. Cuius praeterea rei documenta exarentur, eorumque sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiîcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis,

quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si osten deren tur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. B. E. Cancellario
IOANNES H. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 82.

V

COREANAE

Sacra Hierarchia in Corea constituitur

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fertile Evangelii semen, quod sacri divinae veritatis praecones Christi iussu usque ad ultimum terrae inferendum susceperunt, non modo Spiritus Sancti munere apostolorumque virtute per omnes gentes, et populos atque nationes disseminatum est, verum etiam in nonnullis earum tam profunde radices egit, ut comas et ramos in auras efferens, in arbo-

rem patulam crescerei, ditissimam fructibus. In quibus sane nobilis Corea est, populus semper alacer ad veritatem excipiendam. Quam ob rem, cum visum sit Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando in Coreana Natione catholicam hierarchiam constituere, Nos id censentes posse sanctissimae religionis Christi fines latius proferre, post venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales eidem Sacrae Congregationi praepositos sententiam rogatos, et a venerabili Fratre Xaverio Zupi consilium petitum, Archiepiscopo titulo Serrensi in Proconsulari et in Corea olim Apostolico Delegato, haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. Per has Litteras sacram Hierarchiam in Corea constituimus, res ita disponentes ut tres omnino ibidem exstent ecclesiasticae Provinciae, nempe : *Provincia ecclesiastica Seulensis,* **quae constabit metropolitana residentiali Ecclesia Seulensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est B. Mariae Virgini sine labe conceptae sacrum ; atque suffraganeis dioecesibus : Pyeongyangensi, antehac Vicariatu Apostolico ; Hameungensi, antehac Vicariatu Apostolico ; Chuncheonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est Sacratissimo Cordi Iesu sacrum ; Taeieonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est Sanctae Teresiae a Iesu Infante sacrum ; Inchonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est Sancto Paulo Apostolo sacrum.** *Provincia ecclesiastica Taeguensis,* **quae efficietur metropolitana Ecclesia residentiali Taeguensi, ad hunc diem Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Apparitioni B. Mariae Virginis dicatum ; atque suffraganeis dioecesibus, quae sequuntur : Cheongiuensi, ad hunc diem Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph dicatum ; Pusanensi, ad hunc diem Vicariatu Apostolico, cuius id erit cathedrale templum quod est Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph dicatum.** *Provincia ecclesiastica Kvangiuensis*, **quae fiet metropolitana Ecclesia Kvangiuensi, hactenus Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Sacratissimo Cordi Iesu consecratum; atque suffraganea dioecesi Ieoniuensi, hactenus Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Sacratissimo Cordi Iesu consecratum. Quas omnes circumscriptiones censemus Sacrae Congregationi Fidei Propagandae iuris dictioni pergere esse obnoxias. Quandoquidem autem sacri Praesules, qui adhuc Vicariatibus praefuerunt, acri studio in eo omnes allaboraverunt ut christianam late fidem proferrent, non modo eos publice**

gratias referimus, verum etiam ad residentiales Sedes transferri statuimus, ita ut : in Provincia ecclesiastica *Seulensi* **venerabilis Frater Paulus Kinam Ro a Sede titulo Oolbasensi ad metropolitanam Ecclesiam Seulensem traducatur; venerabilis Frater Franciscus Hong Takeoka a Sede titulo Auziensi, ad cathedralem Ecclesiam Pyeongyangensem ; venerabilis Frater Thomas Quinlan a Sede titulo Furnitana maiore, ad cathedralem Ecclesiam Chuncheonensem ; venerabilis Frater Hadrianus Larribeau a Sede titulo Dusensi, ad cathedralem Ecclesiam Taeieonensem ; venerabilis Frater Villelmus I. McNaughton a Sede titulo Thuburbitana, ad cathedralem Ecclesiam Inchonensem; in Provincia ecclesiastica** *Taeguensi,* **venerabilis Frater Ioannes Baptista Sye Bong-Kil a Sede titulo Chomatitana ad metropolitanam Ecclesiam Taeguensem transferatur ; venerabilis Frater Iacobus Vincentius Pardy a Sede titulo Irenopolitana in Isauria, ad cathedralem Ecclesiam Cheongiuensem ; venerabilis Frater Ioannes Choi a Sede titulo Fussalensi, ad cathedralem Ecclesiam Pusanensem; in Provincia ecclesiastica** *Kvangiuensi,* **venerabilis Frater Haroldus Henry a Sede titulo Corydalensi, ad metropolitanam Ecclesiam Kvangiuensem ; venerabilis Frater Petrus Han Kong-Ryel a Sede titulo Sagalassensi, ad cathedralem Ecclesiam leoniuensem. Ad Sedem Pyeongyangensem quod attinet, quoniam eius Praesul venerabilis Frater Franciscus Hong Takeoka in novissimo bello Coreano dispersus est, dilectum Filium Georgium M. Carrol e Societate de Maryknoll pro Missionibus Exteris Apostolicum Administratorem nominamus eius dioecesis, qui fuit hactenus Administrator Apostolicus eiusdem nominis Vicariatus, ad Nostrum scilicet et huius Romanae Sedis nutum, quoad per Nostram auctoritatem fuerit aliter provisum. Item, quia rerum adiuncta impediunt quominus Sedis Hameugensis proprius Episcopus renuntietur, eius dioecesis dilectum Filium Timotheum Bitter Ii Apostolicum Administratorem creamus ad nutum Sanctae Sedis, e Congregatione Ottiliensi Ordinis Sancti Benedicti pro Missionibus Exteris, qui fuit hactenus Vicariatus Hameugensis Apostolicus Administrator. De Canonicorum autem Collegio in unaquaque dioecesi condendo, de Seminario, de mensa episcopali, quae dicitur, de regimine atque electione Vicarii Capitularis, Sede vacante, id decernimus quod sive leges ecclesiasticae statuunt, sive Sacra Congregatio Fidei Propagandae censuit. Ceterum hae Litterae Nostrae, eius cura qui tempore exsecutionis munere Apostolici Delegati in Corea fungetur ad exitum adducantur cum omni facultate ad rem necessariam ; si autem res exigat,**

etiam per alium id fieri poterit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Negotio vero peracto, documenta exarentur, eaque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 20.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo, ab origine Immaculata, Congregationis Sanctissimi Redemptoris praecipua Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Laudum praeco aemulusque virtutum Beatae Mariae Virginis S. Alfonsus Maria de Ligorio recte appellanda esse videtur, cum eam non solum singulari honore atque observantia summa, toto vitae curriculo, coluerit, sed scriptis et exemplis et adhortationibus tum rudibus agrorum incolis, tum civibus expolitis, maxime vero a se conditae Congregationis sodalibus numquam persuadere desierit ad eam amandam imitationeque consequendam. Is enim, quippe qui efficacissimas ad salutem esse preces putaret saepiusque asseveraret, divinae Matri magnopere confidebat; qua re absolutum eius patrocinium tuitus est, et quo tempore viri, rerum divinarum periti, de purissimo Virginis ortu disputabant, erudita doctoris sapientia itemque pio filii amore, suam ferre sententiam non dubitavit atque Immaculatam Conceptionem « proxime definibilem » renuntiavit. Ita quidem factum est ut Congregationis Sanctissimi Redemptoris sodales, Patris vestigia persecuti ac naturali quodam animi motu impulsi, mirifico tenerentur Immaculatae Virginis studio. Qui, simul ac societatem inierunt, eandem, insigni huiusmodi titulo consalutatam, praecipuam sibi Patronam uno ore eligere voluerunt, quin etiam se eius Festum sollemniter esse peracturos, confectoque sacrorum studiorum cursu, votum quoque, ut idem defenderent privilegium, esse nuncupaturos sunt polliciti. Tum denique, saeculo undevicesimo ineunte, ab hac Apostolica Sede impetraverunt ut propria Praefatione et Officio pariter proprio, ritu sollemniore, in eodem Festo sibi uti liceret. Nunc vero, cum marialis pietas cum Congregationis historia veluti conglutinata videatur, eiusque sanctis inceptis aperte faveat, probandas sane et excipiendas esse putamus preces dilecti filii Superioris Generalis et Rectoris Maioris eiusdem Congregationis, qui omnium nomine sodalium, a Nobis petiit, ut, pro Nostra auctoritate, ratum faceremus Immaculatae Virginis patrocinium. Quae cum ita sint, ad huiusmodi provehendum

cultum, ad spiritualem Religiosi Instituti profectum fovendum, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Virginem Mariam, ab origine Immaculatam, praecipuam apud Deum totius Congregationis Sanctissimi Redemptoris caelestem *Patronam* **confirmamus seu declaramus et constituimus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis Coetuum Religiosorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX **mensis Ianuarii anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo « a Perpetuo Succursu » omnium Hispaniae medicorum Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Tantos hisce temporibus ars medendi, quasi nos laetissimus, effecit processus, ut quae antea individuo doctrinae studio comprehendi concludique posse videretur, varia ac multiplex nunc sit iudicanda. Neque vero est dubium quin prosper huiusmodi eventus hominibus omnium fere gentium debeatur, qui, collatis ingenii viribus, novas efiicacioresque rationes invenerunt ad bonam valetudinem servandam vel restituendam. Medicinam igitur excolere nobilissimum est officium ac maxime egregium, religiosum quiddam complectens : qui enim corporibus medentur, totius hominis saluti ac vitae necessario consulunt, dumque morbis depellendis dant operam, animi dolores aegritudinesque leniunt. Quocirca eo aptius medici suo mini-

sterio fungi poterunt, quo clarioribus virtutibus ac dotibus se ornatos praebebunt; praeter quippe rei medicae prudentiam, ea opus iisdem sunt quae comitas morumque suavitas seseque devovendi studium vocantur, vel potius, ut proprio Christianae religionis verbo utamur, caritas. « Super omnia autem haec — ita cum Apostolo eos monere liceat — caritatem habete, quod est vinculum perfectionis » *(Col.* 3, lá). Cum haec ita sint, patet horum virorum coetus, egregie de humana societate méritos, caelesti egere praesidio ut gravissimis officiis satisfaciant. Mens enim et manus superna quadam vi ducantur necesse est, cumque non sit semper in medico ut aeger relevetur, ubi quidem humana scientia deficit, ibi fides adsit precesque adhibeantur pariter est necesse. Hisce de causis, Hispanicos medicos putamus salutare iniisse consilium, cum sponte ac pie suam elegerunt Patronam Beatam Maria Virginem a Perpetuo Succursu. Quia vero Collegia Medica totius Hispaniae per dilectum filium Antonium De Soroa Pineda, eruditum medicinae doctorem, Nos rogaverunt ut huiusmodi electionem ratam haberemus, has preces, ampla dilecti Filii Nostri Henrici S. R. E. Presbyteri Cardinalis Pia y Deniel, Toletani Archiepiscopi, commendatione accedente, libenti animo admittere statuimus. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem a Perpetuo Succursu praecipuam apud Deum omnium Hispaniae medicorum caelestem *Patronam* confirmamus, seu iterum declaramus, facimus et constituimus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Februarii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad singulos Catholicae Ecclesiae Episcopos, adventante Concilio Oecumenico Vaticano II.

Venerabilis Frater Nobis dilectissimo.

Omnes sane vident oportere prorsus, quo magis admoveatur Concilium Oecumenicum Vaticanum II, eo incensiore pietate christifideles Spiritui Sancto Paraclito supplicent, ut iis sua virtute suisque consiliis adsit atque aspiret, qui apparant et accurant gravissimum hunc eventum, cui undique terrarum commoto animo praestolantur quicumque christiano nomine censentur.

Hac de causa, Adhortatione *Sacrae laudis* **haud multo ante data, clero universo suasimus, ut** *Divinum Officium,* **quod vocant, recitarent ea mente, ut idipsum a Deo impetrarent. Atque nuntii, qui ad hunc diem ad Nos delati sunt, palam testantur, sacerdotum animos Adhortatione hac Nostra ad fiagrantioris pietatis studium esse incitatos. Antea vero atque adeo prius, eidem Nos rei studentes catholicis universis precationem cotidie fundendam subiecimus. Neque ullam, quemadmodum est tibi exploratum, amittimus occasionem ad id hortandi omnes Ecclesiae filios, sed magis pueros, aegrotos ac dolore affectos, ut benignissimo Deo suas preces suosque dolores ad hanc eandem rem magno animo dedicent.**

Episcopi animum ad Concilium Oecumenicum componant

Attamen, ut aequum est, ad hoc praecipue mens et cogitatio Nostra spectat, ut ad eventum hunc summi momenti Episcoporum animi omnino inclinentur, utpote quorum sit, cum Romano Pontifice, et suam operam Concilio navare, et Concilii onus pro sua quisque parte in se recipere. Quod quidem consilium Nos ad eiusmodi sane movet erga te benevolentiae atque confidentiae specimen dandum, quod, quamvis extra sit Apostolicae Sedis consuetudinem, tibi tamen fore acceptum non dubitamus; quippe quo gaudium iam nunc tibi significare velimus, quo nominatim afticiemur, proximo Octobri mense ineunte, cum omnes catholicos Episcopos paterno tamquam amplexu comprehendemus.

Porro haec Epistula Nostra eo pertinet, ut pariter singulis Episcopis

gratum declaremus animum Nostrum de navata ad hoc tempus Concilio comparando opera, cuius rei praeclaro testimonio sunt plurima volumina, quibus *Acta et Documenta* **est inscriptio; ut pariter eosdem Episcopos ad hoc arrigat, ut potissimum vitae sanctimonia se ad Concilium componant : id cum animo reputantes, se hac una posse ad grandis huius eventus successum adiuvare, atque pro rata parte ad illud conferre, ut catholica Ecclesia se hominum consortioni Christi Sponsam offerat** *sanctam et immaculatam.*[1]

Iamvero, iis Pontificalibus actis, quae recens ad Episcopos praesertim data sunt, numquam neque sacri Pastores neque greges iisdem concrediti ad vitae integritatem non incitantur; quamquam certe Pastores putantur iam Christi boni Pastoris vivam imaginem imitatione rettulisse, atque adeo forma et exemplum ovium suarum esse facti.

Sed secus atque aliae, haec Epistula Nostra, non ad Episcopos generatim omnes, sed ad singulos mittitur, ut quandam quasi amicitiae coniunctionem eorum unicuique ostendat, quae est familiarium epistularum propria.

Suaves Christi Vicarii cum Episcopis consuetudines

Quod ut praestaremus, Venerabilis Frater, ab Nostro ipsorum ante actae vitae usu esse profectum fatemur. Omnino enim tibi duo haec esse perspecta arbitramur : et legatione ab Apostolica Sede in variis orbis terrarum partibus fungi, curis ac difficultatibus non vacare, et Crucem, quam cuiusvis dioecesis Pontifex supra pectus gestet, non honoris dumtaxat esse indicium. Itaque longam annorum seriem memoria repetentes, qui intercedunt a die undevicesimo mensis Martii anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, cum Episcopali dignitate aucti sumus, ad diem duodetricesimum mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo octavo, cum, licet meritis impares, ad Petri Cathedram evecti sumus, id gratiae apponimus Summis Pontificibus, quod saepius epistulis vel singularibus vel communibus missis, Nobis episcopale munus sive ineuntibus sive sustinentibus levamen et incitamentum addiderunt. Ex quo facile conicis, qua Nos animi affectione accepissemus grave eiusmodi invitamentum ad vitae sanctimoniam, si ad Nos a beati Petri Successore datum esset, cuiusdam Concilii Oecumenici gravi horae momento appetente.

[1] **Cfr.** ***Eph.*** **5, 27.**

Nunc autem id genus adhortationem ad singulos Fratres Nostros in ordine Episcoporum adhibemus, sive in orientis sive in occidentis oris aetatem iidem degant. Faxit utinam Deus, ut haec Epistula ad singulos omnes, ad quos spectat, pervenire possit !

Non est sane incompertum Nobis qnantis curis, quantis sollicitudinibus, quantis incommodis muneris sui causa Episcopus haud raro afflictetur; vel ab amicis quandoque vacuus, quibuscum aegritudines suas communicet. Neque inscii sumus aliquando in ipsis operis sui sociis Episcopum nullos invenire posse, a quibus ipsius animus aut erigatur, aut instimuletur ad dolorem pacate ferendum, a solo Deo ope et solacio petitis. Huc accedit quod ipsa pietatis adiumenta, quae Episcopus una cum suis sacerdotibus quaerit — cuiusmodi sunt sacrae exercitationes religionis causa susceptae — plerumque suis ipsius necessitatibus satis esse nequeunt, cum in eiusmodi rerum adiunctis is potius aliis quam sibi vacare quodammodo cogatur.

Episcopalis dignitas verbis S. Pauli Ap. illustrata

Quoniamque hoc idem Nobis, vicaria Christi potestate in terris fungentibus, ab ipsis Episcopis quasi filiorum more creditum comprobatumque est, opinamur propterea paterno hoc nuntio Nostro non parum ipsos incendi ad illius sanctimoniae studium, quae eos, utpote Apostolorum successores, omnino decet. In quam rem locus ille Pauli Apostoli apte cadere videtur, quem primo dominico die Quadragesimae legimus, sacris ad altare operantes : *Adiuvantes autem cohortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis;* [2] **ubi dilucide gratia Episcopis impertita significatur, cuius vi iidem in Ecclesia et** *ministerio,* **et** *magisterio,* **et** *regimine* **funguntur; quemadmodum hac interpretatione continetur S. Ignatii Antiocheni :** *Omnes Episcopo obtempérate, ut Iesus Christus Patri; et presbyterio, ut apostolis; diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Separatim ab Episcopo nemo quidquam faciat eorum quae ad Ecclesiam spectant** [3]

E quibus verbis magnifice Episcoporum elucet dignitas, quam iidem veluti cotidiano oportet incremento augeant. Quodsi quandoque ita adversa rerum condicione eorum animi afficiantur, ut, non secus atque Apostolos, extremis Christi cruciatibus et morte territos, eos praesens metus incedat, iidem aures merito commodent Paulo monenti : *Ait enim* **(Do-**

[2] ***II Cor.* 6, 1-10.**

[3] ***Smyrn.* 8, 1; F. X. Funk, *Patres Apostolici,* 1 282, Tubingae 1901.**

minus) : *tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te;* [4] **itemque subicienti :** *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*[5]

Verum, quo tempore Concilium Vaticanum paratur, eodem opus est Episcopi largius in se divinae illius gratiae copiam derivent, Pentecostes die e caelo delapsae, cuius pignus certum *per impositionem manuum* [6] **acceperunt.**

Id autem quibus viis Episcopi consequantur, perspicue, graviter, accommodate docet gentium Apostolus; qui postquam monuit ea omnia diligentissime declinanda esse, quae ab Episcoporum dignitate abhorreant, eos hortatur magnopere, ut e contrario eiusmodi virtutum specimina edant, quae et cum suo ipsorum munere congruant, et vel eorum permovere possint animum, qui aversi ab Ecclesia sunt : *sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia.*[7] **Quas hortationes alia sequuntur monita, quae si quis per se ipse mente volvat, magno eidem fructui esse poterunt.**

Sed multa etiam de difficultatibus et aerumnis Paulus Apostolus praecipit, e quibus non mediocre solacium Episcopos capere in hoc rerum statu posse censemus ; siquidem nullus de Episcopis in suo sustinendo munere, *tribulationes, necessitates, angustias* [8] **non est expertus. Quin etiam fieri potest, ut alicubi Deus arcano suae mentis consilio sinat rerum casus in extremo versari; in quibus tamen, qui de ipsius Dei providenti praesentique ope plane plurimum confisi fuerint, profecto videbuntur** *quasi tristes, semper autem gaudentes.*[9]

Undenam pastoralis muneris fructus exspectandi

Qualiscumque vero erit rerum temporumque cursus, Episcoporum munus nequaquam uberes poterit fructus proferre, nisi iisdem — utpote qui *sacrorum Antistites* **proprio nomine vocentur — curae sit, suos labores crebra precatione tamquam suavi rore perfundere. Atque in primis divinae gratiae ubertatem e sacrosancto altaris Sacrificio ii hauriant opus est, quo maxime sparsi a Christo Sanguinis pretium ad hominum adhibetur animos. Ad haec, ex eodem Sacrificio, per quod quivis sacerdos in mysticum Christi quasi complexum venit, non potest**

[4] ***II Cor.* 6, 2.**
[5] ***Ibid.***
[6] ***II Tim.* 1, 6.**
[7] ***II Cor.* 6, 4.**
[8] **Cfr. / /** ***Cor.*** **6, 4.**
[9] ***II Cor.* 6, 10.**

quin Episcopus piam levationem inveniat, si praesertim mente religiosissima sacris operetur, si animo se ad id sancte comparet, si debitas postea immortali et clementissimo Deo gratias persolvat. Nam si pietate erga augustissimum Eucharistiae Sacramentum certa et propria veluti nota christifideles apprime pii et probati distinguuntur, quomodo id ipsum Sacramentum incensissima pietate non colant Episcopi, ex eo, tamquam e praecipuo fonte, hausturi gratiam, solacium, vim, serenitatem? Quomodo iidem ad Sacramenti augusti sacrarium sitienter non exoptent confugere atque consistere, requietis cupiditate incensi, in increbrescentibus sui officii curis et laboribus?

De reliquo, praeterquam e divino Sacrificio, pietatis incitamenta capere potest Episcopus, cum ex *Horariis precibus,* **de quibus in Adhortatione** *Sacrae laudis* **ad omnes sacerdotes scripsimus, tum e religionis officiis in can. 125 C. I. O. commemoratis, quibus sine ulla dubitatione Dei amor in animis alitur atque inflammatur.**

Haud quidem raro contingit, ut a te, Venerabilis Frater, huiusmodi normae, sapientia plenae, in cleri tui memoriam revocandae sint, ex quibus materna patet Ecclesiae sollicitudo vehementer cupientis, ut sacrorum administri sancti sint aliosque sanctos efficiant; atque tibimetipsi usu cognitum est, has adhortationes clero adhibitas, te saepe ad diligentiorem tui ipsius censuram suaviter impulisse.

Sacerdotes et christifideles pastoralibus curis tuis concrediti magno cum animi solacio Pastorem suum cernunt ad sanctitudinem adipiscendam omnibus contendentem viribus, ut ceteris exemplo praeeat ; eius enim sunt muneris partes et ad altare Dei ovium suarum personam gerere, et gregis sui nomine preces et dona Deo exhibere *in odorem suavitatis.* **Episcopus, qui sanctus sit, sine dubitatione commissos sibi sacerdotes ad sanctitatem perducet ; quorum vicissim sancti mores fieri non potest quin ad universae dioecesis religiosum profectum redundent. Quodsi non statim salutares fructus percipi possint, secundum illam Ohristi Domini sententiam :** *Alius est qui seminat et alius est qui metit,*[10] **nihilominus gaudium erit in caelo ob praemium iis paratum, qui in terris cum lacrimis seminaverint.**

Postrema vota atque piae hortationes

Iam propius accedit Feria v in Cena Domini, quae a catholico sacerdotio, eo die instituto, *dies sacerdotalis* **appellari consuevit; at**

[10] *Io.* 4, 37.

diem episcopalem illum verius nuncupari posse putamus, cum Christus Iesus tunc Episcopos consecraverit Apostolos suos, quorum Ecclesiae Pastores legitimi sunt successores. Quapropter benignissimo Dei providentis consilio tribuimus, quod eodem die liceat Nobismetipsis episcopali dignitate duodecim Sacri Cardinalium Collegii membra ex Ordine Diaconorum augere. Quae quidem episcopalis dignitas procul dubio munerum nobilitatem granditatemque manifestius ostendet, quae tripertito Patrum Cardinalium Ordini delata sunt, cum ipsorum sit Vicario Christi proximam navare operam in universae Ecclesiae regimine.

Atque magnam illius diei laetitiam iam nunc animo praecipimus. Quin etiam in optatis Nobis erat — nisi sacrorum rituum diuturnitas aliud suasisset — coram novis duodecim Episcopis genibus niti atque, Christi Domini exemplum secutis, eorum lavare pedes.

Tunc ultro libenterque tui quoque, Venerabilis Frater, recordabimur, plane confisi fore, ut et ipse, sacerdotum tuorum corona stante, eodem die tuis precibus preces beati Petri Successoris rependere velis, ac simul supplicationes Deo admovere pro iis sacrorum Antistitibus, quorum pastoralis actio, ob tristes suae nationis condiciones, vel in discrimen adducitur vel praepeditur.

Nunc vero Epistulae huic Nostrae finem facere cupimus, his Pauli Apostoli verbis usi : *Os nostrum patet ad vos; cor nostrum dilatatum est.*[11] Animus enim Noster iucundo afficitur solacio, dum oculis obversatur mirandum illud unitatis, se devovendi studii ac pastoralis sollertiae spectaculum, quod, appetente Concilio Oecumenico, a sacris totius catholici orbis Antistitibus praebetur.

Non desunt profecto sollicitudinis causae atque difficultates, quibus, uberioris ex]nationis causa, electos suos providentissimus Deus vexari sinit; verumtamen hodie cernere est unam, sanctam, catholicam, apostolicam Ecclesiam sive amplissima apud omnes auctoritate florere, sive firmissima eiusdem fidei unitate praestare, dum admirandum in modum religiosiores Ecclesiae filii oboedientia et caritate excellunt.

Haec tecum communicare Nobis placuit, Venerabilis Frater. Deiparae autem Virgini caelestique Matri nostrae, quam *Auxilium christianorum, Auxilium Episcoporum* invocare solemus, supplices admovemus preces, ut quae tibi per hanc Epistulam suasimus, ea omnia feliciter effecta dentur; pariterque deprecatorem apud Deum adhibemus Sanc-

[11] *Cor.* 6, n.

tum Ioseph, cuius praesenti tutelae universa catholica Ecclesia proximique Concilii exitus concredita sunt.

Cum denique Nobis persuasum habeamus vires officiorum gravitati impares esse, ad Omnipotentem Deum confugimus, auxilium imploraturi, praeclaram usurpantes precationem, quam in libro, cui index *De Imitatione Christi,* **scriptam legimus, atque Episcoporum necessitatibus aptamus :** *Adiuvet nos gratia tua, omnipotens Deus, ut qui officium episcopale suscepimus, digne ac devote tili in omni puritate et conscientia bona famulari valeamus. Et si non possumus in tanta innocentia vitae conversari ut debemus, concede nobis tamen digne fiere mala, quae gessimus; et in spiritu humilitatis, ac bonae voluntatis proposito, tibi ferventius de cetero deservire.*[12]

Implorati autem caelestis praesidii pignus esto Apostolica Benedictio, quam singulari caritate largimur tibi, Venerabilis Frater, itemque clero et populo tuae vigilantiae creditis, ad quos tuae Nostraeque preces atque sollicitudines feruntur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Aprilis, die Dominico a Palmis appellato, anno MDCCCCLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

II

Ad E.mum P. D. Eugenium S. R. E. Cardinalem Tisserant, Episcopum Ostiensem, Portuensem et Sanctae Rufinae, quinque a suscepta episcopali dignitate lustra implentem.

IOANNES PP. XXIII

Quamvis religiosam mentem decet beneficia numquam silere caelestia, quibus nulla dies, nulla hora nullumque temporis punctum carent, tamen sollemnes anniversariae celebrandae memoriae eam iure merito adigunt, ut in laudem Dei effusiores grates persolvantur.

Hoc tibi, Venerabilis Frater Noster, mox feliciter continget, qui quinque a suscepta episcopali dignitate lustra condes.

Quod quidem sollemne ut iucundiore luce fulgeat tibi et iis, qui in tuae invitabis communionem laetitiae, benevolentiae Nostrae obsecundantes affectui, per huiusmodi nuntium quasi animo praesentes, tibi cuncta fausta, candida, salutaria optamus et cupimus, haud sine gratulatione et bonae existimationis praeconio.

[12] **Cfr.** ***De Im. Chr.,*** IV, **cap.** VI, **7.**

Enimvero Episcopus Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae in exemplum pastorale munus actuose gessisti. In cogitando sagax, in perficiendo efiicax, consilio prudens, navitate magnificus, christianae disciplinae et vitae gregis curis tuis commissi bene consuluisti et opera, quae in rem adduxisti, religioni magno usui sunt et in posterum quoque fidei studium loquentur, quo eadem excitasti et foves.

Dato hoc tempore, caelestia tibi auxilia uberrima invocamus, ut magis magisque fidelis sis minister Christi et dispensator mysteriorum Dei, ac firmus fide, spe alacer, caritate fervens, de catholica re ac praesertim de gregis tui profectu egregie merearis. Pignus amoris haec feliciter precantia accipe vota, quae pectori tuo dulciter inhaereant et rutilantiorem flammam piis desideriis indant et ingerant.

Quo autem salutarior vicesimus quintus episcopatus tui natalis contingat, id tibi facultatis facimus, ut, quo volueris die, adstantibus christifidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenaria Indulgentia proposita.

Nihil denique Nobis restat, nisi ut tibi, Venerabilis Frater Noster, et sollerti Antistiti Auxiliari tuo cunctoque gregi, moderationi tuae commisso, Apostolicam Benedictionem libenti volentique animo impertiamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Iulii anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

III

Ad E.mum P. D. Ferdinandum tit. S. Eustachi! S. R. E. Presb. Cardinalem Cento, quem Legatum eligit ut Abulae in Hispania religiosis caerimoniis praesideat, quarto saeculo exeunte ab inchoata a S. Teresia a Iesu Ordinis Carmelitarum renovatione.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Causa praeclara, quae ad pietatis rationes pertinet tota, Nos movet, ut hasce ad Te, Dilecte Fili Noster, Litteras demus, quibus et munus Tibi credamus eximium et in consortium Te vocemus gaudii spiritualis. Etenim quattuor mox saecula abibunt, ex quo S. Teresia a Iesu, sacra virgo praeclarissima et Ecclesiae lumen singulare, Abulae in Hispania Ordinis Carmelitarum renovationem inchoavit, opus aggressa immensum pio-

rumque fructuum feracissimum ; scilicet die xxiv mensis Augusti anno MDLXii primum monasterium, quod -g. Ioseph, almae Deiparae Sponso, esse voluit sacrum, extra eiusdem urbis moenia constituit, ubi austerius vitae genus moniales Oarmelitae obirent.

Quam ob saecularem memoriam Abulae, ut ad Nos allatum est, celebratio sollemnis agetur, cui sacrorum Antistites, publicae rei Moderatores, Ordinis Carmelitarum sodales, legiferae matris suae triumpho suaviter affecti, aliique intererunt plurimi. Atque Nos ipsi, eadem sollemnia aliquo modo participare cupientes, precibus Carmelitarum Discalceatorum Ordinis Praepositi Generalis, ut Purpuratum Patrem eo mitteremus, Nostram veluti gerentem personam, libenti obsecundavimus animo. Quam ob rem Te, Dilecte Fili Noster, qui eiusdem Ordinis agis Patronum, Legatum Nostrum hisce Litteris eligimus ac r enuntiamus, ut auctoritate Nostra religiosis caerimoniis illis praesideas.

Quae quidem indicta sacra celebritas efficit, ut suavi recordatione recogitemus de memorabili vitae Nostrae eventu : die enim xxv mensis Iulii anno MCMLIV Abulense Monasterium ab Incarnatione appellatum invisimus, ubi nobilis haec Christi alumna ad virtutum certamen se comparavit, atque in urbe « Alba de Tormes », ante eius sepulcrum sistentes, pietatis intimos sensus lectissimae Caeliti pandimus.

Teresianum vero inceptum meritis est congruisque celebrandum praeconiis festisque ritibus commemorandum. Nam vitae religiosae instauratio, e vetere et inclito veluti stipite Ordinis Carmelitarum enata, quam mirabilis virgo perfecit, quasi floriferum ac suave redolens ver in Ecclesia fuit ; quod ea exstitit aetate, qua Concilium Tridentinum novis incrementis nomen catholicum adauxit.

Haec igitur divini amoris vulnere saucia monialis, cuius laudes plures Decessores Nostri, imprimis Gregorius XV et S. Pius X, amplissimis verbis dixerunt, sibi statuit alta et excelsa, quae Ordini suo essent proposita, sanctius et accuratius servare et servanda curare, congregatisque nonnullis sacris virginibus, tanti operis initium, Deo impellente, tunc temporis fecit : scilicet eo contendit, ut procul a saeculi inani strepitu fluxisque studiis uni Deo in sacro recessu animique solitudine deserviretur, ut divinarum rerum contemplationi, maxime ei rationi precandi, quae recta sapiendo, gustando caelestia fit, partes tribuerentur potissimae, ut austerior vita, paupertas aliaeque voluntariae castigationes susciperentur. Itaque cum suis iter iniit, asperum quidem multique laboris, sed supernis iucundum solaciis.

Nullis fracta difficultatibus, S. Teresia xvu coenobia condidit, ubi

moniales eiusmodi insistèrent iter ductu Beatae Mariae Virginis, quae Begina et decor Oarmeli praedicatur. Sed flamma, qua ardebat, sui Ordinis fratres etiam accendit, operam adiutricem praebente egregiam S. Ioanne a Cruce. Ita factum est, ut, cum intrepida auctor et magistra viveret, XV coenobia virorum eiusdem Ordinis sodalium, austeriorem vitam persequentium, excitarentur.

Caritas autem, qua aestuabat, finibus religiosae familiae non continebatur, sed per totam pervasit Ecclesiam, siquidem Deus dedit ei « latitudinem cordis quasi arenam, quae est in litore maris »-[1] Omnibus enim votis expetebat salutem animarum, et ethnicorum haereticorumque tenebras defiere Deumque deprecari non desinebat, ut ad catholicam traducerentur veritatem. Cuius rei causa etiam ieiunia, verbera aliosque voluntarios cruciatus quasi acceptum sacrificium Deo offerebat. Fulgens sanctimonia sacerdotum, exquisita doctrina theologorum, actuosa opera Evangelii praeconum : haec eius cura fuerunt, haec impensis precibus a Deo studuit impetrare, voluitque, ut id ipsum facerent moniales, quae coniunctiorem cum Deo ducerent vitam.

Itaque persuasum sibi habens precandi consuetudinem ac se devovendi studium plurimum potissimumque valere ad salutem animarum procurandam, quin immo ea ipsa esse eximiam quandam apostolatus formam, S. Teresia ad hanc veluti primariam rationem vitam omnem composuit voluitque ut componerent, quotquot eam habebant legiferam matrem. Quam verum autem et salubre fuerit hoc caput spiritualis doctrinae, vigor instituti Carmelitarum per quattuor haec saecula perspicue comprobat.

Non semel de fecunditate umbratilis vitae religiosae exposuimus, iuvatque Nos, S. Teresiam a Iesu respicientes, asseverare Ecclesiam, licet externi apostolatus officia, his temporibus tantopere expetita, magni aestimet, tamen vitae Deo devotae rerumque caelestium contemplationi deditae ipsa hac aetate, qua actio humana vel nimium fervet, tribuere plurimum. Apostolatus enim, qui vere proprieque dicitur, in eo positus est, ut quis salutiferum opus Christi participet, quod fieri nequit nisi precandi seseque devovendi studio; siquidem Salvator praecipue preces ad Patrem fundendo seque immolando genus humanum noxis vinctum et oppressum redemit. Unde fit, ut qui intimam hanc rationem salvifici muneris Christi sequi conetur, etiamsi externa abstineat actione, praecellenti tamen ratione apostolatum exerceat.

[1] *3 Reg.* 4, 29.

Paternae igitur cum caritatis affectu S. Teresiae alumnas, quotquot sunt per orbem terrarum, contuemur ad easque verba transferimus S. Cypriani, assertoris sacrae virginitatis, quae est « illustrior portio gregis Christi » : « gaudet per illas atque in illis largiter floret Ecclesiae matris gloriosa fecunditas ».[2]

Gratiam iis habemus maximam pro abscondita et humili vita, quam degunt quaque Christifidelibus totique hominum societati utilitates plurimas afferunt, easque hortamur, ut animo forti et amanti disciplinam teneant sibi traditam a tanta magistra. Cuius hanc sententiam meminerint et in pectus demittant : « Acerbissimo sane dolore crucior, quod tot animae in ruinam labuntur ... id saltem exopto, ne numerus reproborum augescat. Sorores meae in Christo : preces vestras cum meis coniungite supplicationibus, ut Deus id ipsum misericorditer concedat. Hac de causa vos huc congregavit, hoc est munus, ad quod divinitus estis vocatae, hoc officium vestrum, hoc sit optatum vestrum, hanc ob rem lacrimas profundere et precationes vos facere oportet ... Cum acciderit, ut preces, flagra, optata, ieiunia non fiant propter ea, quae supra dixi, scitote finem, ob quem Deus vos huc accersivit, vos non esse assecuturas».[3]

Filii vero S. Teresiae, ut nihil dubitamus, ex hac celebritate invitamentum accipient studio alacri, constantia vigili, diligentia summa ea retinendi ac perficiendi, quae legifera mater, pietate et sapientia maxime conspicua, sibi proposuit, cum Carmelitarum Ordinem ad pristina revocavit instituta. Quamquam etiam in externi apostolatus muneribus versantur, tamen « pretiosa margarita », quae ab ea quasi hereditate ipsis tradita est, perenni splendore in iis refulgeat oportet. Si enim res altius consideretur, vita contemplationi dedita non officit externae actioni Dei causa patratae; nam si quis est Deo coniunctior eumque solum quaerit in omnibus, flamma caritatis apostolicae necessario exardescit. Tunc conspirans habetur concordia inter apostolatum externum et institutum contemplativum a vulgo remotum, siquidem a caritate ut uno fonte utrumque vitae genus procedit et alitur eadem. Quam ob rem, ut verbis S. Bernardi utamur : « Amplectimini, fratres, pretiosissimam margaritam, amplectimini sanctimoniam vitae, quae vos efficit sanctorum similes et domesticos Dei ».[4]

Hic praeterea ardor caritatis universam familiam Teresianam adducet, ut, Ecclesiae bono et profectui intenta, peculiaribus supplicationi-

[2] *De habit, virg.* 3 ; *PL* 4, 455.
[3] Cfr. *Camino eie perfección, 1,* 4-5 ; 3, 10.
[4] *Serm. de div.* 37; *P.L.* 185, 641.

bus et voluntarias cruciatibus divinam largitatem eidem conciliet, qua e proximo Concilio Oecumenico Vaticano Secundo novum veluti ver, cumulatae pulchritudinis spiritualis praenuntium, exoriatur.

Haec animum pulsant, dum de opere cogitamus, a S. Teresia ante iv saecula feliciter coepto. Deum autem supplici implorantes precatione, ut ob eam rem futurae celebrationes spiritualium fructuum uberrimam copiam progignant, divinorum munerum auspicem peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem, Tibi, Dilecte Fili Noster, Praesulibus, publicae rei Moderatoribus, sacro clero, Teresianae familiae sodalibus et ceteris, qui sollemnibus iisdem intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Iulii, in Commemoratione Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

IV

Ad E.mum P. D. Augustinum S. R. E. Cardinalem Bea, quinquagesimum Sacerdotii sui natalem celebraturum.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum « omne datum optimum et omne donum perfectum ... a Patre luminum)) descendat,[1] cuius providentia aetas nostra munitur ac regitur, flagrantes Deo reddendae sunt grates, quotiescumque singularia beneficia superna vividiore repetimus recordatione.

Quod tibi proxime eventurum esse laetanti admodum animo novimus, dilecte Fili Noster, qui, exsultantibus sodalibus e Societate Iesu, simulque clero populoque natalis oppidi tui, quinquagesimam anniversariam illius diei ages memoriam, quo trepida spe, Divini Servatoris nomini confisus, sacerdotio auctus es. Princeps enim omnium munerum, quibus divinitus laetificamur, sacer presbyteratus ordo plane censendus est, cuius vi, qui ((heri et antea unus e multitudine ac plebe erat, repente

[1] **Cfr.** *Iac.* ***l,*** **17.**

redditur praeceptor, praeses, doctor pietatis, mysteriorum latentium praesul ».[2]

Quam ob rem proximae celebritati^ laetitiam tibi adaugemus, omnia fausta, candida ac felicia exoptantes.

Novimus quanta cum sedulitate et alacritate sacerdotale ministerium in longo adhuc emenso vitae itinere exercueris ; laudamus pariter sollertiam et studium, quibus ad commissa munera incumbís in apparando Oecumenico Concilio Vaticano II, ut Secretariatus Christianorum unitati provehendae Praeses.

Tibi igitur laboribusque tuis continenter adsit Christus, qui « est universae Ecclesiae corona » *f* cuius uberior um usque solaciorum opem tibi deprecamur amplissimam, ut, fide inconcussa, iuvenili spe, haud difficultatibus fracta caritate, sacerdotium tuum ferax, ac Deo eiusque Ecclesiae Sanctae suaviter redolens reddere pergas.

Quo autem salutarior huiusmodi eventus contingat, id tibi facultatis facimus, ut, sive cum sacri cleri conventibus praeeris, de quibus Nobis mentionem fecisti, sive cum duarum sodalitatum sacrarum virginum patroni munus inibis, sive cum in oppido vulgo Riedböhringen quinquagesimum sacerdotii tui natalem celebrabis, adstantibus sacerdotibus et fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenaria Indulgentia proposita, suetis condicionibus acquirenda.

Ceterum, dilecte Fili Noster, nil Nobis restat, nisi ut tibi Apostolicam Benedictionem, supernae largitatis pignus Nostraeque propensae voluntatis testem, peramanter dilargiamur.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxrv mensis Iulii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

[2] S. Greg. Nyss. *Orat. in diem luminum;* Migne, *PG* 46, 581.

[3] Olem. Alex. *Paedag, 2, 8* ; Migne. *PG 8.* 479-482

ALLOCUTIONES

I

In Basilica Vaticana habita, eodem die quo, Beatissimo Patre adstante, Byzantino ritu funus celebratum est E.mi Gabrielis Acacii Coussa, S. R. E. Cardinalis ac Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali a secretis. *

Diletti figli.

Appena sono spenti i ceri che attorniavano la bara del compianto e tanto benemerito Cardinale Gabriele Acacio Coussa. Ma non si spegnerà negli animi l'eco dolcissima delle melodie orientali del rito bizantino, che hanno accompagnato la Cappella papale in suffragio della sua anima benedetta.

Che spettacolo toccante ! L'Oriente e l'Occidente si sono dati convegno nel massimo tempio della Cristianità, presso il Successore di San Pietro, per compiere un rito che, più di altri, ravviva nei fedeli l'amore per la Santa Chiesa — che distende i suoi padiglioni su tutta la terra —, l'amore per la Chiesa che già trionfa nell'eternità e per i fratelli che attendono dalla misericordia del Signore lo schiudersi del regno della beatitudine.

Le abbiamo sentite cantare stamane al termine della cerimonia funebre, le Beatitudini. Questa infatti è la vita del cristiano quaggiù : prontezza ad accogliere la parola di Dio, generosità nel metterla in pratica, fiduciosa attesa che si compiano le promesse di quelle otto beatitudini annunciate da Gesù Cristo sul monte, e vissute da tanti e tanti suoi discepoli, di ogni epoca storica e di tutti i paesi della terra.

Il Cardinale Coussa era nato ad Aleppo in Siria ; apparteneva al nobile rito Melchita; accolse giovanetto la divina chiamata alla vita monastica : fu dunque uomo di preghiera, di contemplazione e di studio. Nei suoi anni maturi divenne anche, seguendo l'indicazione della obbedienza, uomo di azione.

La Chiesa Cattolica tutta intera ne benedice e benedirà la memoria, particolarmente per i servigi resi qui in Boma, e da Roma all'Oriente e all'Occidente.

Ma vorremmo dire, diletti figli, che Noi lo ringraziamo inoltre per

*** Die 1 Augusti mensis a. 1962.**

l'esempio finale che ha dato a tutti di come va accolto l'invito del Signore : *Eugc, euge.* Ha accolto la chiamata ultima con prontezza generosa, senza rimpianti, con animo grande e occhio sereno.

Così Noi l'abbiamo salutato or sono cinque giorni, presso il letto delle sue sofferenze, assicurandolo che l'avremmo portato con Noi al Concilio : o nella pienezza delle sue funzioni di Cardinale della Santa Romana Chiesa, o nel pio ricordo, con la certezza dei gaudii eterni cui il Signore lo riservava.

I i

*Ad pueros et adolescentes templis addictos ac altari inservientes, e variis nationibus Romae pios coetus habentes.**

La candida schiera dei « ministranti dell'altare » apre l'animo a commossa compiacenza, e caratterizza questa Udienza di primo agosto.

Diletti figli : sapere che ciascuno di voi, nel fiore dell'età giovanile, presta servizio, in forma distinta e compita, accanto al sacerdote che celebra i divini Misteri, Ci procura viva consolazione, ed amiamo darvene atto di fronte alla moltitudine dei fedeli qui presenti, che, certamente, guardano a voi con ammirazione.

Candide schiere nella Casa di Dio

Stamane siete venuti a farCi sentire il palpito della vostra fede, di cui avete offerto eloquenti prove durante le manifestazioni liturgiche, celebrate in questa Roma dei Pontefici e dei Martiri.

Ed ora, eccovi alcune parole che attendete e saprete accogliere con gioia e tradurre in pratica con fervore.

Lo spunto è suggerito da una nobile figura dell'Antico Testamento, il giovane Samuele, il quale, rivestito di candida tunica, serviva il Signore,[1] in mezzo alla schiera dei leviti.

Quell'esempio, ricco di tanto fascino interiore e di edificazione per il popolo di Dio, si è ripetuto nei secoli e continua a rinnovarsi.

Già nella Chiesa primitiva i giovani erano ammessi al servizio dell'altare : nelle assemblee liturgiche essi leggevano gli scritti dei Profeti e degli Apostoli ; e, non appena il lettore aveva finito, il vescovo, con

* Die 1 Augusti mensis a. 1962.

[1] Cfr. *1 Reg.* 2, 18.

apposito discorso, ne dava spiegazione, ed esortava i fedeli a conformare la loro vita agli insegnamenti, in essi contenuti.[2]

In seguito, quando le letture furono riservate ai sacri ministri, il Nostro Predecessore San Gregorio Magno provvide ad organizzare i giovani in apposite *scholae cantorum* per assolvere l'ufficio del canto a loro affidato. A queste due categorie si aggiunse ben presto una terza, quella degli inservienti, i quali, specie nei monasteri, godevano di particolare cura. Spesso offerti ancora piccoli al Signore, questi ragazzi venivano istruiti nel sacro servizio, e nelle scienze umane e divine. A ricercare, nel corso dei secoli, gli sviluppi di queste provvide istituzioni molti sarebbero i motivi di edificazione e di incoraggiamento.

Nei tempi moderni, amiamo ricordare l'impulso dato da San Pio X alla partecipazione attiva dei laici ai sacri Misteri. Fin da quando egli era Patriarca di Venezia, nella sua lettera pastorale del 1° maggio 1895, volle richiamarsi all'antica tradizione dei « pueri cantores » per l'esecuzione dei canti propri delle voci bianche, riammettendo fanciulli e giovani al canto liturgico. Divenuto Sommo Pontefice, egli estese a tutta la Chiesa la sua provvida innovazione.[3]

Materne cure della Chiesa

Anche il Nostro immediato Predecessore di venerata memoria, Pio XII, ebbe più volte ad incoraggiare il servizio liturgico compiuto dai ragazzi e dai giovani : sia nell'Enciclica ((Mediator Dei »,[4] sia nella ((Istruzione sulla Musica Sacra e la Sacra Liturgia ». In questa, egli affermava che « i laici siano fanciulli o giovani o adulti, quando sono deputati dalla competente autorità ecclesiastica al servizio dell'altare ed all'esecuzione della musica sacra, se compiono questo loro servizio nel modo e nella forma stabilita dalle rubriche, esercitano anch'essi un ministero diretto, ma delegato ».[5]

Vedete, diletti figli, quali cure la Chiesa vi ha sempre dimostrato.

Il nostro animo si allieta al vedere che non solo i piccoli fanno corona all'altare, ma anche adolescenti e giovani, sempre più numerosi, perseverano in questo santo servizio.

[2] Cfr. S. Iustinus, *Apol.* I, 67; *PG* 6, 430.

[3] Cfr. « Motu proprio » « *Tra le sollecitudini* », 22 novembre 1903, n. 23 ; *PU X P. M. Acta,* vol. I, Romae 1905, pp. 83,86.

[4] *Pars IV; A. A. S.* XXXIX (1947), p. 592.

« 93 c; *A. A. S.* L (1958), p. 656.

Una scuola di educazione religiosa e civile

Quello che proponevamo ai giovani di Azione Cattolica, e ai *pueri chorales* della Nostra diletta Venezia, fin dal 1957,[6] oggi lo affidiamo a voi, « *iuvenes ministrantes* ». Non accontentatevi di compiere soltanto un ordinato servizio di cerimonie ed un accurato canto liturgico ; siate i preziosi collaboratori del Clero nell'opera di diffusione e di educazione dello spirito liturgico ; siate nelle vostre parrocchie ((la prima scuola di perfetta educazione religiosa e civile, se è vero, come è verissimo — dicevamo allora — che la " *schola divini servitii* " è innanzitutto un trattato di buona creanza e un avviamento al ben stare, al ben tacere, al ben pregare davanti a Dio e davanti agli uomini ».

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 9 Aprilis 1962.

CAROLUS **Card.** CONFALONIERI, *a Secretis*

L. S.

† Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

BELLEVILLEN.

Nullitatis matrimonii (Somraty - Battles)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Stephani Battles, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, vel per se, vel per procuratorem legitime constitutum, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria 1, Roma), in diem 5 Novembris 1962, hora meridiana, ad dubium concordandum, aut ad infrascriptum dubium subsignandum :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi aliique notitiam habentes de commoratione praedicti domini Stephani Battles, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Petrus Mattioli, *loco Ponentis*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 1 Augusti a. 1962.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Etienne Battles, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 5 novembre 1962, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Conste-t-ïl de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Etienne Battles, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

BASILEEN.

Nullitatis matrimonii (Von Merey - Von Huszar)
***Incidentis:* Novae causae propositionis**

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Annae Von Huszar, in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum, vel per se vel per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza della Cancelleria 1, Roma), pro die 10 Decembris 1962, hora meridiana, ad dubium concordandum, vel ad infrascriptum dubium subscribendum :

An nova causae propositio admittenda sit in casu.

Ordinarii locorum, parochi, aliique notitiam habentes de actuali commoratione praedictae dominae Annae Von Huszar, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Emmanuel Bonet, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 8 Augusti a. 1962.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Anne Von Huszar, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 10 décembre 1962, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

Doit-on admettre dans le cas une nouvelle proposition de la cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Anne Von Huszar, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 10 agosto 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. ANOUCHIRAVAN SEPAHBODI, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Iran.

Lunedì, 3 settembre 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. Luis ROQUE GONDRA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Argentina.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 10 luglio 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto:

1. sui miracoli attribuiti alla intercessione del Beato Pietro Giuliano Eymard, Confessore, fondatore della Congregazione dei Sacerdoti Adoratori del SS. Sacramento;

2. sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Luigi Palazzólo, fondatore dell'Istituto delle Suore delle Poverelle.

Martedì, 21 luglio 1962, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione del Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno Neumann, della Congregazione del SSmo Redentore, Vescovo di Filadelfia, negli Stati Uniti.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

9 novembre 1961. S. E. Reviña Monsig. Carroll Francesco, Vescovo tit. di Sozopoli di Emimonto, *Internunzio Apostolico in Liberia.*

28 dicembre » S. E. Revma Monsig. Maury Giovanni Battista, Arcivescovo tit. di Laodicea di Frigia, *Internunzio Apostolico nel Senegal.*

11 gennaio 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Gilroy Norman Tommaso, *Protettore delle « Sisters of Charity of Australia»* **(Potts' Point, Sydney).**

22 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Hermanas de la Doctrina Cristiana »* **(Mislata, Valencia, Spagna).**

» » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Proiettóre delle a Religieuses Francisöainesy>* **(Montpellier).**

29 » » S. E. Revma Monsig. Zanini Lino, Arcivescovo tit. di Adrianopoli di Emimonto, *Delegato Apostolico di Gerusalemme, e Palestina, (Israele, Giordania, Cipro).*

11 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Suenens Leone Giuseppe, *Protettore delle « Soeurs de la,Sainte Famille d'Helmet»* **(Bruxelles).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Browne Michele, *Protettore delle « Missionar y Sisters of St. .Columbean* **» (Magheramore, Dublino).**

13 » » S. E. Revma Monsig. Brini Mario, Arcivescovo tit. di Algiza, *Internunzio Apostolico nella Repubblica Araba Unita.*

25 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Hermanas de la Caridad de Nuestra Señora de la Consolación »* **(Tortosa).**

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Religiosas Terciarias Capuchinas de la Sagrada Familia-»* **(Madrid).**

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Hermanas Terciarias Franciscanas de los Sagrados Corazones de desús y María »* **(Antequera, Malaga).**

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore delle (i Religiosas Amantes de Jesús, bajo el Patrocinio de la Bienaventurada Virgen Maria Inmaculada »* **(Plasencia).**

28 giugno 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore dei « Religiosos Terciarios Capuchinos de Nuestra Señora de los Dolores »* **(Madrid).**

5 luglio » S. E. Revma Monsig. Centoz Luigi, Arcivescovo tit. di Edessa di Osroene, *Vice-Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

10 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Bea Agostino, *Protettore delle « Povere Suore Scolastiche di Nostra Signora»* **(Roma-Capannelle).**

2 agosto » L'Eimo e Revmo Signor Cardinale Testa Gustavo, *Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

2 giugno 1962. S. E. Revma Monsig. Delgado Gómez Enrico, Arcivescovo di Pamplona.

» » » S. E. Revma Monsig. Sembel Guglielmo, Vescovo di Dijon.

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

18 novembre 1961. Monsig. Matzinger Stefano (Sankt Pölten).
1 dicembre » Monsig. Lafrenière Alfonso (Amos).
» » Monsig. Zielonka Ignazio (Winnipeg).
15 gennaio 1962. Monsig. Hobold Federico (Florianópolis)/
7 aprile » Monsig. Blaimont Pietro (Namur).
16 » Monsig. Majella do Amarai Teixeira Gerardo (Marilia).
7 maggio Monsig. Veloso de Siqueira Alcindo Carlo (Säo Carlos).
» » Monsig. MacGillivray Rinaldo C. (Antigonish).
» » Monsig. Schaller Enrico (Basel e Lugano).
21 » Monsig. McQuillen Alfredo Edoardo (Saint Catharines).
16 giugno Monsig. Balzarmi Francesco (Bobbio).
18 » Monsig. Staniszewski Ladislao (Poznan).
25 » » Monsig. Muccio Antimo (Aversa).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

14 luglio 1962. Il Revmo Padre Wambacq Beniamino, dei Premostratensi, *Segretario della Pontificia Commissione per gli Studi Biblici.*

21 » »> Il Revmo Sac. Schnackenburg Rodolfo ; i Revmi Padri Spicq Ceslao, dei Predicatori, Rigaux Beda, dei Frati Minori, Leon-Dufour Saverio, della Compagnia di Gesù ; e il Revmo Don Castellino Giorgio, dei Salesiani, *Consultori della Ponti- ! fida Commissione per gli Studi Biblici.*

28	**luglio**	**1962.**	**S. E. Revma Monsig. Budelacci Biagio, Vescovo tit. di** Mssa, *Consultore delia, Sacra Congregazione dei Sacramenti.*
»	»	»	**Il Revmo Padre Gallagher Tommaso Raffaele, dei Predicatori,** *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*
31	**agosto**	»	**S. E. Revma Monsig. Paro Gino, Vescovo tit. di Diocesarea di Isauria,** *Pro-Presidente ideila Pontificia Accademia Ecclesiastica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Protonotarii Apostolico **ad instar participantium:**

15	**gennaio**	**1960.**	**Monsig. Morrogh Bernard Eustace (Westminster).**

Prelati Domestici di Sua Santità:

20	**gennaio**	**1962.**	**Monsig. Jail Massimiliano (Grenoble).**
»	»	»	**Monsig. Tanchot Giovanni-Maria (Grenoble).**
24	**febbraio**	»	**Monsig. Moleón Andrea Giovanni (Asunción).**
17	**marzo**	»	**Monsig. Innerhof er Giovanni (Salzburg).**
31	»	»	**Monsig. Ortega Lafaurie Bernardo (Bogotá).**
6	**aprile**	»	**Monsig. Brun Giovanni (Versailles).**
»	»	»	**Monsig. Letourneur Giovanni (Versailles).**
»	»	»	**Monsig. Petit Roberto (Versailles).**
5	**maggio**	»	**Monsig. Cogoni Giovanni (Cagliari).**
»	»	»	**Monsig. Lepori Giuseppe (Cagliari).**
»	»	»	**Monsig. Soliai Pasquale (Cagliari).**
»	»	»	**Monsig. Balestra Pietro (Treia).**
»	»	»	**Monsig. Lelli Eligio (Viterbo e Tuscania).**
11	»	»	**Monsig. Riggio Pasquale (Gallipoli).**
»	»	»	**Monsig. De Gennaro Giuseppe (Mileto).**
»	»	»	**Monsig. Tammi Guido (Piacenza).**
»	»	»	**Monsig. Bersani Giuseppe (Roma).**
»	»	»	**Monsig. Lanciotti Lino (Roma).**
19	»	»	**Monsig. Gutauskas Giuseppe (Glasgow).**
»	»		**Monsig. Dellatolla Rocco (Naxos).**
»	»	»	**Monsig. Nsubuga Emanuele (Rubaga).**
»	»	»	**Monsig. D'Abbruzzo Giuseppe (Sant'Agata de' Goti).**

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

20	**gennaio**	**1962.**	**Monsig. Martel Paolo (Grenoble).**
»	»	»	**Monsig. Martin Giuseppe Luigi (Grenoble).**
17	**marzo**	»	**Monsig. Fillinger Guglielmo (Popayán).**
»	»	»	**Monsig. Vivas Gustavo (Popayán).**
31	»	»	**Monsig. Zorié Kresimir (Sibenik).**
6	**aprile**	»	**Monsig. Grillo Dino (Fabriano e Matelica).**
»	• »	»	**Monsig. Mei Dario (Fabriano e Matelica).**

Ì4 aprile 1962. Monsig. Barra Giovanni (Pinerolö).
5 maggio ' " » Monsig/ Dissegna Antonio (Padova).
» » » Monsig. Ferrétti Antonio (Sovana-Pitigliano).
» . » »"Monsig. Paglia Giuseppe (Veroli-Frosinone).
» » » Monsig. Panicela Antonio (Veroli-Frosinone).
» » » Monsig. Innocènti Pietro (Viterbo e Tuscania).
11 » " » Monsig. Demagistris Luigi (Cagliari).
» » » Monsig. Bongera Alessandro (Ivrea).
» » » Monsig. Meaglia Cesare (Ivrea).
» » » Monsig. Groppi Paolo (Piacenza).
,» -v » Monsig. Rossi Evaristo (Piacenza).
» » » Monsig. Masperi Felice (Vigevano).
19 » » , Monsig. Monari Giovanni (Nonantola).

Camerieri d'onore in alito paonazzo di Sua Santità:

17 marzo 1962. Monsig. Maier Luigi. (Gurk).
» » » Monsig. Obersteiner Giacomo (Gurk).
» » » Monsig. Knopp Giuseppe (Linz).
» » - » Monsig. Wild Carlo (Linz). «<
11 maggio » Monsig. Casazza Antonio (Bobbio).
» » » Monsig. ìvutny Giuseppe (Trnava).
19 » » Monsig. Pedroni Telésforo (Nonantola).

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di Sita Santità:

28 aprile 1962. Il sig. Tempesta Pasquale (Roma).

.. ONORIFICENZE *

Ai «Capi delle Missioni Straordinarie», inviate, in occasione dell'ottantesimo Genetliaco del Santo Padre Giovanni XXIII e del terzo anniversario della Sua Incoronazione, con Brevi Apostolici in data 13 dicembre 1961, Sua Santità si è degnata di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano : ?

A S. E. il sig. Alfonso Gorbach, Cancelliere Federale *(Austria).*

A S. E. il sig. Paolo Struye, Presidente del Senato *(Belgio).*

A S . E., il sig. Emanuele Frontaura Argandoña, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Bolivia).*

A S. E. il,sig. Trancredi lleves, Primo Ministro *(Brasile).*

A S. E. il sig. Shen Chang Huan, Ministro degli Esteri *(Cina).*

A S. E. il sig. Franklin Agiiilar Alvaràdo, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Costa Pica).*

A S. E. Don Antonio Alvarez Vidaurre, Ambasciatore presso la Santa Sede *(El Salvador).*

A S. E. Don Gustavo Vascónez Hurtado, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Equatore).* ^ '

A S. E. il sig. Séan Lemass, Primo Ministro *(Irlanda).* **r**

A S. E. il sig. Alfredo Naceache, ex-Presidente delia Repubblica *(Libano).*

A S. E. il sig. Emilio Pelletier, Ministro di Stato *(Monaco).*

A S. E. Don Max Arosemena, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Panama).*

A S. E. Don Guglielmo Enciso Velloso, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Paraguay).*

A S. E. il sig. Porfirio Herrera Báez, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Repubblica Dominicana).*

A S. E. il sig. M. Ihsan Kiziloglu, Ambasciatore presso la Santa Sede *(Turchia).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno:

A S. E. il sig. Giacomo Kuoh. Moujuori, Ambasciatore *{Cameroun).*

A S. E. il sig. Filippo Bikoumou, Ambasciatore *(Congo* - **Brazzaville).**

A S. E. il sig. Evaristo Loliki, Ambasciatore *(Congo* - **Leopoldville).**

A S. E. il gen. Chong Chan Lee, Ambasciatore *(Corea).*

A S. E. il sig. Aoussou Kòffi, Ambasciatore *(Costa d'Avorio).*

A S. E. il sig. Zinsou, Ambasciatore *(Dahomey).*

A S. E. Dejazmatch Keflé Eguetou, Ambasciatore *(Etiopia).*

A S. E. il sig. Heikki Hosia, Ministro della Pubblica Istruzione *(Finlandia).*

A S. E. il sig. Edmondo Michelet, ex-Ministro Guardasigilli *(Francia).*

A S. E. il sig. Aristide Issembe, Ambasciatore *(Gabon).*

A E. il sig. Francesco Giuseppe Wuermling, Ministro per gli Affari Famiglia e Gioventù *(Germania).*

A S. E. il sig. Alvaro Ydigoras Fuendes, Ambasciatore *(Guatemala).*

A S. E. il gen. Antonio Th. Kebreau, Ambasciatore *(Haiti).*

A S. E. il sig. Sibiri Salembere, Ministro delle Informazioni *(Haute-Volta).*

A S. E. ili sig. Mohamad Nazir, Ambasciatore *(Indonesia).*

A S. E. il sig. Baha Awnj, Ambasciatore *(Iraq).*

A S. E. il sig. Maurizio Fischer, Ambasciatore *(Israele).*

A S. E. il sig. Edmondo Boen, Ambasciatore *(Giordania).*

A S. E. il sig. Khalifa Khalid Alghunaim, Ambasciatore *(Kuwait).*

A S. E. il sig. Reid Wiles, Ambasciatore *{Liberia).*

A S. E. il sig. Razan* Andriamihaingo, Ambasciatore *(Madagascar).*

A S. E. il sig. Guglielmo Sevilla Sacasa, Ambasciatore *(Nicaragua).*

A S. E. il ven. Bali Fra Raimondo Del Balzo di Presenzano, Membro del Consiglio Sovrano *(Ordine Sovrano Militare di Malta).*

A S. E. il gen. Nawabzada Agha Mohammed Raza, Ministro presso la Santa Sede con il rango di Ambasciatore *(Pakistan).*

A S. E. il sig. Giovanni de Matos Antunes Várela, Ministro della Giustizia *(Portogallo).*

A S. E. il sig. Giuseppe Mamadou, Ambasciatore *(Repubblica Centro Africana).*

A S. E. il sig. Edoardo Camillo Basse, Ambasciatore *(Senegal}.*

A S. E. l'on. A. M. Margai, Ministro delle Risorse Naturali *(Sierm Leone).*

A S. E. il sig. Giulio B. Pons, Ambasciatore *(Uruguay).*
A S. E. il sig. Ngo Dinh Luyen, Ambasciatore *{Viet-Nam).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

A S. E. il sig. Delanne, Segretario dell'Assemblea *(Repubblica del N ig er).*

Parimenti con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conf erire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 aprile 1962. A S. E. il Dott. Franco Nogueira Alberto, Ministro degli Affari Esteri del Portogallo.
5 luglio » Al sig. Ottolenghi Astolfo (Acqui).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

15 aprile 1961. Al sig. McGrath Giuseppe (Dublin).
27 » 1962. Al Dott. Archer Giuseppe Luigi, Segretario Generale del Ministero degli Affari Esteri del Portogallo.

i

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordirne di san Gregorio Magno, classe militare:

11 maggio 1962. Al sig. Angelini Spartaco (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

2 marzo 1962. Al sig. De Finis Mario Luigi (Asunción).
24 » » Al sig. d'Azemar de Fabregues Giovanni (Paris).
31 » » Al sig. Lentsch Giuseppe (Eisenstadt).
6 aprile » Al sig. Cornet Antonio (Innsbruch-Feldkirch).
5 maggio » Al sig. Palmesano Umberto (Calvi e Teano).
» » » Al sig. Tamborino-Frisari Francesco (Otranto).
11 » » Al' sig. Fraschetti Aldo (Roma).
» » » Al sig. Ghergo Alberto (Roma).
» » » Al sig. Marziale Antonio (Roma).
19 » » Al sig. Pezzani Vittorio (Crema).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

20 gennaio 1962. Al sig. Giroud Giovanni (Grenoble).
2 marzo » Al sig. Cattoni Giovanni Adolfo (Asunción).
17 » » Al sig. Jansen Francesco (Roermond).
» » » Al sig. Rottier Antonio Cirillo (Roermond).
» » » Al sig. Deelen Giovanni Battista ('s-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Maassen Giovanni Maria (Utrecht).
31 » » Al sig. Mouvet Carlo (Paris).

6 aprile 1962. Al sig. Augier Max (Paris).
» » » Al sig. Pouillard Leopoldo (Saint-Claude).
28 » » Al sig. Gélamur Giovanni (Versailles).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare.

6 aprile 1962. Al sig. Oianfarani Armando (Grosseto).
11 maggio » Al sig. Di Grazia Francesco (Boma).

La Commenda eon Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa;

31 marzo 1962. Al sig. Bartorelli Gastone (San José de Costa Bica).
11 maggio » Al sig. Auriti Giacinto (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17 marzo 1962. Al sig. Bruneder Luigi (Linz).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8 settembre 1961. Al sig. Torres Echeverría Adriano (Bogotá).
23 dicembre » Al sig. De La Foix de Freminville Edme (Paris).
8 febbraio 1962. Al sig. Cupelloni Gino (Roma).
17 » » Al sig. Nenzi Novilio (Siena).
» » » Al sig. Marcus Gastone (Wien).
» » » Al sig. Zemanek Carlo (Wien).
24 » Al sig. Cibaldi Carlo (Brescia).
10 marzo » Al sig. Banchini Gino (Fiesole).
» » » Al sig. Era Renato (Roma).
17 » » Al sig. Hohenbühel Federico *(Austria).*
» » » Al sig. Degli Uberti Giovanni (Castellammare di Stabia).
» » » Al sig. Cerutti Giuseppe (Milano).
» » » Al sig, Dell'Acqua Vittorio (Milano).
» » » Al sig. Nova Roberto (Milano).
» » » Al sig. Scandolara Romeo (Milano).
» » Al sig. Vittori Domenico (Milano).
» » » Al sig. Forino Pietro (Nola).
» » Al sig. Monsurró Alfonso (Nola).
24 » » Al sig. Giuliano Alfredo (Roma).
» » » Al sig. Rasoio Gaetano (Roma).
31 » Al sig. Camera Arnaldo (Alessandria).
» » » Al sig. Cidonio Elia (Ispahan dei Latini).
» » » Al sig. Rocca Michele Ubaldo (Montevideo).
» » » Al sig. Sacco Lorenzo (Perugia).
» » » Al sig. La Farina Giuseppe (Ragusa).
» » » Al sig. Frattini Carlo Eugenio (Torino).
» » » Al sig. Santin Paolo (Trieste e Capodistria).
14 aprile » Al sig. Mori Narciso (Grosseto).
» » » Al sig. Bianchi Giacomo (Luni).
» » » Al sig. Palenzona Bruno (Luni).

14	aprile	1962.	Al sig. Potenza Luigi (Luni).
»	»	»	Al sig. Sbrana Gino (Luni).
»	»	»	J A I sig. Bonesi Nicola (Roma).
»	»	»	Al sig. Damiani Alessandro (Roma).
»	, » .	»	Al sig. Matarrelli Angelo (Roma).
»	»	»	Al sig. D'Alberto Ugo (Sovana-Pitigliano).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17	marzo	1962.	Ai sig. Russo Domenico Antonio (Alife).
»	£ »		A l sig. Sinigaglia Gabriele (Casale Monferrato).
»	»'	»	Al sig. Dell'Otto Mario (Roma).
»	»	»	Al sig. Ricciotti Guido (Roma).
»	»	»	Al sig. Musolino Vincenzo (Taranto).
»	»	»	Al sig. Pasanisi Gregorio (Taranto).
»	»	»	Al sig. Menegaldo Claudio (Udine).
»	»	»	Al sig. Venturini Pietro (Udine).
31	»	»	Al sig. Baulino Costantino (Casale Monferrato).
»	»	»	' Al sig. Callander Rospide Roberto G. (Montevideo).
6	aprile	44»	Al sig. Repetto Angelo (Acqui).
»	»,	»	Al sig. Coccia Lamberto (Fabriano e Matelica).
»	»	»	Al sig. Papi Costantino (Fabriano e Matelica).
»	»	»	Al sig. Rossi Ettore (Fabriano e Matelica).
»	»	»	Al sig. Pittini Leone (Udine).
14	»	»	Al sig. Di Rosa Teófilo (Luni).
»	»	»	Al sig,. Estremi Pericle (Sovana-Pitigliano).
»	»	»	Al sig. Vivarelli Nino (Sovana-Pitigliano).

NECROLOGIO

1	agosto	1962.	Monsig. Bosetti Guglielmo, Vescovo di Fidenza.
2	»	»	Monsig. Pinardi Giovanni Battista, Vescovo tit. di Eudossiade.
12	»	»	Monsig. Oapdevilla Ferrando Antonio, Vescovo tit. di Zóara, Vicario Apostolico di San Pedro Sula.
13	»	»	Monsig. Cuvelier Jean, Vescovo tit. di Circesio.
17	»	»	Monsig. Blessing Frédéric Marie, Vescovo* tit. di Tois.
20	»	»	Monsig. Matulionis Teofilius, Arcivescovo-Vescovo di Kaisiadorys.
29	»	»	Monsig. de Oliveira Matos Ferreira Ioào, Vescovo tit. di Aureliopoli di Lidia;.
10	settembre	»	Monsig. Maloney Thomas F., Vescovo tit. di Andropoii.

Àn. et vol. LIV 8 Octobris 1962 (Ser. HI, v. IV) - N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo **Apostolico - Città del Vaticano** —*Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PP; XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE
IM[OTU PROPRIO DATAE

I

Normae statuuntur Concilii Oecumenici Vaticani Secundi celebrandi

IOANNES PP. XXIII

APPROPINQUANTE CONCILIO Oecumenico Vaticano II, magna «tim animi Nostri laetitia iam nunc cogitatione complectimur proximum huiusmodi ac prorsus admirandum spectaculum, ingentem nempe sacrorum Antistitum numerum, qui undique gentium in hanc almam Urbem confluent, ut prope Apostolorum Principis sepulcrum una Nobiscum graviora Ecclesiae negotia pertractent, Ac maximas Deo gratias persolvimus, non solum quod Nobis tanti aggrediendi operis consilium benigne indidit, verum etiam quod laboribus Concilio praeviis praesentissima semper affuit ope sua. Idque fiduciam Nostram apprime confirmat, neque in posterum in perficiendo opere eam defuturam esse largam supernorum praesidiorum copiam, quae in inchoando abunde aifluxit.

Fructus sane uberrimos ex amplissimo hoc Consessu exspectat Catholica Ecclesia, quae, cum Iesu Christi sanctissima sponsa sit cunctarumque gentium mater et magistra, id summopere exoptat, ut universis filiis suis, iis non exceptis qui «extra ipsius saepta versantur, veritatis lumen afferat eosque

caritatis ardore magis magisque inflammet; quae quidem veritatis caritatisque superna bona ad unitatem et pacem assequendas conservandasque potissimum valent. Quae autem celebrandum Concilium Oecumenicum sibi proponit, ea ad mandatum illud explendum pertinent, a Christo Domino Apostolis concreditum, quod late resonat in universo orbe ad extrema usque tempora: *Euntes ... docete omnes gentes, baptizantes eos ... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.*[1] Tria profecto munera spectant ad Episcopos, Apostolorum successores, scilicet docendi, sanctificandi et regendi, ad quae rite exsequenda, Christus Iesus se ipsis affuturum usque ad saeculorum consummationem benigne promisit.

Instituendi vero homines sunt de iis quae ad rectam fidem et ad castos mores attinent; atque magis magisque recolere oportet, quae sit intima Ecclesiae natura, quaenam eius munera et fines. Etenim, quo magis radians Ecclesiae matris vultus innotescit, eo impensiore amore homines illam diligunt, prodi viore animo ipsius salutis instrumenta adhibent ac disciplinam observant. Huc accedit quod nova doctrinarum artiumque incrementa humani generis imperium in rerum naturam latissime adauxerunt. Cum autem in iis reluceat aliquod divinae Sapientiae lumen quae *candor est ... lucis aeternae et speculum sine macula Dei maiestatis, et imago bonitatis illius,*[2] optandum profecto est, ut exinde homines incitamenta sumant ad mores acriore studio excolendos et ad illam pertingendam intimam vitae perfectionem, ad quam suapte natura animus impellitur.

Res est quidem ante omnium oculos posita, celebrandum Oecumenicum Concilium, et numero et varietate illorum, qui eius coetibus interfuturi sunt, sine dubio ceteris, quae in Ecclesia habita sunt, praestiturum esse. Quod videlicet si solacii causa profecto est, nihilominus etiam nonnihil curae et sollicitudinis animo ingerit, cum revera arduum admodum videatur, tam amplissima consiliorum mole sapienter uti, tot oratorum voces persequi, omnium vota et optata mature expendere, et quae rata fuerint, ad effectum deducere. Illud tamen addit

[1] ***Matth.* 28, 19.**

[2] ***Sap.* 7, 26.**

animum, quod Concilii Patres, etsi natione, stirpe et lingua diversi, omnes tamen Fratres Nostri in Christo sunt, atque omnes uno eodemque Spiritu aguntur,[3] ita ut secundum Iesu Christi verba lux mundi verissime exstent, fructusque afferre valeant *in omni bonitate et iustitia et veritate.*[4]

Ut huiusmodi fructus amplissimi sint, id profecto in primis praestabit Omnipotens Deus, omnium nostrum precibus exoratus per Christum Iesum, unum Dei hominumque Mediatorem, et per Beatissimam Virginem Mariam sanctumque eius. sponsum Iosephum, quorum patrocinio praesertim Concilium concreditum voluimus; praestabit praeterea sedula atque consociata omnium opera, qui Concilio intererunt, dummodo concors sit aptoque ordine procedat. Quam ad rem, opportunum duximus normas condendas curare, quae, ratione habita peculiarium huius Concilii indolis atque adiunctorum, id conferant,, ut in maximo huiusmodi Consessu labores suscipiendi recte dirigantur et expediantur, atque adeo *omnia honeste et secundum ordinem fiant.*[5]

Quapropter, re mature perpensa, motu proprio atque Apostolica Nostra auctoritate, normas quae sequuntur decernimus; ac promulgamus, easque ab omnibus ad amussim servari praecipimus in Concilio Oecumenico Vaticano secundo.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis, quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus

Datum Romae, apud S. Petrum, die vi mensis Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. C, anno M^MLXII, Pontificatus. Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

[3] **Cfr. *I Cor.* 12, 11.**

[4] ***Eph.* 5, 8-9.**

[5] ***I Cor.* 14, 40.**

ORDO

CONCILII OECUMENICI VATICANI II
CELEBRANDI

PARS PRIMA

Personae in Concilio partem habentes

Art. 1

, *(Concilii participes)*

§ 1. Concilium Oecumenicum constituunt cum Summo Pontifice Episcopi et alii a Summo Pontifice ad Concilium vocati; qui omnes Patres Conciliares appellantur.

§ 2. Si quis aid Concilium vocatus ad normam C. I. C. can 223 § 1; C. I. O. De personis can. 168 § 1, iusto impedimento detentus, Concilio interesse nequeat, mittat procuratorem, qui se gerat ad normam C. L C. caii. 224 §§ 1-2; C. I. O. De personis can. 169 §§ 1-2.

§ 3. Patribus operam praestant theologi, canonistae, aliique experti; eisdemque Patribus ministrant Secretarius generalis, Subsecretarii, Magistri caeremoniarum, assignatores locorum, notarii, promotores, scrutatores, scribae, lectores, interpretes, translatores, tachigraphi, technici.

CAPUT I

DE SESSIONIBUS PUBLICIS

Art. 2

{Sessionum publicarum munus)

In Sessionibus publicis, coram Summo Pontifice Patres vota proferunt *de* **Decretorum vel Canonum formulis, in Congregationibus generalibus digestís, ut Summus Pontifex, si censeat, sententiam suam dicat eamque promulgari iubeat.**

CAPUT II

DE CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS

Art. 3

(Congregationum generalium munus)

In Congregationibus generalibus, quae Sessionibus publicis praemittuntur, Patres, praehabita disceptatione, Decretorum vel Canonum formulas statuunt.

Art. 4

(Congregationum generalium Praesidentia)

§ 1. Singulis Congregationibus generalibus unus ex decem S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice delectis, praeest nomine et auctoritate ipsius Summi Pontificis.

§ 2. Decem Cardinales, a Summo Pontifice delecti, constituunt Consilium Praesidentiae, cuius est, ex Summi Pontificis auctoritate, Patrum disputationes atque universam Concilii disciplinam moderari.

CAPUT III

DE COMMISSIONIBUS CONCILIARIBUS

Art. 5

(Commissionum munus)

Commissiones conciliares operam navant Decretorum vel Canonum schematibus expendendis atque emendandis iuxta suffragia a Patribus in Congregationibus generalibus expressa.

Art. 6

(Commissionum constitutio)

§ 1. Unicuique Commissioni praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus a Summo Pontifice nominatus.

§ 2. Quaelibet Commissio, praeter Praesidem, viginti quattuor Membra complectitur, quorum duae partes a Patribus, tertia vero a Summo Pontifice, ex Concilii Patribus eliguntur.

§ 3. Singuli Patres nonnisi uni Commissioni, uti Membra, adscribi possunt; cuiusvis vero Commissionis Praeses, si opportunum censuerit, quoslibet Patres consulere potest.

§ 4. Unusquisque Commissionis Praeses unum aut duos suae Commissionis Patres seligit, eosque Vicepraesides constituit, qui ipsum adiuvent et absentem vel impeditum suppleant.

§ 5. Commissionis Praeses unum ex conciliaribus theologis seu canonistis seu expertis eligit, qui secretarii munere fungatur.

Art. 7

(Commissionum elenchus)

§ 1. Commissiones conciliares decem constituuntur, nempe:

a) **de doctrina fidei et morum;**

b) **de Episcopis et Dioecesium regimine;**

c) **de Ecclesiis Orientalibus;**

d) **de Sacramentorum disciplina ;**

«?) de disciplina Cleri et populi christiani ;

/) de Religiosis ;

g) **de Missionibus;**

h) **de Sacra Liturgia;**

i) **de Seminariis, de studiis et de educatione catholica ;**

***I)* de fidelium apostolatu ; de scriptis prelo edendis et de spectaculis moderandis.**

§ 2. Accedunt :

I) Secretariatus de Concilii negotiis extra ordinem : cuius munus est novas peculiares a Patribus exhibitas quaestiones examini subicere et, si res postulet, Summo Pontifici deferre.

Hic Secretariatus certo Patrum Cardinalium numero constat, quibus praeest Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis; Secretarii autem munere fungitur Secretarius generalis Concilii.

II) Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam;

III) Commissio Technico-organizativa ;

IV) Secretariatus de rebus oeconomicis.

Instituta, de quibus in nn. II), III), IV), eadem munera habent iisdemque constant personis ac in periodo praeparatoria Concilii.

CAPUT IV

DE TRIBUNALI ADMINISTRATIVO

Art. 8

(Tribunalis administrativi constitutio)

§ 1. Peculiare tribunal a Summo Pontifice constituitur quod quaestiones definiat de Concilii disciplina, de excusationibus et de querelis.

§ 2. Tribunali administrativo praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice electus; ac praeter eum, Tribunalis Membra sunt decem Patres, a Summo Pontifice pariter electi.

§ 3. Tribunal administrativum quaestiones definit per turnos trium Membrorum; et, in casu recursus, videntibus omnibus.

§ 4. Tribunal administrativum, sepositis iuris sollemnitatibus, solam rerum veritatem spectans, iudicat.

§ 5. Tribunali administrativo adsistit unus ex notariis conciliaribus et, si casus ferat, unus ex Promotoribus conciliaribus.

CAPUT V

DE THEOLOGIS CANONISTIS ALIISQUE EXPERTIS

Art. 9

(Periti conciliares)

Theologi, canonistae aliique experti, qui Peritorum conciliarium nomine veniunt, Summi Pontificis auctoritate designantur.

Art. 10

(Peritorum conciliarium officium)

§ 1. Periti conciliares Congregationibus generalibus intersunt; at, nonnisi interrogati, loquuntur.

§ 2. Iuxta Commissionum Praesidum designationem et rationem, Periti conciliares cuilibet Commissioni operam navant, adlaborando cum eius Membris in schematibus expendendis et emendandis atque in conficiendis relationibus.

Art. 11

(Periti privati)

§ 1. Singuli Patres consilio et opera uti possunt non solum Peritorum conciliarium, sed etiam alicuius vel theologi vel canonistae vel experti privati.

§ 2. Periti vero privati Congregationibus generalibus et Commissionum coetibus non intersunt, sed obligatione, iureiurando firmata, tenentur servandi secretum de actis et disputatis in Concilio.

CAPUT VI

DE SECRETARIA GENERALI

Art. 12

(Secretariae generalis constitutio)

Concilii Secretaria generalis, quam Secretarius generalis moderatur, in quattuor partitur Officia, nempe :

a) **de sacris ritibus ;**

b) **de negotiis peragendis;**

c) **de actibus scribendis ac servandis ;**

d) **de rebus technicis.**

Art. 13

(Ministrorum ac Officialium elenchus)

Secretarius generalis; duo Subsecretarii.

I. Officium de sacris ritibus :

Praefectus caeremoniarum ;

Magistri caeremoniarum;

Assignatores locorum.

II. Officium de negotiis peragendis :

Notarii ;

Promotores;

Scrutatores.

III. Officium de actibus scribendis ac servandis:

Scribae;

Lectores ;

Interpretes;

Translatores ;

Tachigraphi.

IV. Officium de rebus technicis :

Addicti instrumentis technicis.

Art. 14

(Ministrorum et Officialium nominatio)

Omnes Ministri et Officiales, qui Concilii negotia curant, Summi Pontificis auctoritate nominantur.

Art. 15

(Singulorum Ministrorum et Officialium munera)

§ 1. Secretarius generalis Praesidentiae operam navat ; post Sessiones publicas vel Congregationes generales, res gerendas, sibi praefinitas, exsequitur ; tandem Concilii Acta sedulo colligenda, disponenda et asservanda curat.

§ 2. Subsecretarii Secretarium generalem adiuvant eumque absentem aut impeditum supplent.

§ 3. Praefectus caeremoniarum ordinat ac dirigit sacros ritus et caeremonias; eumque Magistri caeremoniarum et locorum assignatores adiuvant.

§ 4. Assignatores locorum, iuxta statutum indiculum, Patres ad

locum ipsis paratum deducunt, nomina Patrum praesentium adnotant et curant ut ab iisdem Patribus praesentiae schedula conficiatur.

§ 5. Notarii de omnibus, quae in Sessione publica, in Congregatione generali et in Tribunali administrativo gesta fuerint, instrumenta conficiunt eaque ordinant atque in archivo custodiunt.

§ 6. Promotores in fine singularum Sessionum publicarum sollemni formula rogant, ut de rebus in Sessione gestis per Concilii notarios praesentes authenticum instrumentum seu instrumenta conficiantur.

§ 7. Scrutatores in Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus Patrum suffragia colligunt et summam conficiunt.

§ 8. Scribae adnotationes curant de rebus gestis in Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus, ut de eis relationes scriptae fieri possint; curant praeterea typis edenda schemata, notificationes ceteraque nuncia in Concilio legenda vel Patribus distribuenda.

§ 9. Lectores Patribus praesto sunt ad eorum orationes legendas.

§ 10. Interpretes Patribus disceptantibus in usu linguarum operam navant.

§ 11. Translatores, Patrum orationes linguis vernaculis scriptas, in linguam latinam transferunt; itemque actorum et documentorum textum latinum curant.

§ 12. Tachigraphi Patrum orationes ac disceptationes in Congregationibus generalibus scripto mandant; dein suas notas in communem scripturam translatas Secretario generali tradunt ut relationes scriptae officiales conficiantur.

§ 13. Addicti instrumentis technicis horum rectum exercitium curants

CAPUT **VII**

DE GENERALIBUS CONCILII CUSTODIBUS

Art. 16

(Custodum generalium munus)

Custodes duo, iuxta Ecclesiae morem a Summo Pontifice nominati, Summum Pontificem et Patres Aulam conciliarem adeuntes comitantur et Concilii aditibus in vigilant.

CAPUT VIII
DE SUFFICIENDI PERSONIS

Art. 17
(Personarum suffectio)

Si qua, ex personis in Concilio partem habentibus, quacumque ex «causa defecerit, in eius locum alia persona a competenti Auctoritate sufficitur.

CAPUT IX
DE OBSERVATORIBUS

Art. 18
(Concilii Observatores)

§ 1. Legati Christianorum ab Apostolica Sede seiunctorum, qui tamquam observatores Concilio adsistere a Sancta Sede permittuntur, adesse possunt Sessionibus publicis et Congregationibus generalibus, exceptis peculiaribus casibus, a Consilio Praesidentiae determinandis, non autem •conventibus Commissionum, nisi competens Auctoritas permiserit; ius autem loquendi ac suffragium ferendi in Concilii disceptationibus non habent.

§ 2. Observatores de iis, quae in Concilio acta sunt, certiores facere possunt suas Communitates ; secretum autem erga ceteros servare tenentur sicut Patres Concilii ad normam Art. 26.

§ 3. Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam rationes moderatur, quae inter Concilium et Observatores intercedunt, ita ut ipsi Concilii labores sequi possint.

PARS SECUNDA
Normae in Concilio servandae

CAPUT I
DE TEMPORIBUS ET LOCIS CONVENTUUM

Art. 19
(Conventuum tempora)

§ 1. Quivis conciliaris conventus Patribus opportuno tempore significatur.

§ 2. In quavis Congregatione generali, proxime sequentis Congregationis indictio fit.

§ 3. Intimatio singulis facta tunc tantum locum habet, cum id Praeses necessarium iudkaverit.

Art. 20

(Conventuum loca)

§ 1. Sessiones publicae et Congregationes generales in Patriarchali Basilica Sancti Petri locum habent.

§ 2. Commissionum conciliarium conventus in peculiaribus locis, ad hoc praefinitis, habentur.

CAPUT **II**

DE VESTIBUS ADHIBENDIS

Art. 21

(Paramenta sacra in Sessione publica induenda)

§ 1. Patres, quovis tempore, adhibent paramenta sacra albi coloris.

§ 2. Singuli paramenta sumunt quae sequuntur :

a) **Cardinales paramenta propria sui ordinis cum mitra serico-damascena ;**

b) **Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi tam residentiales quam titulares pluviale cum mitra ex tela;**

c) **Abbates et Praelati** *nullius* **pluviale cum mitra ex tela;**

d) **Reliqui Patres habitum choralem sibi proprium.**

Art. 22

(Vestes in Congregatione generali induendae)

In Congregatione generali singuli Patres vestes induunt quae sequuntur :

a) **Cardinales habitum cardinalitium, rubrum vel violaceum secundum temporis diversitatem, cum rocheto, mantelletta et mozeta;**

ö) Patriarchae habitum violaceum, cum rocheto, mantelletta et mozeta : Patriarchae Orientales habitum proprii ritus ;

c) Archiepiscopi et Episcopi, sive residentiales sive titulares, habitum violaceum cum rocheto et mantelletta tantum;

d) **Abbates et reliqui Religiosi habitum choralem proprium.**

Art. 23

(Vestes in Commissionibus induendae)

Omnes, quibus pertinet, induunt habitum pianum sine lacerna; ceteri proprium publicum.

CAPUT III

DE PRAECEDENTIA

Art. 24

(Praecedentiae ordo)

§ 1. In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus et in Commissionibus conciliaribus Patres iuxta praecedentiae ordinem sedent,' loquuntur et vota proferunt ; ita nempe : S. R. E. Cardinales Episcopi,. Presbyteri, Diaconi ; Patriarchae ; Primates ; Archiepiscopi ; Episcopi ; Abbates et Praelati *nullius;* **Abbas Primas, Abbates Superiores Congregationum monasticarum, Supremi Moderatores religionum clericalium exemptarum.**

§ 2. Inter eos, qui ad eundem gradum pertinent eundemque ordinem habent, praecedit qui prius promotus fuerit ad gradum ; si eodem tempore promoti sunt, senior ordinatione, nisi iunior ordinatus fuerit a Summo Pontifice ; et si eodem tempore ordinem receperint, senior aetate (cf. C. I. C. can. 106, 3°; C. I. O. De personis can. 37, 3°).

§ 3. Si quis Pater forte extra ordinem sedeat, sententiam proferat vel alios actus faciat, nullum ius adquirit, ac nemini praeiudicium affert.

§ 4. Procuratores sedent loco sibi peculiariter assignato, servato inter ipsos praecedentiae ordine. Suo pariter loco sedent Periti conciliares.

CAPUT IV

DE FIDEI PROFESSIONE

Art. 25

(Fidei profitendae obligatio)

§ 1. Praeses fidei professionem emittit coram Concilio (cf. C. I. C. can. 1406 § 1, I°).

§ 2. Secretarius generalis fidei professionis formulam legit in quam omnes Patres, tacto pectore, consentiunt dicentes: *Ego N. N. ... spondeo, voveo, et iuro iuxta formulam perlectam. Sic me Deus adiuvet.*

§ 3. Procuratores, Periti conciliares, Ministri et Officiales antequam Concilium ineatur, die et hora praestitutis fidem profitentur coram Praeside eiusve delegato.

CAPUT V

DE SECRETO SERVANDO ET DE MUNERE FIDELITER IMPLENDO

Art. 26

(Patrum obligatio secreti servandi)

Patres de discussionibus in Concilio habitis et de singulorum sententiis secretum servare tenentur.

Art. 27

(Procuratorum, Peritorum, Ministrorum, Officialium obligationes)

Procuratores, Periti conciliares, Ministri, Officiales et ceteri, qui operam suam in rebus Concilii praestant, antequam Concilium ineatur, iusiurandum coram Praeside eiusve delegato emittere tenentur de munere fideliter adimplendo et de secreto servando circa acta, discussiones, singulorum Patrum sententias, suffragia.

CAPUT VI

DE LINGUA IN CONCILIO ADHIBENDA

Art. 28

{Lingua in Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus, in Tribunali administrativo, in actis adhibenda)

In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus, in Tribunali administrativo et in actis exarandis lingua latina adhibetur; quo autem eius usus expeditior evadat, praesto sunt lectores, interpretes ac translatores.

Art. 29

(Lingua in Commissionibus adhibenda)

In Commissionum disceptationibus praeter latinam linguam adhiberi possunt communiores linguae vernaculae, sed quae iis linguis expressa sunt, statim in linguam latinam sunt vertenda.

CAPUT VII

DE COLLIGENDIS AC DISTRIBUENDIS ACTIS ET DOCUMENTIS

Art. 30

(Ratio colligendi ac distribuendi acta et documenta)

§ 1. Omnia acta et documenta colliguntur ac distribuuntur per Secretarium generalem.

§ 2. Decretorum et Canonum schemata, necnon quivis textus adprobandi, ita Patribus distribuenda sunt ut iisdem congruum relinquatur temporis spatium ad consilia capienda, maturanda iudicia et determinanda suffragia.

CAPUT VIII

DE SCHEMATUM EXAMINE

Art. 31

(Schematum examinis gradus)

Schematum examen sequentibus gradibus perficitur :

a) **schema proponitur ac breviter illustratur ;**

b) **schemati inferuntur animadversiones et proponuntur eiusdem emendationes ;**

c) emendationes perpenduntur atque admittuntur vel reiciuntur;

d) **schema reformatur iuxta adprobatas emendationes ;**

e) **si schema reformatum novis egeat emendationibus, iterum atque iterum emendatur donec adprobetur.**

Art. 32

(Schematis propositio)

Quodcumque argumentum disceptandum in Congregatione generali proponitur ac breviter illustratur a Relatore, quem designavit competentis Commissionis Praeses.

Art. 33

(Emendationum propositio)

§ 1. Quivis Pater verba facere potest de unoquoque proposito schemate vel admittendo, vel reiciendo, vel emendando, suae orationis summa Secretario generali saltem tres ante dies scripto exhibita.

§ 2. Oratio ita ordinanda est ut prius de principiis generalibus,

postea vero de particularibus dispositionibus agatur, schematis ipsius semper ordine servato.

§ 3. Quilibet Pater de una eademque re, ex regula, semel tantum loqui potest, idemque rogatur decem momenta ne excedat.

§ 4. Si orator obiecti vel temporis assignatos limites praetergrediatur,, potest a Praeside ad eosdem revocari.

§ 5. Qui emendationes proposuit, absoluto sermone, scriptam relationem eandemque a se subscriptam Secretario generali tradere debet.

§ 6. Qui singula verba vel paragraphos schematis emendanda censuerit, scriptam formulam proponere tenetur, prioribus substituendam.

Art. 34

(Emendationum admissio vel reiectio)

Congregatio generalis, post Relatoris declarationem, suffragium fert utrum singulae propositae emendationes reiciendae an schemati inserendae sint.

Art. 35

(Emendati textus examen)

Congregatio generalis, audita Relatoris declaratione, singulas integri textus emendati partes examinat easque adprobat vel minus.

Art. 36

(Subsequentium emendationum examen)

Si quae emendati schematis partes a Congregatione generali non fuerint adprobatae, ad subsequentes inserendas emendationes eadem ratio ac pro praecedentibus adhibetur ad normam Art. 33-35.

CAPUT IX

DE SUFFRAGIIS FERENDIS

Art. 37

(Formula adhibenda)

§ 1. In Sessionibus publicis, coram Summo Pontifice, formula est : *placet, non placet.*

§ 2. In Congregationibus generalibus pro emendationibus admittendis vel reiciendis formula est : *placet, non placet;* **pro unoquoque schemate emendato, sive integro sive diviso, formula est :** *placet, non placet ? placet iuxta modum.* **Qui suffragium dederit :** *placet iuxta modum,* **tenetur modum clare et concinne scripto tradere.**

§ 3. In Commissionibus conciliaribus ad suffragia ferenda adhibetur formula: *placet, non placet, placet iuxta modum.*

Art. 38

(Modus ferendi suffragia)

§ 1. In Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus suffragia feruntur aptis schedulis, nisi Praeses alium modum praeceperit, ex. gr. surgendo vel sedendo, manum elevando vel minus.

§ 2. In Commissionibus conciliaribus modus ferendi suffragia ab uniuscuiusque Commissionis Praeside determinatur.

Art. 39

(Suffragiorum maioritas)

§ 1. Ad constituendam maioritatem in Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus et in Commissionibus conciliaribus requiruntur duae tertiae partes suffragiorum Patrum praesentium, exceptis electionibus, pro quibus applicatur C. I. C. can. 101 § 1, I°, et nisi aliud a Summo Pontifice statutum fuerit.

§ 2. Si a Commissionibus conciliaribus, in conficiendo novo textu iuxta emendationes a Congregatione generali adprobatas, praescripta maioritas, quamvis studium et cura adhibita sint, obtineri non potuerit, res tota referatur ad Congregationem generalem.

§ 3. In Tribunali administrativo id decisum habetur quod placuerit parti absolute maiori eorum qui suffragium ferunt.

CAPUT X

DE NOVIS PROPONENDIS QUAESTIONIBUS

Art. 40

(Condiciones ad novas propositas quaestiones admittendas)

§ 1. Novae propositae quaestiones nequeunt admitti nisi :

a) **publicum rei christianae bonum respiciant;**

b) **necessarium sit aut saltem opportunum illas a Concilio expendi ;**

c) **nihil contineant quod a constanti Ecclesiae sensu eiusque traditionibus alienum sit.**

§ 2. Novae quaestiones una cum rationibus Praesidi scripto sunt exhibendae.

CAPUT XI

DE DISCESSU ET ABSENTIA

Art. 41

(Patrum discessus)

« Nemini eorum qui Concilio interesse debent, licet ante discedere, quam Concilium sit rite absolutum, nisi a Concilii Praeside cognita et probata discessionis causa et impetrata abeundi licentia » C. I. C. can. 225 : C. I. O. De personis can. 170.

Art. 42

(Patrum absentia)

Qui alicui Sessioni publicae vel Congregationi generali interesse nequit, Consilio Praesidentiae per Secretarium generalem absentiae rationem significare debet.

CAPUT XII

DE DISPENSATIONE AB OBLIGATIONE RESIDENTIAE

Art. 43

(Beneficiorum fructuum perceptio)

Omnes, qui Concilio interesse tenentur vel eidem operam quovis titulo legitime impendunt, Concilio perdurante et donec eidem adsistunt vel inserviunt, quoslibet suorum beneficiorum reditus ac distributiones quotidianas percipere valent, iis tantum exceptis, quae inter praesentes fieri dicuntur (cf. C. I. C. can. 420 § 1, 9°).

PARS TERTIA

Ratio procedendi

CAPUT I

DE RATIONE PROCEDENDI IN SESSIONIBUS PUBLICIS

Art. 44

(Sacrorum rituum et caeremoniarum ordo)

Omnia quaecumque spectant sacros ritus et caeremonias peraguntur iuxta peculiarem Instructionem a Summo Pontifice probatam.

Art. 45

(Sessionum publicarum indictio)

Praeses Congregationum generalium, iuxta mandata a Summo Pontifice accepta, Sessionum publicarum diem et horam statuit eademque Patribus opportune significat.

Art. 46

(Sessionis publicae initium)

§ 1. Die et hora statutis, Patres, Periti conciliares una cum Ministris et Officialibus in Aulam conciliarem conveniunt.

§ 2. Assignatores locorum Patres advenientes ad loca ipsis parata deducunt et nomina praesentium notanda curant ad normam Art. 15 § 4.

§ 3. Missa ab uno ex S. R. E. Cardinalibus celebratur iuxta praecedentem Praesidis designationem.

Art. 47

(Decretorum et Canonum lectio)

Secretarius generalis accedit ad solii gradus Summi Pontificis, a quo recipit Decreta et Canones in eadem Sessione examinanda ; dein illa ex ambone legit.

Art. 48

(Decretorum et Canonum suffragatio)

§ 1. Lectis Decretis et Canonibus, Secretarius generalis sequenti formula interrogat Patres : *Emi, Excmi ac Revmi Patres, placentne Vobis Decreta et Canones quae hac Constitutione continentur?*

§ 2. Secretario generali interroganti Patres respondent vota in schedula scribendo, adhibita formula *placet* **vel** *non placet,* **eamque subscribendo.**

§ 3. Scrutatores schedulas colligunt et Secretario generali tradunt, ut scrutinium fiat, de quo notarii referunt in actis.

Art. 49

(Decretorum et Canonum promulgatio)

§ 1. Secretarius generalis suffragiorum summam reverenter exhibet Summo Pontifici dicens : *Beatissime Pater : Decreta et Canones modo examinata placuerunt omnibus Patribus, nemine excepto* **(vel si qui forte dissenserint,** *tot numero exceptis).*

§ 2. Summus Pontifex si Decreta et Canones confirmare dignatur,

sollemnem formulam pronuntiat : *Decreta et Canones modo lecta placuerunt Patribus, nemine dissentiente* **(vel si quis forte dissenserit,** *tot numero exceptis), Nosque, sacro approbante Concilio, illa ita decernimus, statuimus atque sancimus, ut lecta sunt.*

Art. 50

(Decretorum et Canonum probatorum instrumentum)

§ 1. Protonotarii et Promotores accedunt ad ultimum solii gradum.

§ 2. Promotores, in medio infimi gradus genuflexi, Protonotarios rogant ut de omnibus quae in Sessione acta sunt unum aut plura instrumentum vel instrumenta conficiant.

§ 3. Senior Protonotarius respondet : *Confidemus, vobis testibus,* **innuens Praepositum Domui Pontificiae et Praefectum Cubiculi, qui pro hoc actu prope dexterum solii latus consistunt.**

Art. 51

(Sessionis publicae finis)

§ 1. Summus Pontifex, post cantum hymni *Te Deum laudamus,* **benedictionem impertitur.**

§ 2. Secretarius generalis uniuscuiusque Sessionis publicae relationem scriptam conficiendam ac servandam curat.

CAPUT **II**

DE RATIONE PROCEDENDI IN CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS

Art. 52

(Congregationum generalium indictio)

In prima Sessione publica Praeses Congregationum generalium Patribus diem et horam significat, quibus eaedem initium sument.

Art. 53

(Argumentorum ordo)

Opportuno tempore Praeses Patres certiores facit de ordine disceptationum.

Art. 51

(Congregationis generalis initium)

§ 1. Die et hora statutis, Patres, Periti conciliares una cum Ministris et Officialibus in Aulam conciliarem conveniunt.

§ 2. Assignatores locorum Patres advenientes ad loca ipsis parata deducunt et nomina praesentium notanda curant ad normam Art. 15 § 4.

§ 3. Missa de Spiritu Sancto celebratur ab uno ex Patribus a Praeside designato ; dein Praeses recitat precem : *Adsumus.*

Art. 55

(Electio Membrorum Commissionum conciliarium)

Antequam incipiant disputationes, eliguntur a Patribus Membra Commissionum ad normam Art. 6 §§ 2-3, 39 § 1.

Art. 56

(Schematis propositio et illustratio)

Praeses argumentum disceptandum nuntiat, et ad ambonem vocat Relatorem, a Praeside competentis Commissionis designatum, ut argumentum disceptandum breviter illustret.

Art. 57

(Schematis discussio)

§ 1. Praeses, iuxta indicem a Secretario generali confecto, ex ordine ad loquendum Patres vocat, qui antea nomina sua ad hunc finem significaverint.

§ 2. Oratores invicem succedunt proponentes emendationes, quas, absoluto sermone, scriptas Secretario generali tradunt.

§ 3. Oratorum indice exhausto, Praeses facultatem loquendi concedere potest Patribus, qui illam petierint perdurante ipsa Congregatione.

Art. 58

(Emendationum transmissio ad Commissiones)

§ 1. Absoluta de aliquo schemate vel de eius parte expositione, Praeses decernit propositas emendationes competenti Commissioni mittendas esse.

§ 2. Si quae emendationes duarum vel plurium Commissionum intersint, Praeses statuit quibus Commissionibus emendationes sint mittendae ut ab ipsis Commissionibus unum examen et una eademque relatio conficiatur.

§ 3. Secretarius generalis collectas emendationes ad Commissionem vel Commissiones mittit iuxta Praesidis designationem.

Art. 59

(Subsequentium schematum examen)

Cum subsequentes gradus examinis alicuius schematis continuo peragi nequeunt, hi ad aliud tempus differuntur ; atque interim aliorum schematum examen peragi potest.

Art. 60

(Emendationum examen)

§ 1. Expensae a Commissionibus emendationes typis impressae una cum concinna relatione Patribus distribuuntur.

§ 2. Die a Praeside statuto, Relator scriptam de emendationibus relationem illustrat.

§ 3. Secretarius generalis singulas emendationes legit ; atque de unaquaque admittenda vel reicienda Patres schedula suffragium ferunt,, verbis *placet* **vel** *non placet.*

§ 4. Scrutatores schedulas colligunt et Secretario generali tradunt,, ut scrutinium fiat, de quo notarii referunt in actis.

§ 5. Peracta de emendationibus suffragatione, Secretarius generalis; eiusdem exitum Patribus et competenti Commissioni significat.

Art. 61

(Textus emendati examen)

§ 1. Competens Commissio sive unica sive ex pluribus constituta ad normam Art. 58 § 2, sepositis emendationibus non adprobatis, schema vel schematis partem reformat iuxta probatas emendationes.

§ 2. Textus emendatus, typis impressus, Congregationis generalis; Praesidi traditur atque inter Patres distribuitur.

§ 3. Statuto tempore, Patres, audita Relatoris declaratione, de emendato textu sive integro sive diviso, iuxta Praesidis ordinationem, schedulis vota proferunt, adhibita formula : *placet, non placet, placet iuxta modum; qui* **votum dederit** *placet iuxta modum,* **schedulae adicere tenetur** *modum* **ab ipso intentum.**

§ 4. Schema sive integrum sive divisum maioritate suffragiorum probatur vel reicitur.

§ 5. Excepto casu quo schema integrum vel divisum maioritate suffragiorum reiectum fuerit, *modi* **propositi examini subiciuntur ad normam Art. 58-60.**

§ 6. Postquam omnes schematis partes singulae probatae fuerint, schema integrum probatum censetur.

§ 7. In peculiaribus casibus Praeses novam potest suffragationem super integro schemate exquirere, quo in casu Patres suum iudicium proferunt schedula, adhibita formula *placet* **vel** *non placet.*

Art. 62

(Schematis probati Summo Pontifici praesentatio)

Schema a Congregatione generali probatum, per Praesidem Summo Pontifici defertur, cuius est, si censeat, illud Sessioni publicae subicere eiusdemque Sessionis diem statuere.

Art. 63

(Congregationis generalis finis)

§ 1. Congregationi generali finis a Praeside imponitur prece : *Agimus.*

§ 2. Secretarius generalis curat ut uniuscuiusque Congregationis apta relatio scripta fiat, quae summam rerum gestarum contineat atque Praesidis et suipsius subscriptione firmetur.

§ 3. Una cum relatione scripta Secretarius generalis omnia Congregationis acta in Concilii archivo sedulo asservanda curat.

CAPUT III

DE RATIONE PROCEDENDI IN COMMISSIONIBUS

Art. 64

(Commissionum conciliarium indictio)

Cuiusvis Commissionis Praeses tempora et reliquas circumstantias •definit, quibus Patres suae Commissionis convenire debent, eaque eiusdem Commissionis Membris significat.

Art. 65

(Schematis studium et Relatoris designatio)

§ 1. Commissionis Praeses unumquodque schema Patrum suae Commissionis studio subicit.

§ 2. Praesidis est definire disceptationis rationem, Patrum ac Peritorum consilia exquirenda, linguam adhibendam ad normam Art. 29, modum ferendi suffragia ad normam Art. 38 § 2.

§ 3. Commissionis Praeses Relatorem designat, qui schema proponat atque illustret in Congregatione generali iuxta mentem Commissionis.

Art. 66

(Emendationum ordinatio)

§ 1. Propositas a Patribus in Congregationibus generalibus emendationes competens Commissio, sive unica sive ex pluribus constituta ad normam Art. 58, ordinat atque coordinat.

§ 2. Commissionis Praeses ex Patribus suae Commissionis Relatorem confirmat vel alium eligit, qui de propositis emendationibus scriptam relationem conficiat, in Congregatione generali verbis declarandam.

§ 3. Commissionis Secretarius emendationes ordinatas ac de eisdem relationem typis imprimendas curat atque per Secretarium generalem Congregationis generalis Praesidi tradit et Patribus distribuit.

Art. 67

(Emendationum insertio)

§ 1. Suffragatione de emendationibus peracta, Praeses competentis Commissionis, sive unicae sive ex pluribus Commissionibus constitutae ad normam Art. 58, curat ut adprobatae emendationes schemati inserantur ita ut novus textus fiat, idemque typis impressus Patribus distribuatur.

§ 2. Textus emendatus iudicio Congregationis generalis subici nequit, nisi in Commissione retulerit praescriptam suffragiorum maioritatem ad normam Art. 39 §§ 1-2.

Art. 68

(Subsequentes textus emendationes)

Si Congregatio generalis, postquam textum emendatum examinaverit, novas requirat emendationes, competens Commissio eas peragendas curat iuxta suffragia in Congregatione generali a Patribus expressa.

Art. 69

(Conventuum scripta relatio)

De unoquoque conventu Secretarius Commissionis scriptam relationem conficit.

Art. 70

(Normae complementares)

Ubi peculiares normae Commissionibus conciliaribus non traduntur, ratio procedendi Commissionis rationem procedendi Congregationis generalis imitatur.

II

Quaedam praecipiuntur vacante Sede Apostolica valitura

IOANNES PP. XXIII

SUMMI PONTIFICIS ELECTIO quoniam cum maximis catholicae Ecclesiae momentis profecto coniungitur, facile idcirco tenetur, cur e Decessoribus Nostris non pauci, pro mutatis temporum rationibus, de vacante Apostolica Sede mutatas normas ediderint. Quamvis enim ipsis esset persuasum in eiusmodi rerum condicione Christum Iesum peculiari quadam assiduitate Sponsae suae adesse, iure tamen meritoque arbitrati sunt, ab hominibus, quorum maxime interesset, nullam desiderari debere consilii prudentiam, quae, per illud temporis spatium, rectum rerum polliceretur cursum.

Horum Nos exemplum secuti, Nostras esse partes putamus nonnullas tradere normas, quarum necessitatem vel rerum usus, vel recens invectae consuetudines ostendere visae sunt. Quae normae cum nonnulla tantummodo disciplinae capita respiciant, legum corpus renovandum non censemus, quae Constitutione Apostolica *Vacantis Apostolicae Sedis* continentur, a Decessore Nostro f. r. Pio XII edita;[1] sed has iubemus vel superioribus normis addi, quae omnino novae sint, vel eas immutari quae aliquid de eadem re praecipiant.

Itaque re diu ac mature perpensa, certa scientia et de Nostrae potestatis plenitudine has Apostolicas Litteras motu proprio damus, quibus Sacrum Cardinalium Collegium, hac Petri Sede vacante, in Romano Pontifice eligendo utatur, normis eiusdem superioris Constitutionis abrogatis, quae hisce Nostris praeceptis non congruant.

I. Sive Augusto Pontifice decumbente, sive eodem vita functo, nemini liceat in eius" diaetis neque imagines obiectu lucis pingere. neque voces postea reddendas in magnetophonii

[1] Cfr. PII XII Pont. Max., Constitutio Apostolica *Vacantis Apostolicae Sedis*, 8 decembris 1945, *A. A. S.*, XXXVIII (1946), pagg. 65-99.

taeniola imprimere. Si quis vero, Summo Pontifice defuncto, hoc genus imagines, probationis vel testimonii causa, imprimere cupiat, id petere a Cardinali Camerario S. R. E. poterit, qui tamen Summum Pontificem lucis obiectu referri nequaquam sinet, nisi pontificalibus vestibus indu tum.

II. Translations funeris caeremoniis persolutis, cunctaque fidelium multitudine a Petriano templo dimissa, exuviae Summi Pontificis per ianuam, quam a S. Martha appellant, in Cryptas Vaticanas inferantur, prosequentibus dumtaxat Cardinalibus Ordinum Capitibus, Cardinali Basilicae Petrianae Archipresbytero, Cardinali qui fuit extremus a publicis Ecclesiae negotiis, et aliquot Canonicis Vaticanis. In Cryptis vero dum capularis capsa igne fèrruminatur, praeter plumbarios,. ii tantummodo adesse praesentes poterunt, quos modo diximus,, et defuncti Summi Pontificis consanguinei.

III. Si quo tempore Summus Pontifex e vita discedit, Cardinalis Camerarii munus vacet, eum sacrum Cardinalium Collegium, statutis servatis praescriptionibus, quam primum eligat. Sed antequam hoc fiat, Sacri Collegii Decanus eius interim agat partes, in commemorata Decessoris Nostri Constitutione Apostolica explanatas;[2] ac nulla interposita mora consilia capiat, quae res praesens suadeat.

IV. Placet Nobis ne inter habendum Conclave, quod vocant^ diaetarum Summi Pontificis privatarum ulla pars habitetur.

V. Aperte constare volumus, Praelatos Clericos Reverendae Camerae Apostolicae, Sancta Sede vacante, sub dicione esse Cardinalis Camerarii.

VI. Formula iurisiurandi a Cardinalibus, iuxta praescriptum 12[3] memoratae Constitutionis dandi, haec, quae sequitur^

[2] ***Ibid.*, pag. 71.**
[3] ***IUd.*, pag. 69.**

erit. Quam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iubebit a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum elata voce legi:

Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolate et ad unguem Nos omnes et singulos esse observaturos omnia quae continentur in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi Secundi, quae incipit verbis **Vacantis Apostolicae Sedis,** *data die octavo decembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, atque in* **Motu Proprio** *Summi Pontificis Ioannis Vigesimi Tertii, cuius initium est* **Summi Pontificis Electio.** *Item promittimus, vovemus, et iuramus, quicumque nostrum Romanus Pontifex, Deo sic disponente, erit electus, eum iura spiritualia et temporalia •— praesertim quae ad civilem Romani Pontificis principatum spectant — libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue adserere atque tueri et, si opus fuerit, vindicare numquam esse destiturum.*

Praecipue autem promittimus et iuramus, Nos religiosissime et quoad omnes, etiam familiares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos de iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et de iis quae in Cardinalium Congregationibus, ante Conclave vel inter ipsum habitis, de hac re acta vel decreta sint, itemque de iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientibus, neque idem secretum quoquo modo violaturos, sive inter Conclave, sive etiam, post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut certa venia ab eodem futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi **Veto** *sive* **Exclusivam,** *etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturos, neque ipsum hoc* **Veto,** *qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive inter ipsum; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestituros.*

Deinde singuli Cardinales dicent:

Et Ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo, ac iuro. •

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

VII. Constitutionis eiusdem praescripto 41[4] derogantes, illud in posterum ita sonare iubemus : Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita Conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent.

VIII. De praescripto 43[5] aliquid immutantes, illud ut sic concipiatur censemus: Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit unum vel, si id petat a Cardinali S. R. E. Camerario, duos servientes in Conclave secum adducere : infirmis autem et graviter affectis a Cardinali S. R. E. Camerario una cum Cardinalibus Capitibus Ordinum tertius indulgen potest.

IX. Praescriptum 44[6] sic est emendandum : De qualitatibus Conclavistarum, quos integritate morum, singulari prudentia et sincera erga Sanctam Sedem religione oportet esse conspicuos, Cardinales ad id delegati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere et eos approbare, ac post ingressum, iisdem invigilare debent.

X. Praescriptum 45[7] sic immutari iubemus: Conclavistae religiose iusiurandum dent, iuxta statutam formulam. Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, ut ab ipsis iusiurandum, quod supra commemoratum est, saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave iuretur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probe intellexerit.

Itaque una vel altera die ante ingressum in Conclave, coram S. Collegii Secretario, astante Apostolicarum Caeremoniarum

[4] ***Ibid.*, pag. 77.**
[5] ***Ibid.*, pag. 78.**
[6] ***Ibid.***
[7] ***Ibid.***

Praefecto, ad rem delegatis, Magistri Caeremoniarum omnesque Conclavistae ecclesiastici iuxta hanc formulam iusiurandum dabunt:

Ego . . . . constitutus coram te tactis sanctis Dei Evangeliis, promitto et iuro me inviolate servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta sint et in Conclavi seu in loco electionis agantur, scrutinium directe vel indirecte respicientia, quaeque omnia quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines luce exprimendas quovis modo aptis, et hoc sub poena excommunicationis latae sententiae, Sedi Apostolicae reservata, si ab hoc praecepto discessum erit. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut certa venia mihi concessa fuerit.

Pariter promitto et iuro nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi **Veto** *seu* **Exclusivam,** *etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturum, neque ipsum hoc* **Veto,** *qualibet ratione mihi cognitum, patefacturum, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis Cardinalibus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante ingressum in Conclave, sive inter ipsum; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestiturum.*

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango.

Alii vero Conclavistae et inservientes e laicorum ordine iuxta hanc formulam iurabunt, in uniuscuiusque sermonem convertendam :

Io. . . . . stando dinanzi a. . . . . toccando colle mie proprie mani i Santi Evangelii, prometto e giuro che osserverò rigoroso

e inviolabile segreto su tutte e singole quelle cose, le quali in qualunque modo venissi a conoscere, circa Velezione del nuovo Pontefice, trattate e definite nelle Congregazioni dei Cardinali, come pure nel Conclave o nel luogo dell'elezione, riguardanti direttamente o indirettamente gli scrutimi, e che non violerò in alcun modo questo segreto, nè direttamente, nè indirettamente, nè con parole, nè con scritti, nè con segni, od in altra qualsiasi guisa; inoltre prometto e giuro di non usare nel Conclave di apparecchi radio, di telefono, microfono o di qualsivoglia altro strumento trasmittente o ricevente, e di non usare neppure di macchine fotografiche e cinematografiche, e ciò non solo sotto pena di scomunica, riservata alla Sede Apostolica, e da incorrersi senz'altra dichiarazione col solo fatto della violazione del giurato segreto, ma pure sotto altre pene anche gravissime che la stessa Santità Sua potrà infliggermi in caso di trasgressione. Il qual segreto io prometto e giuro che manterrò coscienziosamente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pontefice, a meno che non mi venga su ciò concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facoltà di parlare.

Parimenti prometto e giuro che non riceverò in nessuna maniera e da nessuna potestà civile, sotto qualsiasi pretesto, l'incarico di proporre il **Veto** *o* **Esclusiva,** *anche sotto forma di semplice desiderio, e che non manifesterò questo* **Veto,** *in qualunque modo da me conosciuto, nè dinanzi a tutto il S. Collegio dei Cardinali, riunito, nè ai singoli Cardinali, nè per iscritto, nè a voce, nè direttamente e prossimamente, nè indirettamente o per mezzo di altri, nè prima dell'ingresso nel Conclave, nè esso durante, e che non presterò mai aiuto o favore a qualsiasi intervento, intercessione o altro modo qualsiasi col quale le autorità civili di qualunque grado ed ordine volessero immischiarsi nell'elezione del Romano Pontefice.*

Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangelii, che tocco colle mie mani.

XI. In locum alterius partis praescripti 53,[8] hanc reponi iubemus: Interim vero Officiales Conclavis et alii in Conclavi •servientes, nisi iusiurandum supra imperatum iam dederint, •quam primum illud iurare debent coram S. Collegii Secretario, astante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem delegatis a Cardinali S. R. E. Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum dandum est.

[8] ***Ibid.,* pag. 82.**

XII. Pro priore parte praescripti 60[9] haec subicienda est: Volumus item ut epistulae, et cuiusvis generis scripta, etiam typis èdita, tum ad eos qui in Conclavi sunt, S. R. E. Cardinalibus exceptis, tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula Secretarii S. Collegii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis delegati sunt, examini et inspectioni subiciantur.

XIII. Ad praescriptum 61[10] quod pertinet, illud ita renovamus : Praeterea omnibus Conclavistis severe praecipimus et mandamus ut secretum religiosissime servent quoad omnia, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et quoad ea. quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Quapropter quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, sive alia, quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur; ita ut hanc*, legem violantes in excommunicationem latae sententiae incurrant, Sedi Apostolicae reservatam.

XIV. Itidem Constitutionis praescriptum 62[11] immutamus, cuius sententiam esse huiusmodi decernimus : Specialiter autem Cardinales prohibemus, ne suis familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque quae in Cardinalium Congregationibus sive ante Conclave, sive inter ipsum habitis,, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

XV. Praescriptum 68[12] ut novam hanc in posterum habeat formam statuimus : Tertius et ordinarius modus, seu forma, electionis Romani Pontificis est, quae vocatur *per scrutinium.* Qua in re plenissime confirmamus legem iam latam ac plura

9 *Ibid.,* pag. 84.
10 *Ibid.*
11 *Ibid.*
12 *Ibid.,* pag. 87.

deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statuitur, ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribus partibus suffragiorum. Quodsi numerus Cardinalium praesentium in tres partes aequales dividi non possit, ad validitatem electionis Summi Pontificis alterum suffragium requiritur. Ut perspicuum est, si electus Pontifex in Conclavi est, et ipse debet in numero Cardinalium computari.

XVI. In praescripti 87[13] locum, ut hoc reponatur decernimus : Omnibus et singulis Cardinalibus pro sancta oboedientia praecipimus, ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas, quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, vel Cardinali Camerario vel uni ex tribus Cardinalibus Ordinum Capitibus tradant; qui scripturas easdem in involucra inserent, sigillis obsignanda sive Cardinalis Camerarii sive trium Cardinalium Capitum Ordinum. Iidem autem involucra in tabularium referent, in eoque diligentissime servari curabunt; omnia potestati permittentes electi Summi Pontificis, cuius iniussu neque resignari neque legi poterunt.

XVII. Decernimus ut, expleto Conclavi, Cardinalis S. R. E. Camerarius relationem exaret, a Cardinalibus trium Ordinum Capitibus approbandam, quae suffragiorum exitum declaret in singulis sessionibus habitorum. Quae relatio, in tabulario asservanda, involucro claudetur consignato, quod a nullo resignari poterit, nisi Summus Pontifex id definite permiserit.

XVIII. Quod ad praescriptum 93[14] attinet, eius posthac esse formulam volumus : Item prohibemus, ne quis, etsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, deliberare de ipsius Successoris electione, aut aliquod

[13] ***Ibid.*, pag. 93.**
[14] ***Ibid.*, pag. 94.**

suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid decernere audeat.

XIX. Praecipimus ut, postquam novus Summus Pontifex electus est, suamque is electionem assensu suo comprobavit, Conclave, quod ad canonicos effectus attinet (cf. praescriptum 58), finem habeat. Quam ob rem decernimus, ut nihil tunc impediat, quominus electum Summum Pontificem adire possint Antistites praepositi Consilio publicis Ecclesiae negotiis procurandis, Pontificalis domus Praefectus, Praelatus ab epistulis Pont. Max. ad Principes, et quicumque cum electo Summo Pontifice agere de rebus debent, quae in praesentia opus erunt.

XX. Si defunctus Summus Pontifex de rebus suis deque litteris et tabulis privatis testamentum fecerit, suique testamenti •curatorem designaverit, huius est, pro potestatibus sibi a testatore factis, ea statuere et exsequi, quae ad privata defuncti Pontificis bona et scripta pertinent. Qui curator de negotii a se gesti dispensatione electo dumtaxat Summo Pontifici rationem reddet.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis, quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die v mensis Septembris, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

CONVENTIO

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET AUSTRIACAM REMPUBLICAM

CONVENZIONE
FRA LA
SANTA SEDE
E LA
REPUBBLICA AUSTRIACA
AL FINE DI REGOLARE
QUESTIONI ATTINENTI
L'ORDINAMENTO
SCOLASTICO

La Santa Sede,

rappresentata dal suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Revma Mons. Opilio Rossi, Arcivescovo tit. di Ancira e Nunzio Apostolico in Austria,

e la Repubblica Austriaca,

rappresentata dai suoi Plenipotenziari

il Signor Dr. Bruno KREISKY, **Ministro Federale per gli Affari Esteri, e**

il Signor Dr. Heinrich DRIMMEL, **Ministro Federale per l'Istruzione,**

animate dal desiderio di regolare, di mutua intesa, le questioni sorte, con riferimento alle disposizioni dell'Articolo VI del Concordato del 5 giugno 1933 e relativo Protocollo Addizionale, da

VERTRAG
ZWISCHEN DEM
HEILIGEN STUHL
UND DER
REPUBLIK ÖSTERREICH
ZUR REGELUNG VON MIT
DEM SCHULWESEN
ZUSAMMENHÄNGENDEN
FRAGEN

Der Heilige Stuhl,

vertreten durch dessen Bevollmächtigten, Seine Exzellenz den Herrn Apostolischen Nuntius in Österreich, Monsignore Opilio Rossi, Titularerzbischof von Ancira,

und die Republik Österreich,

vertreten durch deren Bevollmächtigte,

Herrn Dr. Bruno KREISKY, **Bundesminister für Auswärtige Angelegenheiten, und**

Herrn Dr. Heinrich DRIMMEL, **Bundesminister für Unterricht,**

von dem Wunsche geleitet, die Fragen, die sich aus einer Neuordnung des Schulwesens in Österreich mit Beziehung auf die Bestimmungen des Artikels VI des Konkordates vom 5. Juni 1933 und

un nuovo ordinamento scolastico in Austria, hanno stipulato la seguente Convenzione :

Articolo I

§ 1. (1) La Chiesa ha il diritto di impartire l'insegnamento religioso agli alunni cattolici in tutte le scuole pubbliche e in tutte le scuole aventi diritto pubblico.

(2) Nelle accademie pedagogiche pubbliche e in quelle aventi diritto pubblico,- in considerazione del carattere particolare dell'insegnamento in esse impartito, si insegnerà pedagogia della religione. Le disposizioni di questo articolo sull'insegnamento religioso valgono analogamente anche per la pedagogia della religione.

(3) Il numero delle ore d'insegnamento religioso presentemente in uso non sarà ridotto. Nuove determinazioni relative alla quantità delle ore d'insegnamento avverranno d'intesa fra Chiesa e Stato. Le scuole cattoliche (Articolo II) saranno libere di stabilire, previo avviso alla competente autorità scolastica statale, una più ampia misura dell'insegnamento religioso.

§ 2. (1) L'insegnamento religioso sarà, salvo quanto è stabilito al capoverso 2°, materia obbligatoria per tutti gli alunni cattolici in tutte le scuole pubbliche e in tutte quelle aventi diritto pubblico.

des diesbezüglichen Zusatzprotokolls ergeben, einer Regelung in gegenseitigem Einvernehmen zuzuführen, haben nachstehenden Vertrag geschlossen :

Artikel I

§ 1. (1) Die Kirche hat das Recht, den katholischen Schülern an allen öffentlichen und allen mit Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Schulen Religionsunterricht zu erteilen.

(2) An den öffentlichen und den mit Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Pädagogischen Akademien wird mit Rücksicht auf den besonderen Charakter des Lehrbetriebes an diesen Akademien Religionspädagogik gelehrt. Die Bestimmungen dieses Artikels über den Religionsunterricht gelten sinngemäß auch für Religionspädagogik.

(3) Das gegenwärtig bestehende Stundenausmaß des Religionsunterrichtes soll nicht herabgesetzt werden. Eine Neufestsetzung des Stundenausmaßes wird zwischen der Kirche und dem Staate einvernehmlich erfolgen. Den katholischen Schulen (Artikel II) wird es freistehen, nach Anzeige an die zuständige staatliche Schulbehörde ein höheres Ausmaß für den Religionsunterricht festzusetzen.

§ 2. (1) Der Religionsunterricht wird an allen öffentlichen und an allen mit dem Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Schulen vorbehaltlich der Bestimmungen des Absatzes 2 für alle katholischen Schüler Pflichtgegenstand sein.

(2) In vista della particolare organizzazione delle scuole professionali a carattere industriale e commerciale per apprendisti, la Santa Sede non solleva obiezione a che in queste scuole l'insegnamento religioso sia materia non obbligatoria. Rimane invariato un migliore stato di fatto, esistente in alcune Regioni Federali (Bundesländer).

(2) Mit Rücksicht auf die besondere Organisation der gewerblichen und kaufmännischen Berufsschulen für Lehrlinge erhebt der Heilige Stuhl nicht dagegen Einwand, daß in diesen Schulen der Religionsunterricht als nichtobligater Unterrichtsgegenstand geführt wird. Ein in einzelnen Bundesländern bisher bestehender darüber hinausgehender Zustand bleibt unberührt.

§ 3. (1) Gli insegnanti di religione nelle scuole pubbliche o sono nominati dallo Stato (Bund o Bundesländer) secondo le norme in vigore per gli insegnanti statali di uguale grado di preparazione e d'impiego, oppure sono designati dalla Chiesa.

(2) Soltanto le persone dichiarate idonee e proposte dall'autorità ecclesiastica possono essere nominate insegnanti di religione. La facoltà di impartire l'insegnamento religioso è legata al possesso della « missio canonica ». La concessione e il ritiro della ((missio canonica » spettano, siccome affare interno della Chiesa, all'autorità ecclesiastica.

(3) La Chiesa designerà ad insegnanti di religione soltanto persone che posseggano la cittadinanza austriaca e dimostrino di avere la preparazione generale richiesta per gli insegnanti di religione impiegati dallo Stato. Dal requisito della cittadinanza austriaca il competente Ministero Federale

§ 3. (1) Die Religionslehrer an den öffentlichen Schulen werden entweder vom Staate (Bund oder Bundesländer) nach den für staatliche Lehrer gleichartiger Vorbildung und Verwendung geltenden Vorschriften angestellt oder von der Kirche bestellt.

(2) Als Religionslehrer dürfen nur solche Personen angestellt werden, die von der Kirchenbehörde als hiezu befähigt erklärt und vorgeschlagen sind. Die Erteilung des Religionsunterrichtes ist an den Besitz der « missio canonica » gebunden. Die Zuerkennung und Aberkennung der ((missio canonica » steht als innere kirchliche Angelegenheit der Kirchenbehörde zu.

(3) Die Kirche wird nur solche Personen zu Religionslehrern bestellen, welche überdies die österreichische Staatsbürgerschaft besitzen und die für staatlich angestellte Religionslehrer vorgeschriebene allgemeine Vorbildung nachweisen. Vom Erfordernis der österreichischen Staatsbürger-

dispenserà nei casi degni di considerazione.

(4) Gli insegnanti di religione impiegati dallo Stato, cui sia ritirata la « missio canonica », non saranno più assegnati all'insegnamento religioso; a norma delle prescrizioni statali, essi saranno o assunti a un servizio d'altro tipo, o collocati a riposo oppure dimessi dal servizio dello Stato.

(5) Tutti gli insegnanti di religione sono soggetti, per quanto riguarda l'esposizione della dottrina cattolica, esclusivamente alle norme e prescrizioni ecclesiastiche; per il resto, nell'esercizio del loro insegnamento, sono soggetti anche alle norme generali scolastiche statali.

(6) Lo Stato assume l'intero onere degli stipendi per tutti gli insegnanti di religione nelle scuole pubbliche nella stessa misura di retribuzione valevole per gli insegnanti statali di uguale grado di preparazione e d'impiego. La retribuzione degli insegnanti di religione designati dalla Chiesa sarà effettuata in base alle tabelle di stipendio valevoli per gli insegnanti non di ruolo.

§ 4. (1) La Chiesa provvede all'insegnamento religioso, lo dirige e sorveglia secondo le norme del presente Articolo. Gli organi statali di ispezione scolastica possono però vigilare anche sull'in-

schaft wird das zuständige Bundesministerium in berücksichtigungswürdigen Fällen Nachsicht erteilen.

(4) Staatlich angestellte Religionslehrer, denen die « missio canonica » entzogen wird, werden für die Erteilung des Religionsunterrichtes nicht mehr verwendet werden; sie werden nach Maßgabe der staatlichen Vorschriften entweder in eine anderweitige Dienstverwendung genommen oder in den Ruhestand versetzt oder aus dem staatlichen Dienstverhältnis ausgeschieden.

(5) Alle Religionslehrer unterstehen hinsichtlich der Vermittlung des katholischen Lehrgutes ausschließlich den kirchlichen Vorschriften und Anordnungen; im übrigen unterstehen sie in der Ausübung ihrer Lehrtätigkeit auch den allgemeinen staatlichen Schulvorschriften.

(6) Der Staat übernimmt es, den gesamten Personalaufwand für alle Religionslehrer an den öffentlichen Schulen nach Maßgabe der für staatliche Lehrer gleichartiger Vorbildung und Verwendung geltenden Besoldungsvorschriften zu tragen. Soweit es sich hiebei um von der Kirche bestellte Religionslehrer handelt, richtet sich ihre Remuneration nach dem für nebenamtliche Lehrer geltenden Besoldungsschema.

§ 4. (1) Die Besorgung, Leitung und Beaufsichtigung des Religionsunterrichtes wird von der Kirche nach Maßgabe der ihr nach diesem Artikel zukommenden Aufgaben ausgeübt. Die Staat-

segnamento religioso sotto l'aspetto dell'organizzazione e della disciplina scolastica.

(2) Per l'immediata sorveglianza dell'insegnamento religioso la Chiesa può designare ispettori i cui nominativi sono notificati alle autorità scolastiche statali. Resta tuttavia integro il diritto degli altri organi della Chiesa cui spetta, a norma del diritto canonico, il compito di sorvegliare l'insegnamento religioso, in modo particolare il diritto dell'Ordinario diocesano di vigilare sul modo con cui l'insegnamento medesimo è impartito e frequentato.

(3) Lo Stato assume Ponere della retribuzione di un numero di ispettori dell'insegnamento religioso corrispondente al numero di ispettori statali per singole materie secondo le tabelle in vigore per gli ispettori di tale categoria.

§ 5. (1) I programmi dell'insegnamento religioso sono, quanto al contenuto, stabiliti dalla autorità ecclesiastica e notificati alla suprema autorità scolastica statale.

(2) Per l'insegnamento religioso saranno adottati dalla Chiesa solamente testi scolastici e materiale didattico che favoriscano l'educazione civica secondo i dettami della dottrina cristiana..

lichen Schulaufsichtsorgane sind jedoch befugt, auch den Religionsunterricht in organisatorischer und schuldisziplinärer Hinsicht zu beaufsichtigen.

(2) Für die unmittelbare Beaufsichtigung des Religionsunterrichtes steht es der Kirche frei, Religionsunterrichtsinspektoren zu bestellen, die den staatlichen Schulbehörden bekanntgegeben werden. Das Recht der nach den kirchenrechtlichen Vorschriften zur Visitation des Religionsunterrichtes sonst berufenen Organe der Kirche, insbesondere jenes des Diözesanordinarius, über die Erteilung des Religionsunterrichtes und die Teilnahme der Schüler an diesem zu wachen, wird hiedurch nicht berührt.

(3) Der Staat übernimmt es, für eine der Anzahl staatlicher Schulinspektoren für einzelne Gegenstände entsprechende Zahl von Religionsunterrichtsinspetkoren den Personalaufwand nach Maßgabe der staatlichen Besoldungsvorschriften für Schulinspektoren für einzelne Gegenstände zu tragen.

§ 5. (1) Die Lehrpläne für den Religionsunterricht werden hinsichtlich des Lehrstoffes von der Kirchenbehörde erlassen und der obersten staatlichen Schulbehörde mitgeteilt werden.

(2) Für den Religionsunterricht werden von der Kirche nur Lehrbücher und Lehrmittel verwendet werden, die der staatsbürgerlichen Erziehung nach christlicher Lehre förderlich sind.

§ 6. Agli insegnanti ed alunni sarà resa possibile, almeno nell'ampiezza finora in uso, la partecipazione, durante l'orario scolastico, ai servizi religiosi scolastici tenuti dalla Chiesa per gli insegnanti ed alunni cattolici delle scuole pubbliche e di quelle aventi diritto pubblico in particolari occasioni della vita scolastica, ecclesiastica o statale, specialmente all'inizio e alla fine dell'anno scolastico, come pure la partecipazione ad altre pratiche o funzioni religiose.

§ 6. Die Teilnahme an den von der Kirche für die katholischen Lehrer und Schüler der Öffentlichen und der mit dem öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Schulen zu besonderen Anlässen des schulischen, kirchlichen oder staatlichen Lebens, insbesondere zu Beginn und am Ende des Schuljahres, abgehaltenen Schülergottesdiensten sowie die Teilnahme an sonstigen religiösen Übungen oder Veranstaltungen wird den Lehrern und Schülern mindestens im bisherigen Umfang während der Schulzeit ermöglicht werden.

Articolo II

§ 1. (1) La Chiesa e le sue istituzioni esistenti a norma del diritto canonico hanno il diritto di fondare e dirigere scuole di ogni specie, osservando le norme generali del diritto scolastico statale.

(2) Alle scuole nominate nel capoverso I°, sempreché siano adempiute le condizioni a questo scopo tassativamente imposte nelle leggi scolastiche statali, sarà riconosciuto il diritto pubblico.

(3) La Chiesa e le sue istituzioni, esistenti a norma del diritto canonico, hanno altresì il diritto di fondare e dirigere, osservando le prescrizioni generali statali, giardini d'infanzia, doposcuola, semiconvitti e convitti scolastici ed istituti simili.

§ 2. (1) Lo Stato concederà alla Chiesa Cattolica regolari sovven-

Artikel II

§ 1. (1) Die Kirche und ihre nach kirchlichem Recht bestehenden Einrichtungen haben das Recht, unter Beobachtung der staatlichen allgemeinen schulrechtlichen Vorschriften Schulen aller Arten zu errichten und zu führen.

(2) Auf die Dauer der Erfüllung der in den staatlichen Schulgesetzen hiefür taxativ aufgestellten Voraussetzungen ist den im Absatz 1 genannten Schulen das Öffentlichkeitsrecht zuzuerkennen.

(3) Unter Beobachtung der staatlichen allgemeinen Vorschriften haben die Kirche und ihre nach kirchlichem Recht bestehenden Einrichtungen auch das Recht, Kindergärten, Schülerhorte, Schülertagesheime, Schülerheime und ähnliche Einrichtungen zu errichten und zu führen.

§ 2. (1) Der Staat wird der Katholischen Kirche laufend Zu-

zioni per gli stipendi del personale delle scuole cattoliche. La Santa Sede si dichiara d'accordo, sotto riserva di quanto è disposto all'Articolo V, sulla seguente regolamentazione.

(2) Lo Stato metterà a disposizione delle scuole cattoliche il 60% dei posti di insegnanti richiesti in queste scuole per l'esecuzione del programma scolastico 1961/62; il calcolo deve essere fatto separatamente per gli insegnanti delle scuole dell'obbligo da una parte e, dall'altra, per gli insegnanti delle scuole medie, superiori e di altro genere.

(3) Il quantitativo di posti di insegnanti risultante a norma del capoverso 2°, dallo Stato messo a disposizione delle scuole cattoliche, sarà aumentato nella stessa proporzione in cui aumenterà il numero degli insegnanti impiegati nelle scuole pubbliche dell'obbligo; l'incremento del numero degli insegnanti impiegati nelle scuole pubbliche dell'obbligo avrà come conseguenza un aumento nel senso indicato, soltanto se esso ammonta almeno al 2% del numero degli insegnanti impiegati nelle scuole pubbliche dell'obbligo al momento dell'entrata in vigore di questa Convenzione o, rispettivamente, dell'ultimo aumento avvenuto a norma della presente disposizione.

(4) Lo Stato inoltre metterà a disposizione, di volta in volta, il 60% del maggiore fabbisogno di posti di insegnanti che risulterà in conseguenza delle previste nor-

schüsse zum Personalaufwand der katholischen Schulen gewähren. Der Heilige Stuhl erklärt sich vorbehaltlich der Bestimmungen des Artikels V damit einverstanden, daß hiefür die folgende Regelung gelten soll.

(2) Der Staat wird für die katholischen Schulen 60% jener Lehrerdienstposten zur Verfügung stellen, die im Schuljahr 1961/62 zur Erfüllung des Lehrplanes an diesen Schulen erforderlich waren; die Berechnung hat für Lehrer an Pflichtschulen einerseits und für Lehrer an mittleren, höheren und sonstigen Schulen andererseits gesondert zu erfolgen.

(3) Die sich aus Absatz 2 ergebende Zahl von Lehrerdienstposten, die vom Staat für die katholischen Schulen zur Verfügung gestellt wird, wird im gleichen Verhältnis erhöht werden, wie die Zahl der an öffentlichen Pflichtschulen verwendeten Lehrer steigt; eine solche Steigerung der Zahl der an öffentlichen Pflichtschulen verwendeten Lehrer hat nur dann eine Erhöhung im angeführten Sinne zur Folge, wenn die Steigerung mindestens 2 v. H. der Zahl der Lehrer beträgt, die im Zeitpunkte des Inkrafttretens dieses Vertrages beziehungsweise im Zeitpunkte der jeweils letzten Erhöhung im Sinne dieser Vertragsbestimmung an öffentlichen Pflichtschulen verwendet worden sind.

(4) Der Staat wird überdies jeweils 60% des erforderlichen Mehrbedarfes an Lehrerdienstposten zur Verfügung stellen, der sich auf Grund der in Aussicht

me legali in materia scolastica (quali, specialmente, l'introduzione di un nono anno scolastico e la creazione di accademie pedagogiche).

(5) Di regola queste sovvenzioni si effettueranno nella forma di assegnazione di insegnanti impiegati dallo Stato. La distribuzione alle singole scuole cattoliche dei posti di insegnanti messi a disposizione sarà effettuata dalla suprema autorità scolastica statale su proposta dell'Ordinario diocesano. Terranno assegnati solamene te insegnanti contro la cui destinazione alla scuola interessata l'Ordinario diocesano non sollevi obiezioni. L'assegnazione sarà revocata se l'Ordinario diocesano dichiarasse inammissibile l'ulteriore destinazione dell'insegnante alla scuola e richiedesse perciò alla competente autorità statale la revoca dell'assegnazione.

§ 3. Per scuole cattoliche nel senso di questo Articolo si intendono le scuole sostenute dalla Chiesa o da enti eretti a norma del diritto canonico, come pure le scuole condotte da associazioni, istituzioni o fondazioni, se e fino a quando esse dal competente Ordinario diocesano siano riconosciute quali scuole cattoliche.

Articolo III

La Repubblica Austriaca, allo scopo di render possibile l'istituzione della scuola cattolica nel

genommenen schulgesetzlichen Maßnahmen (wie insbesondere die Einführung eines 9. Schuljahres und die Schaffung von Pädagogischen Akademien) ergibt.

(5) In der Regel werden diese Zuschüsse in der Form der Zuweisung von staatlich angestellten Lehrern erfolgen. Die Aufteilung der zur Verfügung zu stellenden Lehrerdienstposten auf die einzelnen katholischen Schulen erfolgt durch die oberste staatliche Schulbehörde auf Antrag des Diözesanordinarius. Es werden nur solche Lehrer zugewiesen werden, gegen deren Verwendung an der betreffenden Schule der Diözesanordinarius keinen Einwand erhebt. Die Zuweisung wird aufgehoben werden, wenn der Diözesanordinarius die weitere Verwendung des Lehrers an der Schule für untragbar erklärt und aus diesem Grunde die Aufhebung der Zuweisung bei der zuständigen staatlichen Behörde beantragt.

§ 3. Unter katholischen Schulen im Sinne dieses Artikels sind jene Schulen zu verstehen, die von der Kirche oder den nach kirchlichem Recht bestehenden Einrichtungen erhalten werden sowie die von Vereinen; Stiftungen und Fonds geführten Schulen, wenn und solange sie vom zuständigen Diözesanordinarius als katholische Schulen anerkannt sind.

Artikel III

Die Republik Österreich wird der Diözese Eisenstadt zum Zwecke der Einrichtung des katholi-

Burgenland, verserà alla diocesi di Eisenstadt, quale unico e definitivo contributo, la somma di 45 milioni di scellini. Il pagamento sarà effettuato in cinque rate annuali di 9 milioni di scellini ciascuna, e precisamente, la prima rata entro un mese dall'entrata in vigore di questa Convenzione, la seconda rata al massimo entro il I° luglio dell'anno seguente all'entrata in vigore di questa Convenzione, la terza, quarta e quinta rata al massimo entro il I° luglio rispettivamente degli anni successivi.

sehen Schulwesens im Burgenland eine einmalige und endgültige Leistung im Betrage von 45 Millionen Schilling erbringen. Die Zahlung wird in fünf gleichen Jahresraten von je 9 Millionen Schilling erbracht werden, und zwar der erste Teilbetrag innerhalb eines Monates nach Inkrafttreten dieses Vertrages, der zweite Teilbetrag bis längstens 1. Juli des auf das Inkrafttreten dieses Vertrages folgenden Jahres, der dritte, vierte und fünfte Teilbetrag bis längstens jeweils 1. Juli des nächstfolgenden Jahres.

Articolo IV

Se e in quanto le autorità scolastiche statali siano organizzate in forma collegiale, rappresentanti della Chiesa avranno il diritto di essere membri di questi collegi.

Artikel IV

Soweit die staatlichen Schulbehörden kollegial organisiert sind, werden Vertreter der Kirche in diesen Kollegien das Recht der Mitgliedschaft haben.

Articolo V

Entrambe le parti contraenti si riservano il diritto di richiedere, in caso di mutamento essenziale della presente struttura dell'ordinamento scolastico o di mutamento essenziale della situazione finanziaria statale, trattative per una modifica della Convenzione.

Artikel V

Die beiden vertragschließenden Teile behalten sich das Recht vor, bei wesentlicher Änderung der derzeitigen Struktur des öffentlichen Schulwesens oder wesentlicher Änderung der staatfinanziellen Lage Verhandlungen über eine Modifikation des Vertrages zu begehren.

Articolo VI

La presente Convenzione, i cui testi italiano e tedesco sono autentici, dovrà essere ratificata e gli

Artikel VI

Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text authentisch ist, soll ratifiziert und die

strumenti di ratifica dovranno essere scambiati al più presto possibile, nella Città del Vaticano. Essa entrerà in vigore un mese dopo lo scambio degli strumenti di ratifica.

In fède di che i Plenipotenziari hanno firmato la presente Convenzione in doppio originale.

Fatto a Vienna, il 9 luglio 1962

Ratifikationsurkunden sollen so bald wie möglich in der Vatikanstadt ausgetauscht werden. Er tritt ein Monat nach dem Austausch der Ratifikationsurkunden in Kraft.

Zu Urkund dessen haben die Bevollmächtigten diesen Vertrag in doppelter Urschrift unterzeichnet.

Geschehen in Wien, am 9. Juli 1962

Per la Santa Sede:
Für den Heiligen Stuhl :

£ß OPILIO ROSSI
Arcivescovo tit. di Ancira
Nunzio Apostolico

Für die Republik Österreich :
Per la Repubblica Austriaca :

Dr. BRUNO KREISKY
Dr. HEINRICH DRIMMEL

PROTOCOLLO FINALE

Nel conchiudere la presente Convenzione le Alte Parti contraenti si dichiarano d'accordo sui seguenti punti :

1. La presente Convenzione si applicherà a tutte le scuole, ad eccezione delle scuole universitarie (Hochschulen)'e delle accademie artistiche.

2. All'Articolo I, § 2, capoverso I° :

***a)* Gli alunni, che hanno chiè-**

SCHLUSSPROTOKOLL

Bei Abschluß des Vertrages besteht zwischen den Hohen Vertragschließenden Teilen über folgende Punkte Übereinstimmung :

1. Der vorstehende Vertrag findet auf alle Schulen mit Ausnahme der Hochschulen und Kunstakademien Anwendung.

2. Zu Artikel I, § 2, Absatz 1 :

***a)* Die nach den staatlichen**

sto l'esenzione dall'insegnamento religioso in base alle disposizioni statali, saranno immediatamente notificati dalla direzione della scuola al rispettivo insegnante di religione.

b) La Santa Sede prende nota che, in base alle disposizioni legali austriache, in tutte le aule delle scuole elementari, postelementari e speciali, dei corsi politecnici (polytechnische Lehrgänge), delle scuole secondarie, delle scuole professionali medie e superiori, nonché degli istituti magistrali (Anstalten der Lehrer- und Erzieherbildung), sarà esposta una Croce, quando la maggioranza degli alunni appartiene alla Religione cristiana. Questa situazione non sarà modificata senza previo accordo con la Santa Sede.

3. All'Articolo I, § 6 :

La determinazione del tempo necessario a tale scopo sarà effettuata d'intesa fra l'Ordinario diocesano e la competente autorità scolastica statale.

4. All'Articolo II, § 2, capoverso 5° :

Nell'assegnazione degli insegnanti che verranno impiegati dallo Stato ai sensi dell'Articolo II, § 2, capoverso 5° si seguirà la prassi finora in uso, secondo la quale le persone (sacerdoti, religiosi e laici) proposte dall'Ordinario diocesano per esser destinate alle scuole cattoliche, quando posseggono i requisiti occor-

Vorschriften vom Religionsunterricht abgemeldeten Schüler sind von der Schulleitung ohne Verzug dem zuständigen Religionslehrer mitzuteilen.

b) Der Heilige Stuhl nimmt davon Kenntnis, daß nach den österreichischen Rechtsvorschriften in allen Klassenräumen der Volks-, Haupt- und Sonderschulen, der polytechnischen Lehrgänge, der allgemeinbildenden höheren Schulen, der berufsbildenden mittleren und höheren Schulen und der Anstalten der Lehrer- und Erzieherbildung, wenn die Mehrzahl der Schüler einem christlichen Religionsbekenntnis angehört, ein Kreuz angebracht wird. Eine Änderung dieses Zustandes wird nicht ohne Einvernehmen mit dem Heiligen Stuhl stattfinden.

3. Zu Artikel I, § 6 :

Die hiefür notwendigen Zeiten werden im Einvernehmen zwischen dem Diözesanordinarius und der zuständigen staatlichen Schulbehörde zur Verfügung gestellt werden.

4. Zu Artikel II, § 2, Absatz 5 :

Bei der Zuweisung von staatlich angestellten Lehrern im Sinne des Artikels II, § 2, Absatz 5 wird die bisherige Praxis beibehalten werden, wonach Personen (Geistliche, Ordensangehörige und Laien), die vom Diözesanordinarius für die Verwendung an katholischen Schulen vorgeschlagen werden und die staatlichen Anstel-

renti per simile impiego, saranno preferite nell'assunzione o nella destinazione.

Vienna, il 9 luglio 1962.

Per la Santa Sede :
Für den Heiligen Stuhl :

£8 OPILIO ROSSI
Arcivescovo tit. di Ancira
Nunzio Apostolico

lungserfordernisse erfüllen, für die Anstellung beziehungsweise Zuweisung bevorzugt berücksichtigt werden.

Wien, am 9. Juli 1962

Für die Republik Österreich :
Per la Repubblica Austriaca :

Dr. BRUNO KREISKY
Dr. HEINRICH DRIMMEL

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, die XXVII mensis Augusti anno MDCCCCLXII Ratihabitionis Documenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Quare, transacto mense, ad normam articuli VI eiusdem Pactionis Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam icta vigere coepit.

EPISTULA

licus Nuntius, proposuit, ut videlicet, diviso territorio Ecclesiae Truxillensis, nova ibi locorum excitaretur praelatura nullius. Haec cum ita sint, audito venerabili Fratre Friderico Pérez Silva, Archiepiscopo Truxillensi, de suprema Nostra auctoritate haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi, quam diximus, integrum territorium separamus civilium provinciarum vulgo Huamachuco, Pataz, Bolivar ; item civilem quem dicunt districtum, cui nomen Sitibamba, intra fines civilis provinciae vulgo Santiago Chuco exstantem; atque ex iis omnibus novam praelaturam nullius condimus, *Humacucianam* **appellandam, iisdemque limitibus cingendam atque regionum e quibus coalescit, ut sunt lege civili determinatae, ita ut hi sint novae praelaturae fines : ad septemtrionem, dioeceses Caiamarcensis et Chachapoyasensis ; ad orientem solem, praelatura nullius Moyobambensis ; ad meridiem, praelatura nullius Huariensis ; ad occidentem denique solem, archidioecesis Truxillensis. Constitutae praelaturae caput urbs Huamachuco erit, in qua Praelatus domicilium collocabit cathedramque ponet, in templo videlicet Deo in honorem S. Augustini Ep. Conf. sacro, quod nempe ad dignitatem templi praelaticii evehimus, cum debitis et iuribus et privilegiis, quoadusque tamen praelaticium templum dignitate et amplitudine conveniens struatur. Sacrorum autem Humacuciano Antistiti,, praeterquamquod congrua iura damus, onera quoque atque obligationes imponimus quae ad eum ex iure communi spectant. Censemus praeterea ut eadem Ecclesia sit Truxillensi Sedi suffraganea, sicut eius Praesul erit eiusdem archidioecesis Metropolitae subiectus et obnoxius. Curabit autem venerabilis Frater, cui nova praelatura continget gubernanda, ut Seminarium saltem minus struat, pueris excipiendis quos Deus ad sacerdotii munera vocaverit, ad leges scilicet iuris canonici et iuxta regulas Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus. Cum vero iuvenes adoleverint, ii qui optimi fuerint, Romam mittantur ut philosophia atque sacra theologia imbuantur, in Pontificio Collegio Piano Latino Americano recipiendi. Mensam praelaticiam efficient Curiae proventus, dos a civili auctoritate danda, christianorum fidelium collationes atque bonorum pars quae ad novam Ecclesiam pertinebant, ad normam canonis 1500 C. I. C. De clero id statuimus ut, his Litteris ad effectum deductis, sacerdotes qui in praelaturae territorio beneficium vel officium habeant, eidem ascribantur; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei Ecclesiae sint ascripti in cuius territorio legitime degant. Ad praelaturae insuper regimen et administrationem quod attinet, ad Vicarii Capitularis, vacante Sede, electionem.**

ad alia huiusmodi, ea omnia serventur quae lege canonica praescribuntur. Quae vero ad documenta et acta spectant modo constitutae praelaturae respicientia, ad eius Curiam mittantur, ibidem religiosa diligentia in tabulario custodienda. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui ad praesens Apostolicae Nuntiaturae in Peruviana Republica praeest, vel eius quem ipse delegaverit, ad effectum deducantur, factis ad rem necessariis facultatibus. Cum vero actum negotium fuerit, idem documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius tempore, quo res perfici debeat, eidem Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra •exsequetur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si •ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 10.

V
COCHABAMBENSIS
(AIQUILENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Cochabambensi, nova praelatura « nullius » conditur, « Aiquilensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum venerabilis Frater Carmelus Rocco, Archiepiscopus titulo Iustinianopolitanus in Galatia et in Republica Boliviana Apostolicus Nuntius, post sententiam rogatum venerabilem Fratrem Ioannem T. Senner, Episcopum Cochabambensem, ab Apostolica Sede expostulaverit ut, diviso territorio eiusdem dioecesis, nova Praelatura nullius constitueretur, Nos id censentes nonnihil in populi utilitatem esse cessurum, ea quae sequuntur suprema Nostra potestate decernimus ac iubemus. A territorio dioecesis Cochabambensis provincias distrahimus quae vulgo nuncupantur Campero, Mizque et Carrasco, ex iisque novam Praelaturam nullius condimus *Aiquilensem* appellandam, iisdemque finibus cingendam atque provinciae quibus constat simul sumptae, prout nunc lege civili circumscribuntur. Sedem Praelaturae Praesul in urbe Aiquile cognominata collocabit; cathedram vero in templo curiali ibi exstante Deo in honorem S. Petri Apostoli sacro, quod ad dignitatem praelaticii templi tollimus, cum iuribus et honoribus congruis. Etiam sacer Antistes, ut aequum, iis omnibus iuribus et privilegiis utetur quibus sui gradus per terrarum orbem Praelati fruuntur, oneribusque congruis obligabitur. Cum Praelatura nullius Aiquilensis tum eius Praesul metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi Sucrensis subicientur suffraganei. In nova Ecclesia Seminarium saltem minus exstruatur, pueris excipiendis qui ad sacerdotium Dei gratia invitentur ; quod ad normas iuris communis fiat atque secundum regulas Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes eo adoleverint ut philosophiae sacraeque theologiae operam dare debeant, qui meliores fuerint Romam mittantur, Pontificio Collegio Piano Latino Americano excipiendi. Mensam praelaticiam, quam dicunt, constituent : Curiae proventus, fidelium collationes et bonorum pars quae Praelaturae advenient iuxta canonem 1500 C. I. C. De clero autem haec decernimus : ut videlicet sacerdotes Ecclesiae illi accenseantur in qua beneficium aut

officium, post has Litteras ad effectum deductas, habeant ; ceteri vero- clerici, in qua legitimum habeant domicilium. Regimen autem Ecclesiae, administratio, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, cetera eiusmodi iure canonico omnino temperentur. Documenta denique et acta, quae ad novam Praelaturam respiciant, statim ad eius Curiam praelaticiam mittantur, in tabulario rerum religiosarum magna cura custodienda. Ceterum ea quae per has Litteras mandavimus venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, exsequi studebit, vel per se ipse, vel per alium^ factis ad id necessariis facultatibus; re autem peracta, idem documenta exarari iubebit eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore in Boliviana Republica Nuntii munere fungatur, hic quae iussimus faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ;. ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt,, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac- Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis; impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure- statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatui Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERL
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.,*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CVIIJ,n. 17.

VI
ARCIS LAMY
(ARCIS ARCHAMBAULT)

Distractis a dioecesi Arcis Lamy quibusdam territoriis, nova cathedralis Sedes fundatur, nomine Arcis Archambault.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Latissimas Ecclesias partire easque aptioribus circumscribere finibus Nostrum profecto est, qui cunctis hominibus et supernae salutis tutiorem viam ostendere et uberiora providere catholicae religionis commoda utilitatesque debemus. Quod cum ad dioecesim Arcis Lamy quod attinet faciendum videatur, venerabiles Fratres Nostri Sacro Consilio Fidei Propagandae praepositi ab ea sunt arbitrati quaedam distrahenda esse territoria ex iisque novam dioecesim condendam. Quapropter, post quidem auditos venerabiles Fratres Sergium Pignedoli, Archiepiscopum titulo Iconiensem et in Africa Centrali et Occidentali Apostolicum Delegatum, atque Paulum Dalmais, sacrum Arcis Lamy Praesulem, de summa et apostolica Nostra potestate, integrum territorium amplectens civiles praefecturas vulgo cognominatas Moyen -Chari et Salamat a dioecesi Arcis Lamy separamus, novamque condimus Sedem cathedralem, cuius appellatio *Arcis Archambault.* **Quae dioecesis Sacrae Congregationi de Propaganda Fide perget esse obnoxia, atque metropolitanae Ecclesiae Arcis Lamy, hoc ipso die ad huiusmodi dignitatem et gradum evectae, erit suffraganea. Decernimus insuper ut nova haec Sedes regenda concredatur Patribus Societatis Iesu, ad Nostrum quidem et Apostolicae Sedis nutum ; utque sedem suam in civitate Arce Archambault Episcopus ponat, magisterii vero cathedram in sacra aede Deo dicata in honorem B. M. V. ab origine Immaculata, ibique exstante ; ut quoadusque Canonicorum Collegium constituatur, consultores dioecesani ad normam iuris deligantur, Episcopum consilio et ope iuvaturi ; ut denique Episcopalis mensa, quae audit, ipsius, si quae sint, dioecesis bonis efficiatur, Curiae fructibus, pecuniis a fidelibus oblatis atque a Sacro Fidei Propagandae Consilio missis. Quae pariter iussa ad Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem respiciunt, ad fidelium sacerdo-**

tumque iura et onera, ad aliaque huiusmodi, ea serventur quae Codex Iuris Canonici describit. Volumus denique ut haec Nostra decreta efficiat venerabilis Frater Sergius Pignedoli, quem diximus, vel ille qui eo tempore, quo haec erunt facienda, eidem Delegationi Apostolicae praeerit, facta potestate quemlibet virum ad hoc agendum negotium delegandi, dummodo sit ecclesiastica dignitate praeditus. Qui vero rem perfecerit, onus habebit et documenta exarandi et eadem ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis^ quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 54.

VII

URBIS

Templum S. Teresiae Virginis in titulis Presbyteralibus Cardmaliciis adnumeratur.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter frequentissima templa, quae hanc Urbem décorant ac quasi, constellant est sane sacratissima atque pulcherrima S. Teresiae Virginis aedes, utpote quae non solum arte, mole, marmore niteat, verum etiam ob castissimae pietatis cultum et coepta religionis fovendae longe praestet. Ceterum, locus ipse, quo templum consurgit haud parum gloriae atque famae ex eo capit, quod ibi, in Hortis nempe Sallustianis, Ciriacus, Largus et Smaragdus, ob inculpatae fidei christianae confessionem ceu flores recisi sunt Christi Martyres, quorum tellus pretioso sanguine madet. Accedit quod ad sacras has aedes proceres Ordinis Carmelitarum Excalceatorum commorantur, et sacerdotes et clerici complures eiusdem Ordinis studiorum causa domicilium habent, et Tertius Ordo Carmelitarum ex Italia atque Confraternitas Carmélites ex universo- orbe terrarum principem sedem constituerunt, et, denique, S. Teresia a Iesu Infante summa religione ac pietate colitur. Quae omnia causa sunt. cur templum id, volentibus Nobis pro aucto numero Patrum Cardinalium etiam titulos Presbyterales eisdem assignandus augere, visum sit in ordinem talium templorum redigere ceterisque titulis opportunissime- iungere. Placet ergo templum S. Teresiae Virginis extra pomoerium ad Portam Salariam ad dignitatem *tituli Presbyteralis Cardinalicii* **evehere,, cum iustis honoribus et debitis privilegiis. Volumus etiam ut has Litteras; Nostras eiusdem sacrae aedis Rector exsequatur inque cleri populique notitiam suae dicionis perferri curet; actae autem rei idem documenta exaret, quorum exemplum debite subscriptum et sigillo impressum, ad; Sacram Congregationem Consistorialem cito mittat. Ceterum, id unum Rectorem ipsum, clerum et populum monemus ut et se esse tempia Dei viventis considerantes (Cfr.** *I Cor.* **6, 19), haud minus innocentia niteant quam manufacta templa candore.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose:

serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitas nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, •quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si extenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die quinto mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

C ABOLUS Card. CONFALONIEBI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ℒß Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. OIX, n. 76.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sancta Anna, Beatae Mariae Virginis Mater, eligitur praecipua apud Deum Patrona civitatis vulgo « Itauna », in Divinopolitana dioecesi.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Insignis erga Beatam Mariam Virginem pietas, quomodo a Iesu Filio tamquam a purissimo fonte profluit, ita in Annam matrem tanta ubertate et copia refunditur, ut huius praeclara f ama, nihil antiquitate imminuta, late vigeat atque incrementa

in dies ampliora capiat. Ipsa enim Virgine praeeunte, Christifideles innumeri amore facili humanoque in Matrem dulcissimam feruntur, quae, sui vi nominis, illam subito declarat gratiam, qua plenam Filiam fuisse. Evangelii testatur historia. In omnium quidem memoria insidunt pictae imagines, quae Annam efímgunt Mariam Infantem complexu quam suavissimo cingentem. Ob hanc vero excelsam matris dignitatem, unde summae manant exempla virtutis, in primis solent christianae mulieres eandem liberius fideliusque precibus appellare, ut sibi adsit auxiliumque ferat. Quae omnia Nos animo et cogitatione contemplati, facere non possumus quin opportunam fidelium Itauniensium, in nova Divinopoli-j tana dioecesi, optionem ducamus, laudemus, ratamque ac firmam, pro Nostra Apostolica auctoritate, faciamus, cum praesertim ipsi civiles magistratus ei faveant. Itaque, benigne excipientes Venerabilis Fratris Christiani Portela de Araujo Pena, eiusdem dioecesis Episcopi, votum, quod cum commendatione Venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi tit. Caesariensis Philippi atque Apostolici in Brasilia Nuntii, ad Nostram est Sedem allatum, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Aposto^ licae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctam Annam, Beatae Mariae Virginis matrem, praecipuam Civitatis vulgo Itauna, in Divinopolitana dioecesi, caelestem apud Deum *Patronam* **facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit, attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV **mensis Octobris, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

n

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia cathedralis dioecesis Platiensis decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Templa operibus arte perfectis ac sancta religione nobilissima aequum est a Romano Pontifice amplis honoribus decorari. In quorum numerum Ecclesiam esse ascribendam censemus, quae, episcopalis cathedrae sedes atque antiquae fidei monumentum, in urbe Platia exstat. Ea enim saeculo decimo septimo ineunte, exstrui est coepta, ita quidem ut, cum rationibus architectonicis id temporis usitatis probatisque conveniens, mirabilis evaderet tum lapidum mole, tum trium alarum amplitudine, tum aditu sublimibus innixo columnis, tum denique curvo superboque tholo. Sed his omnibus maior et clarior Nobis videtur amor vere singularis in Beatam Mariam Virginem, a Victoriis appellatam, quae ibidem actuoso fidelium omnium studio colitur atque honoratur; cuius quidem sacra imago, ut pia tradunt opinione, a Rogerio comite, qui de Saracenis triumphaverat, civitati Platiensi dono est missa, thesaurique instar sancte asservata. Atque etiam, ut Nobis suspicari libet, huiusmodi erga caelestem Victoriarum Dominam pietas, in dies ferventior, id clero et populo suasit, ut Templum, sollemni consecrationis die, Virginis sideribus receptae titulo nomineque honestarent. Siquidem Assumptionis privilegium nihil aliud fuisse nisi clarissimum triumphum, victoriam novissimam eiusdem Virginis firma mente tenemus. His de causis Venerabilis Frater Antoninus Catarella, Platiensis dioecesis Episcopus, vicesimo revoluto anno a suscepto sacri Antistitis ordine, Nos rogavit ut Templum pietate itemque arte praestans, iure ac dignitate Basilicae Minoris donaremus. Quas preces, cum de re agatur quae debitum Virgini cultum foveat maximeque fidelium bono conducat, libenti animo admittere nihil dubitamus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Cathedralem dioecesis Platiensis, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae consecratam, ad honorem et dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris Aedibus itidem insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas

atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Februarii, anno MCMX;XII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Sancta Bona, Virgo, Patrona caelestis constituitur Italis iter facientium adiutricibus, vulgo « Hostesses ».

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Bonum fidelium persécuta, Ecclesia eas quoque iuvenes quasi sollicita Mater contuetur, quae temporibus nostris, quibus peregrinationes officii vel delectationis vel pietatis causa susceptae mirum in modum, maxime ob technicarum artium progressionem, increbuerunt, iter agentibus adiutricem operam praebent, atque adeo munus obeunt salutare quidem et utile, sed nonnullis difficultatibus obnoxium atque periculis. Itaque expedire videtur easdem exemplis Patronae caelestis ad christianae vitae institutum servandum confirmari eiusque continenter praesidio obtegi. Menti autem obversatur Sancta Virgo Pisana, Bona nomine et re, quae saeculo xn et xui ineunte, qua aetate itidem peregrinationes pietatis causa plurimae fieri solebant, aevum agita vit. Ordini Canonicorum Regularium Sancti Augustini ad Pisanum Sancti Martini templum ut « devota et soror » mancipata et Christo Sponso coniuncta, ferme a teneris annis loca sacra, veluti terram Servatoris nostri incolatu venerandam, Almam Urbem, Compostellanam Sancti Iacobi aedem, ob singulare, quo ardebat, religionis studium petiit, atque viatoribus spiritualia adiumenta impertiit. Dilectus igitur filius hodiernus ecclesiae Sancti Martini in urbe Pisis parochus submissas preces Nobis adhibuit, ut Italas iter facientium adiutrices in Sanctae Bonae caelestem tutelam traderemus. Quae vota, Venerabilis Fratris Hugonis Camozzo, Pisani Archiepiscopi, commendatione suf-

f ulta, libenti animo implentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Bonam, Virginem, Italis iter facientium adiutricibus, quae vulgari sermone « Hostesses » appellantur, caelestem apud Deum *Patronam* **constituimus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II **mensis Martii, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Beata Maria Virgo « de Gratia » civitatis v. Mahon, in Minoricensi dioecesi, praecipua Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Balearici maris insula Minor, ut civilis militarisque administrationis caput, ita etiam amplissimum Beatae Mariae Virginis domicilium in urbe, quam vulgo ((Mahon » appellant, peropportune collocavit, quaeque, christianarum antiquitatum memoriis praedives, integram formam fidei, licet ab Ecclesiae hostibus saepius oppugnaretur, constanter tenuit, Dominam Nostram de Gratia servatricem suam bonamque custodem invenit. Eo enim in loco iam inde a saeculo XV, **exstitit sacellum, eidem Virgini dicatum, quod, insignis veluti metam pietatis existimantes, insulani omnes petere sunt soliti. Cum vero aedes primum a Turcis, deinde ab haereticis sacrilego impetu esset violata, cives Magontani eam amplificandam atque ornandam curaverunt, exstructo etiam peregrinis excipiendis deversorio. Anno autem** MDCCXXIX, **Summi Pontificis Benedicti XIII, Decessoris Nostri, auctoritate, Pia Sodalitas seu Confraternitas, sub titulo Dominae Nostrae de Gratia, ibidem est con-**

dita, atque ut Festum mense Septembri ageretur, die ipso Beatae Mariae Virginis Nativitati sacro, est decretum. Sed, prob dolor ! illius damna aedis haud desierant : nostra quidem aetate, iniquae vi legis, est clausa, mox inter bellum civile, atheistis, ut aiunt, Hispaniam vexantibus, impie vastata. Pace denique restituta, civium largitas atque munificentia eandem refecit novoque auxit splendore. Nuperrime vero, quinto revoluto saeculo ab eiusmodi cultus origine, uno omnium consensu, eadem Domina de Gratia Praeses Perpetua Honoraria Municipii publice sollemniter que est renuntiata. His omnibus permotus, Venerabilis Frater Bartholomaeus Pascual Marroig, Minoricensis Episcopus, vota tum sacerdotum tum civilium magistratuum tum omnium fidelium expromèns, Nos humilibus adiit precibus, ut eiusdem Virginis patrocinium, quasi populi quodam scito iam constitutum atque egregiis factis plurimisquè gratiis declaratum, Apostolicae Nostrae auctoritatis decreto confirmaremus ratumque faceremus. Nos autem huiusmodi optato benigne volumus satisfacere, cum pro certo habeamus ex honoribus, quae Sanctissimae Dei Matri tribuantur, maxima beneficia ac munera in populum fidelem redundare. Itaque ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem, sub titulo de Gratia, caelestem apud Deum civitatis, quae vulgo « Mahon » appellatur finibusque dioecesis Minoricensis continetur, praecipuam *Patronam* **declaramus atque constituimus, seu confirmamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt, additaque facultate huiusmodi patronatus Festum die viii mensis Septembris quotannis celebrandi, adhibitis Officio et Missa de Nativitate Beatae Mariae Virginis. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Martii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **L Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

S. Benedictus Abbas in caelestem Patronum Italicae Consociationis Equitum operis causa seu, ut vulgo dicitur, « Federazione Nazionale dei Cavalieri del Lavoro » eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Dignitas ex opere, quod Deus initio homines facere iussit, et Christus Salvator, fabrilibus sese exercens, sacravit, oriri non perperam dicitur, eo vel magis, si, qui illud insistit, religionis pietatisque rationibus conformatur; divina enim gratia animum aiente, non solum Iaborandi paret necessitati, sed etiam, idque maxime, artem quamvis factitando Dei dominium agnoscit et commodis suis aliorumque servit cum iustitia et caritate. Hoc nomine imprimis Sanctus Benedictus Abbas, vir christiana praecellens sapientia, inclaruit, qui monasticam vitam precatione et labore voluit contineri. Hunc praeceptorem sequuntur, ex huius regula normas hauriunt opportunas utilesque Itali Equités operis causa, qui ob merita labore et industria parta huiusmodi honoris titulo sunt condecorati, atque in Consociationem provida ducti mente coaluerunt. Cuius Praeses, nomine quoque cunctorum sodalium, submissas Nobis preces adhibuit, ut eundem Caelitem collegio Equitum, quod dictum est, apud Deum Patronum constitueremus. Nos vero, probe fore confisi, ut, tanti Viri superno usi praesidio, ii christianae vitae polleant vigore, precibus huiusmodi, Venerabilis Fratris Nostri Iosephi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Ferretto, Episcopi Sabinensis et Mandelensis, commendationis officio suffultis, libenti animo statuimus obsecundare. Itaque Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Benedictum Abbatem Italicae Consociationis Equitum operis causa, seu, ut vulgo appellant, « Federazione Nazionale dei Cavalieri del Lavoro », caelestem apud Deum *Patronum* eligimus, facimus, renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. •Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum

plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Martii, anno MCMUXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

i i s ***qui interfuerunt Conventui VII ab Itálica Sodalitate Catholicorum pueris docendis Magistrorum Romae habito.*** *****

Diletti figli e figlie.

La vostra vibrante presenza rinnova nel Nostro animo il ricordo dell'incontro con voi del 5 settembre 1959, e vi suscita lo stesso compiacimento, la stessa consolazione.

Vi siete nuovamente radunati a Roma, per il settimo Congresso della vostra Associazione, applicandovi su un tema di viva attualità : « La Scuola nello sviluppo democratico del paese ». Di questa vostra attività Ci rallegriamo di cuore ; ma soprattutto Ci conforta la vostra testimonianza cristiana nella scuola e per la scuola, che forma l'ideale, il programma e il merito della Associazione Italiana dei Maestri Cattolici. C'è in voi un fervore e un dinamismo giovanile — ce ne siamo ben accorti — che meritano il plauso della famiglia, della nazione, della Chiesa.

Per le anime dei prediletti del Redentore

Potete comprendere come il saluto, che vi rivolgiamo, sia pieno di affetto paterno. Amiamo infatti accoglierVi, quali voi siete e vi proclamate, cioè cristiani consapevoli e convinti, investiti di una missione provvidenziale, che sapete assolvere con dedizione apostolica, che talvolta assurge ad eroismo.

Il servizio che voi offrite alle anime dei prediletti di Gesù, di quei

*** Die 22 Septembris mensis a. 1962.**

piccoli che esigono delicatezza e carità, è il vostro onore e avrà la giusta ricompensa innanzi a Dio e agli uomini.

Riferendoci alla dignità della vostra vocazione, eccovi tre pensieri, a corona dei propositi vostri di questi giorni e a suggellò di più netta presa di coscienza delle vostre responsabilità : servizio di amóre, spirito soprannaturale, ininterrotto aggiornamento.

Dovere sacro: impegno d'onore

1. *Servizio di amore.* Ciascuno di voi sente di dover tendere alla perfezione. La volontà vostra anela a preparazione didattica più completa, in modo da assolvere con assoluta dignità e freschezza di entusiasmo i propri compiti quotidiani.

È dovere sacro, lo vuole l'onore del nome che portate, lo vuole la vocazione di ciascuno che è divenuta condizione indispensabile di vita spirituale, economica e sociale.

L'alta letteratura di ogni tempo è stata prodiga di elogio verso i maestri ; l'arte ne ha sublimato la figura semplice e maestosa. Tutti gli uomini — il Papa, che vi parla, lo dice con tenerezza viva — conservano in cuore sentimenti di ineffabile gratitudine e di commossa reverenza verso i maestri e le maestre, che incontrarono sul loro cammino di fanciulli; verso quelli, coi quali divisero il gravissimo impegno dell'educazione dei figli; e infine verso i maestri, che furono cooperatori preziosi del sacro ministero dei sacerdoti.

Ecco i frutti, che il vostro servizio sa far maturare con soavità longimirante, e che durano per tutta la vita.

Animatevi dunque al pensiero che il vostro lavoro non" è di poco conto, non è incompreso. Esso è da annoverarsi tra i servizi più alti che l'uomo offre ai suoi fratelli, secondo l'invito del Libro Sacro : Porgi l'udito e ascolta le parole dei sapienti; e rifletti sulla dottrina. Essa ti apparirà splendente, se la conserverai nel tuo cuore, e uscirà dalle tue labbra.[1]

Fiducia nei mezzi delia grazia

2. Spirito soprannaturale. C'è un proposito fermo che, come abbiamo fatto in altre circostanze, vorremmo stimolare, e di cui richiamiamo più esplicitamente l'urgenza ai maestri cattolici. Siamo sicuri, infatti, che se ne gioveranno gli alunni, le famiglie, i colleghi stessi di insegnamento.

[1] Cfr. *Prov.* 22. 17-18.

Ed è lo spirito soprannaturale, nel quale si riconosce il credente, colui che vuole costruire non sulla rena cedevole, ma sulla roccia granitica, che sfida le tempeste, e permane fino alla vita eterna.[2]

Spirito soprannaturale significa fiducia nei mezzi della grazia : ricorso convinto e continuo alla preghiera; studio costante di operare, pur senza ostentazione, in nome di Cristo, che predilige i fanciulli.

Può accadere che, per tema di offendere la suscettibilità altrui, taluno si arresti ad impartire un insegnamento onesto e saggio ma freddo e quasi laicistico. Non bisogna temere. Yoi non avete in animo di fare del proselitismo controproducente, nè di forzare, come si dice, il sentimento' religioso dei piccoli. Si tratta da parte vostra di vivere secondo la chiarezza e l'imperativo dei principii del Vangelo ; di testimoniare in faccia al mondo, con la serenità incantevole dei cuori retti, la saldezza e l'armonia della fede ; e di offrire coerente specchio di pensiero e di vita.

Tutto ciò che è cristiano non si oppone ad alcuna nobile e legittima aspirazione dell'uomo ; ne rispetta la libertà individuale, le inclinazioni,, i gusti ; e sa anche aspettare e pazientare.

La vostra condotta, le vostre parole, i vostri contatti sappiano infondere questa certezza anche in chi, per preconcetto ereditato o per timore irrazionale, vorrebbe chiudere occhi e cuore all'influsso della Chiesa, pensando di difendere così la propria autonomia di pensiero e di azione. Sappiate dimostrare, con l'irradiante soavità della pratica convinta, che il Cristianesimo è tutela dell'uomo integrale, elevato a dignità incomparabile con l'Incarnazione del Verbo ; che la Chiesa esalta il pensiero illuminato dalle superne certezze, avviandolo a sempre nuove conquiste.

Di questa verità siate così convinti da viverla in ogni età e circostanza. Allora la vostra pacifica schiera di credenti riuscirà a diffondere nella scuola il lievito cristiano, contribuendo decisamente a quello sviluppo omogeneo e completo, a cui vanno le vostre sollecitudini.

Adattamenti saggi ed opportuni

3. *Continuo aggiornamento.* **Alcuni metodi pedagogici che, giudicati nel loro tempo e a servizio degli uomini di altre epoche, diedero frutti copiosi, e furono e restano oggetto di stima, richiesero ed ebbero adattamenti sapienti e opportuni.**

Tutto ciò che nel quadro mirabile della concezione cristiana dell'uomo meglio può corrispondere al compimento della vostra missione, ed è

[2] Cfr. ***Matth.*** 7, 24-27.

frutto di studio, di riflessione e di esperienze, fatelo vostro con generosità ; fatelo vostro in nome di Dio.

È ben evidente che, sulla radice dei principii inconcussi, debbano fiorire norme e provvidenze più attuali, aderenti alle necessità delle epoche storiche, in cui si è chiamati a operare.

Queste nuove applicazioni, non che diminuire, accrescono la responsabilità dei maestri e il contributo di personale sacrificio. In tal modo si esige infatti maggior dominio e controllo di sè, più illuminata e lietissima pazienza, ininterrotta presenza di spirito, e prontezza a comprendere, a rispondere, ad indirizzare.

Fate tesoro di quanto l'ascetica cristiana, anche in riferimento allo spirito di adattabilità, da secoli consente e insegna.

Alla scuola dell'« unus Magister »

Siate da parte vostra i discepoli *delYunus Magister*[3] per poter collaborare ai disegni della Provvidenza.

E a questo proposito siate imparziali, siatelo con estrema delicatezza e con quello spirito di equità, che vi porta a preferire i meno dotati di pronto intelletto e di mezzi economici. C'è, di fatto, una forte inclinazione che l'uomo può coltivare senza pericolo, basta che egli si guardi dalla demagogia e dall'orgoglio del sentirsi sublime : è la preferenza per le anime, che Gesù stesso preferiva incontrare : i peccatori, i poveri, i malati, i bambini.

Non vi scoraggiate mai. Il bimbo vivace, forse dispettoso, o chiuso e permaloso di oggi, risentirà negli anni più lontani tutto il calore della vostra anima, e saprà comprendere con incancellabile riconoscenza quanto avrete fatto per lui, nell'atto di aprirgli le prime vie della vita sociale.

Accompagnate con la preghiera e con l'amore le creature, che vi sono añídate. Sono boccioli promettenti, che dovranno un giorno fiorire, nel posto e nell'ora che la volontà di Dio ha assegnato a ciascuno. Sappiate rispettare il mistero della grazia celeste, che opera in silenzio in quei cuori teneri e plasmabili, da cui è lecito attendersi ogni promessa di bene. E non allarmatevi se alla vostra azione educatrice viene meno l'effetto immediato. Veri discepoli di Gesù, anche voi levate gli occhi e guardate gli orizzonti più vasti, ai quali voi apportate ogni anno, forse senza comprenderlo a fondo, nuove luci, nuovi splendori.

Cfr. *Matth.* 23, 8.

Ancora una parola, diletti figli e figlie. Conosciamo le difficoltà e le prove, alle quali è esposto il vostro lavoro per la scuola, ed anche come membri dell'Associazione dei Maestri Cattolici. Le conosciamo, e ne sentiamo viva sollecitudine. Ma voi sapete che le difficoltà cementano le forze, maturano nuovi successi, e fondono intimamente gli animi.

Tutto questo vi pone di fronte al dovere di stare uniti, di considerare l'Associazione come uno strumento valido agli effetti della presenza cristiana nella scuola e nel paese. Rimanendo compatti e concordi potrete raggiungere le mete organizzative, culturali, apostoliche alle quali mira il vostro lavoro.

Se l'Associazione, in tutti i suoi quadri, sarà aperta, generosa e unita, potrà cooperare alla edificazione cristiana della scuola, ed alla sua elevazione spirituale.

Questo è il voto del Nostro cuore, questo l'augurio paterno. E perchè non vi manchi mai l'ardore dei santi propositi, Noi vi invochiamo con continua preghiera l'aiuto onnipossente del Divino Maestro, mentre, a pegno dei suoi favori, effondiamo la confortatrice Benedizione Apostolica su di voi, sulle vostre famiglie, sui diletti alunni, e sulla vostra Associazione, nei suoi organismi centrali e periferici, affinchè in tutti sia la gioia serena del buon lavoro, compiuto per la gloria del Signore.

Amen.

II

***Iis qui interfuturi erant decimo septimo per hebdomadam Coetui ab Italica Sodalitate Sacris explanandis Litteris Romae habito.* ***

Diletti figli.

La diciassettesima Settimana Biblica, che si inizia stamane con l'invocazione dello Spirito Santo, porta in fronte il nome amabile di San Giovanni : apostolo, evangelista, profeta ; il primo tra i figli adottivi della Madre di Dio ; il più giovane, in età, degli Apostoli ; e quello che si ritiene sia vissuto più a lungo di tutti.

Siamo lieti della scelta che avete fatto : il Vangelo, le Lettere, l'Apocalisse di S. Giovanni. Voi conoscete tutta la tenerezza e la devozione del Papa verso questo San Giovanni, come verso l'altro, il *Praecursor Domini,* — chiamato a preparare ((plebem perfectam » — entrambi

* Die 24 Septembris mensis a. 1962.

augusti protettori e custodi delia Arcibasilica Lateranense, *omnium ecclesiarum caput et mater,* e ispiratori del nome, che abbiamo scelto per il Nostro servizio pontificale.

In questa prima considerazione, c'è quanto basta per dire l'interesse che prendiamo ai vostri lavori, e assicurarvi che la Nostra preghiera li seguirà da vicino.

La gloria di San Giovanni

In questi giorni, davanti ai vostri occhi si leverà maestosa la figura di San Giovanni, il cui particolare merito di onore, sottolineato con accenti efficaci dalla Sacra Liturgia, è quello di essere l'Apostolo della carità, da lui attinta alla divina sorgente del Signore, su cui reclinò il capo in atto di confidente abbandono : *fluenta Evangelii de ipso sacro dominici pectoris fonte potavit.*[1] Questa intima familiarità di amore col Cristo è il punto di partenza di quelle sue pagine semplici insieme e celestiali, che formano l'incanto di tutte le anime : *fluenta Evangelii.* Essa è la nota significativa dell'Apostolo, e il titolo più alto della sua gloria : e gli accenti miti e suasivi delle sue Lettere fanno comprendere come quella penetrazione abbia permeato la sua natura ardente di *figlio del tuono,*[2] fino a trasformarla nelle fibre più riposte dell'essere.

La ricchezza multiforme di questo apostolo e profeta, che figge l'occhio presago nei segreti di Dio, suscita affettuoso rispetto.

La sua testimonianza personale, con una vita tutta spesa per la gloria del Verbo ; l'ispirazione divina, di cui fu docile strumento ; i Libri augusti, che trasmise in sacro retaggio alla Chiesa, pongono non solo il docente di materie bibliche e lo studioso attento e sensibile, ma anche il cristiano fervoroso, in atteggiamento di grande umiltà nel parlare e nel trattare di lui.

Studi biblici

. E qui poniamo subito l'accento sul carattere degli studi biblici e sui propositi che devono animare e condurre quanti ad essi si dedicano con amore e singolare competenza.

Diletti figli, lo studioso dei Sacri Testi non è, non deve essere semplicemente un ammiratore erudito, nè un esploratore ansioso di insondabili

[1] VIII Respons. ad Matut. in fest. S. Ioannis.

[2] Cfr,. *Me. 3,* 17.

ricchezze. Può anche ridursi a questo. Ma limiterebbe assai il campo del suo lavoro, e non farebbe onore alla sua vocazione.

Ciò vi è noto, e voi temete i pericoli di questa limitazione. Ne è prova l'impegno che ponete nell'accostarvi con decisione all'ideale propostovi e nel!'aderire ad esso con tutte le vostre nobili energie. Lo studioso, il biblista è innanzitutto un trepido ed intrepido ascoltatore della Divina Parola; egli sa che questa non è fredda lettera, racchiusa in documenti di archivio, ma vivo e intatto messaggio, che viene da Dio, e va accolta integra con l'animo aperto, e diremo appassionato, con cui fu -ascoltata dai profeti, dagli apostoli e dalle innumerevoli schiere di uomini timorati di Dio dell'Antico e del Nuovo Testamento. In tal modo lo studioso diventa un paziente collaboratore della Chiesa nella custodia, nello studio, nella esatta trasmissione del genuino pensiero rivelato, che ie sacre carte racchiudono.

Si comprende quindi l'animo trepido della Chiesa nei confronti degli studi biblici. Essa infatti, mentre ha fiducia serena nella serietà di indagine dei suoi figli, non può accontentarsi di raccoglierne i frutti, ma deve guidarne i passi, come pure le spetta di ratificarne le conclusioni. E incoraggiandoli a proseguire nel solco promettente dell'odierno sviluppo, è essa ancora che ha il dovere di invitare tutti a ponderatezza, a docile e inconcussa fedeltà alle norme del supremo Magistero.

Duplice voto

Torniamo a S. Giovanni, diletti figli, torniamo a lui che Ci offre •questi spunti di paterno incoraggiamento e di confidente esortazione.

Al tema da voi scelto — ripetiamo : Vangelo, Lettere, Apocalisse di San Giovanni — possono convenire le parole conclusive del quarto Vangelo : *Sunt autem et alia multa quae fecit Iesus; quae, si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.*[3]

Le dotte conferenze e perspicue comunicazioni, che verranno trattate in questi giorni, saranno dunque una minima parte di quello, che gli ^scritti di Giovanni offrono alla mente e al cuore, stimolando alla preghiera e all'approfondimento.

Non Ci soffermeremo, pertanto, sui singoli capitoli di questo inno, che intendete sollevare alla gloria dell'Apostolo dell'amore, per ricavarne cognizioni e ammaestramenti per voi e per i vostri discepoli.

[3] *Io.* 21, 25.

Questi — lo diciamo con senso acuto di responsabilità che vorremmo» trasmettervi — saranno, in gran parte, i pastori d'anime di domani.

Ci accontentiamo di formulare un duplice voto :

1. **Anzitutto l'amore dei Sacri Testi sia sempre più dilatato, e porti alla meditazione del loro messaggio. A questo devono tendere i vostri studi. Le stesse ricerche erudite, le nuove luci che vengono a! Libro Sacro dai contributi delle scienze ausiliarie, hanno la loro giustificazione ultima in questo impegno di diffondere l'amore alla Parola rivelata, e guidare gli animi alla intelligenza dei suoi sensi spirituali e- didattici. Sotto questo aspetto sono di aiuto sempre nuovo e insostituibile le opere dei Padri della Chiesa e le voci dei Papi e dell'Episcopato* nel corso dei secoli, anche se debbono essere letti con l'occhio esercitato^ dalle nuove acquisizioni di critica testuale.**

Prima e al di sopra di ogni sfoggio erudito deve esserci la fame e la* sete della Divina Parola, perchè essa è vita per le anime, luce alle menti,, soffio vivificatore. Gesù l'ha proclamato, e Giovanni ce ne ha riferito il' testo esatto : *Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*[4]"

2. **Il secondo voto auspica la penetrazione della Divina Parola nella', vita dei popoli, delle famiglie, delle comunità. Non è forse il** *Vangelo* **la buona novella, che essi attendono? Non è P***epistula Dei ad homines,* **che- do vrebbe liberarli da troppe sovrastrutture sentimentali, o freddamente* e unicamente scientifiche e tecniche? Non è la** *rivelazione* **dei « cieli nuovi e terre nuove »,**[5] **che attira i cuori umani, quasi pregustamento* della celeste beatitudine?**

L'uomo di oggi, non meno di quello che leggeva la *Biblia pauperum* **sulle pareti delle antiche chiese, ha desiderio vivo della parola di Dio.. L'uomo l'attende ed ascolta con la stessa devozione, con cui il popolo» ebreo accolse la lettura del Libro Sacro, fattagli da Esdra, dopo le fortunose vicende del ritorno dalla cattività. Quali accenti di trepida commozione nel racconto del Libro di Neemia, quale è riferito nel capo* ottavo** *'.Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum et mulierum cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi; et legit in eo aperte in platea, quae erat ante portam aquarum, de mane usque ad mediam diem in conspectu virorum et mulierum et sapientium, et aures omnis populi erant erectae ad librum ...Et aperuit Esdras librum coram omni populo (super universum quippe populum**

[4] *Io.* 6, 64.
[5] **Cfr. *Is.* 66, 22; *II Petr.* S, 13; *Apoc.* 21, 1.**

eminebat), et cum aperuisset eum, stetit omnis populus. Et benedixit Esdras Domino Deo magno et respondit omnis populus : Amen, amen, elevans manus suas. Et incurvati sunt, et adoraverunt Deum proni in terram ...Et legerunt in libro legis Dei distincte et aperte ad intelligendum; et intellexerunt cum legeretur.[6]

Altero miraculo fruita est domina Mariadora Christina Bartels. Ipsa viginti annorum aetatem agens cardiacis perturbationibus laborare incepit. Progrediente tempore morbus ingravescebat et mulier symptomata haec exhibebat, nimirum : violacei coloris labia, anhelantem spiritum,

thoracis cum acuto dolore incommodum, capitis dolores vertiginesque, suffocationis atque lassitudinis sensus, frigido» manus et pedes, in manu praecipue laeva et in pedibus livorem, atque cardiacos collapsus, adeo ut quamlibet operam et motum vitare cogeretur ; pluries iam iam moritura extremis Ecclesiae Sacramentis fuit munita.

Incerta interim edita diagnosi, agi demum de angina pectoris myocardiosclerotica compertum est. Ingravescente in dies morbo, et quidem ab anno 1940 ad annum usque 1949, prognosis nonnisi infausta quoad valetudinem, sin quoad vitam, denunciata est. Amissa itaque naturalis sanationis recuperandae spe, infirma eiusque domus cuncta, plurimae religiosae communitates, sacerdotes et fideles, ferventes Deo preces, Beati nostri patrocinium implorantes, pro sanatione effuderunt. Neque incassum, nam mulier infirma die 3 mensis Augusti anno 1949 plene convaluit, atque in praesens usque ne unum quidem e pathologicis, quibus tamdiu laboraverat, signis comparuit. Medentes sanationem fuisse perfectam agnoverunt, eamque ultra naturae vires et leges evenisse plurimi in arte periti testesque ceteri testantur.

Super priore sanatione in episcopali Curia Biturieensi anno 1950, super altera in Melburnensi Curia annis 1951-1952 processus apostolica auctoritate adornati sunt, de quorum iuridica vi die 2 Aprilis anno 1954 Sacrae Bituum Congregationis latum est decretum. Super altera autem sanatione instructus est apostolica auctoritate, mense Septembri anno 1954 in eadem Melburnensi Curia, processiculus additionalis.

Post favorabilem Medici Collegii sententiam die 21 Iulii anno 1954 super priore sanatione, et die 23 Decembris eiusdem anni super altera, totius Congregationis praeparatorius Coetus die 24 Ianuarii anno 1956 coactus est, in quo de utroque miro est disceptatum, at copiosius acriusque, quam ut fieri assolet, super altero, idque ob numerosiores cum a Censura tum a compluribus Patribus excitatas difficultates ; tota enim quaestio circa morbi diagnosim versabatur, cum non una fuerit univoca medicorum hac super re sententia. Quapropter Pius Papa XII fel. rec. decernendum ratus est, ut hic alter casus peritorum examini iterum subiceretur. Periti autem duo ad conclusiones pervenerunt minus propitias. At Medicum idem Collegium, refutatis argumentis ab iisdem peritis allatis, favorabile, iam pridem latum, iudicium de preternaturali sanationis indole cunctis suffragiis denuo, die 19 Iunii a. 1957, confirmavit. Antequam vero nova Congregatio praeparatoria super hac eadem sanatione con vocaretur, Causae Patrono opportunum iure merito visum est, ut certiores exquirerentur probationes de perfectione

deque sanationis constantia, simulque accuratius exploraretur sanatae neuro-psychicus status, ad suspicionem quamlibet depellendam de eiusdem supposita hysterica affectione. Annis itaque 1960-1961, Melburnensi in Curia peculiaris ad hoc, ad iuris normam, instructus est processiculus suppletivus, cuius Acta hodiernae Consultaè Medicae Sacrae huius Congregationis examini subiecta sunt, in Sessione diei 7 Februarii anni huius 1962, in qua, cunctis suffragiis .affirmative responsum est utrique quaestioni in praedicto processiculo exploratae. Quibus praehabitis, nova Congregatio praeparatoria super eadem altera sanatione celebrata est die 15 mensis Maii anno 1962, cuius exitu attento, Ioannes Papa XXIII decrevit, ut ad ulteriora procederetur.

Hinc coacta est tandem aliquando, die 10 mensis Iulii vertentis huius anni, Generalis, quae dicitur, Congregatio coram Summo Pontifice, in qua Revmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus Causaeque ipsius Relator, dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Revmi Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores, qui convenerant, suum quisque votum panderunt. Beatissimus vero Pater suam proferre sententiam in tanti momenti negotio distulit ad divinum interim implorandum lumen.**

Hac tandem die 15 mensis Iulii anni huius, eadem Sanctitas Sua, accitis Revmis Cardinalibus Praefecto Sacrae Rituum Congregationis, atque Causae Ponente seu Relatore, necnon R. P. Ferdinando Antonelli O. F. M., Fidei Generali Promotore, meque simul infrascripto a Secretis, piissime sacrosancto Missae Sacrificio antea litato, solemni hoc decreto sanxit : *Constare de duobus miraculis, Beato Petro Iuliano Eymard intercedente,* **scilicet de primo :** *instantaneae perfectaeque sanationis Rev. D. Caroli Eugenii Verdier ab osteite tuberculari fistulosa chronica in pede laevo,* **deque altero :** *instantaneae perfectaeque sanationis duae Mariadorae Christinae Bartels ab angina pectoris myocardiosclerotica.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 Iulii a. D. 1962.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

Oratio ad Beatam Mariam Virginem, ab Exploratoribus, qui vulgo « Boys Scouts » appellantur, recitanda et a Summo Pontifice Ioanne XXIII exarata, Indulgentiis ditatur.

O Maria ! Il vostro nome mi sta sulle labbra e nel cuore dal primo avviarsi della mia vita.

Dalla mia infanzia ho imparato ad amarvi come una madre, ad invocarvi nei pericoli, a confidare nella vostra intercessione.

Voi leggete nel mio animo la brama che ho di scrutare la verità, di praticare la virtù, di essere prudente e giusto, forte e paziente, a tutti fratello.

O Maria ! Sostenete il mio proposito di vivere da fedele discepolo di Gesù per edificare la società cristiana ed allietare la Santa Chiesa Cattolica.

Voi, Madre, saluto mattina e sera ; voi lungo la strada invoco ; da voi attendo l'ispirazione e il conforto per coronare i sacri impegni della mia terrena vocazione, dar gloria a Dio, raggiungere l'eterna salvezza.

O Maria ! Come voi a Betlemme e sul Golgota, anch'io voglio restar sempre accanto a Gesù. Egli è il re immortale dei secoli e dei popoli. Amen.

Die 19 Augusti 1962

SSmus Dominus Noster Ioannes Div. Prov. Pp. XXIII benigne tribuere dignatus est Indulgentias quae sequuntur : **1) partialem quingentarum dierum** *ab Exploratoribus saltem corde contrito lucrandam, quoties supra relatam orationem pie recitaverint; 2)* **plenariam,** *suetis conditionibus ab ipsis semel in mense acquirendam, si quotidie per integrum mensem eandem recitationem devote persolverint.*

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

F. Card. CENTO, *Paenitentiarius Maior*

L. $ S.

I. Rossi, *Regens*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 25 settembre 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza HUBERT MAGA, Presidente della Repubblica del Dahomey.

Lunedì, 1 ottobre 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. MIGUEL D'ESCOTO MUÑOZ, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica del Nicaragua.

Mercoledì, 3 ottobre 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Prof. JOSÉ MARÍA DOUSSINAGUE Y TEXIDOR, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna.

Venerdì, 5 ottobre 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza l'On. LEOPOLD SEDAR SENGHOR, Presidente della Repubblica del Sénégal.

Domenica, 21 ottobre 1962, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. GERMAN ARAMBURÚ LECAROS, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Perù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 maggio 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ottaviani Alfredo, *Protettore delle « Servite Mantellate Sisters»* (Londra).

25 giugno 1962. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle « Sisters of Mercy of the Unioni)* (Washington).
27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Larraona Arcadio M., *Protettore dell'Ordine Teutonico di Santa Maria in Gerusalemme* (Vienna).
27 luglio » Il Rev. Sac. Piergiacomi Guido, *Cappellano comune Pontificio soprannumerario* (Macerata).
» » » Il Rev. Sac. Vacca Raffaele, *Cappellano comune Pontificio soprannumerario* (Sorrento).
28 agosto » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle Suore del Terz'Ordine di San Domenico del Ssmo Sacramento* (Fognano, Faenza).
3 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ciriaci Pietro, *Protettore dei Monaci Eremiti Camaldolesi O. S. B.*
7 » » Gli Illmi e Revmi Monsignori Stella Giuseppe, Civardi Ernesto, Oasoria Giuseppe, Stoppini Irvin, *Prelati Votanti del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

19 giugno 1962. S. E. Revma Monsig. Miranda y Gómez Michele Dario, Arcivescovo di México.
» » » S. E. Revma Monsig. Mazzieri Francesco Costantino, Vescovo di Ndola.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

17 ottobre 1961. Monsig. Plantier Vittorio Basilio (San Miguel)
28 » Monsig. Boggering Lorenzo (Münster).
» » » Monsig. Adolph Walter (Berlin).
7 maggio 1962. Monsig. Bracken Lorenzo (Brooklyn).
» » » Monsig. Brophy Giuseppe (Brooklyn).
» » Monsig. Haid Enrico (Brooklyn).
» » » Monsig. Mullaney Edoardo (Brooklyn).
» » » Monsig. Reddy Giovanni Girolamo (Brooklyn).
21 Monsig. Fischer Eugenio (Strasbourg).
26 » » Monsig. Haun Giulio William (Winona).
19 giugno » Monsig. Gerein Francesco (Regina).
7 luglio » Monsig. Diana Giuseppe (Ales e Terralba).
23 » Monsig. Rodhain Giovanni (Bordeaux).
18 agosto Monsig. Barreca Antonio (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Preluti Domestici di Sua Santità:

13	gennaio	1962.	Monsig. D'Souza Gioacchino Antonio (Simia).
17	febbraio	»	Monsig. Mortin Mario (Sabina e Poggio Mirteto).
17	marzo	»	Monsig. Faber Enrico (Oamden).
»	»	»	Monsig. Fairbrother Paolo (Oamden).
»	»	»	Monsig. Griffey Giovanni (Camden).
»	»	»	Monsig. Kempf Giuseppe (Indianapolis).
»	»		Monsig. Belluscio Giovanni (Manchester).
»		»	Monsig. Brodeur Ernesto (Manchester).
»	»		Monsig. Cahill Cornelio (Manchester).
»	»		Monsig. Collins William (Manchester).
»	»		Monsig. Constant Alfredo (Manchester).
»		»	Monsig. Foley Giovanni (Manchester).
»	»		Monsig. Gardner Lorenzo (Manchester).
»	»		Monsig. Halde Adelardo (Manchester).
	»	»	Monsig. Eenneally Patrizio (Manchester).
»	»	»	Monsig. Kenney Filippo (Manchester).
»	»	»	Monsig. Laçasse Lorenzo (Manchester).
	»		Monsig. Lettre Achille (Manchester).
»	»	»	Monsig. McCarthy Giovanni (Manchester).
	»		Monsig. *0'* Connor Giuseppe (Manchester).
»			Monsig. Simard Gilles (Manchester).
»			Monsig. Sliney Francesco (Manchester).
	»		Monsig. Auclair Paolo (Norwich).
»	»	»	Monsig. Murphy Francesco (Norwich).
»	»		Monsig. Murphy Vincenzo (Norwich).
»	»	»	Monsig. Wilson Giacomo (Norwich).
31	»	»	Monsig. Cericioni Giulio (Roma).
14	aprile		Monsig. Balok Andrea (Greensburg).
»	»	»	Monsig. Gaughan Norberto Felice (Greensburg).
»	»	»	Monsig. Karabinos Francesco Bernardo (Greensburg)
»	»	»	Monsig. Muellen Francesco E. (Greensburg).
	»		Monsig. Mueller Francesco J. (Greensburg).
»	»	»	Monsig. Pirulli Nunzio (Greensburg).
	»		Monsig. Podowski Enrico (Greensburg).
»	»		Monsig. Schneider Andrea (Greensburg).
»	»		Monsig. Schroth Geraldo (Greensburg).
»	»	»	Monsig. Gilfillan Patrizio (Jefferson City).
»	»	»	Monsig. Groner Bernardo (Jefferson City).
»	»	»	Monsig. Kenny Giovanni (Jefferson City).
»	»	»	Monsig. Timpe Bernardo (Jefferson City).
»	»	»	Monsig. Anderl Stefano (La Crosse).
5	maggio	»	Monsig. Muga vero Francesco (Brooklyn).
	»	»	Monsig. Reinhardt Marion (Brooklyn).
	»	»	Monsig. Laureux Luigi *(Principato di Monaco).*

11 maggio 1962. Monsig. Canty Giuseppe (Fall River).
» » » Monsig. Dzúryo Giorgio Antonio (Peoria).
» Monsig. Haddigan Michele Giuseppe (Peoria).
» Monsig. Siesel Giulio Lorenzo (Peoria).
19 » » Monsig. Tosti Alfredo Nicola (Anagni).
» » » Monsig. Bainone Antonio (Salerno).
» » » Monsig. Soligo Francesco (Treviso).
» » Monsig. Wiegerink Agostino Guglielmo (Utrecht).
25 » » Monsig. Bayer Carlo (Breslavia).
Monsig. Ceuppens Renato (Malines-Bruxelles).
» Monsig. Grossens Pietro (Malines-Bruxelles).
» Monsig. Lagasse Carlo (Malines-Bruxelles).
2 giugno » Monsig. Sosio Andrea (Como).
» » » Monsig. Anichini Silvio (Fiesole).
•8 » Monsig. Corti Gaetano (Milano).
» Monsig. Ferraroni Teresio (Milano).
» » Monsig. Fino Camillo (Milano).
» Monsig. Guzzetti Giovanni Battista (Milano).
» Monsig. Macchi Giovanni (Milano).
» Monsig. Manfredini Enrico Ruben (Milano).
» » Monsig. Rigamonti Luigi (Milano).
» » Monsig. Roveda Francesco (Milano).
Monsig. Tognola Luigi (Milano).
» » Monsig. Civardi Ugo (Piacenza).
» » Monsig. Metta Nicolò (Roma).
16 » Monsig. Sortino Francesco (Agrigento).
» » Monsig. Ferretti Luigi (Brescia).
» Monsig. Lauro Augusto (Cosenza).
» » Monsig. Mosconi Angelo (Milano).
23 » Monsig. Paltrinieri Pietro (Modena).
» » » Monsig. De Angelis Antonio (Roma).
28 » Monsig. Cattaoui de Menasce Giovanni Maria (Roma).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

27 gennaio 1962. Monsig. Betgeri Ignazio (Poona).
» » Monsig. Collaco Emanuele Saverio (Poona).
» » » Monsig. D'Souza Sabino (Poona).
» » » Monsig. Pereira Pietro (Poona).
17 febbraio Monsig. Di Venanzio Agostino (Sabina e Poggio Mirteto).
» Monsig. Nicolai Leonzio (Sabina e Poggio Mirteto).
» » » Monsig. Trombetta Guido (Sabina e Poggio Mirteto).
» » Monsig. Valenti Aleandro (Sabina e Poggio Mirteto).
17 marzo Monsig. MacDonald Colin (Manchester).
» » Monsig. Olkovikas Alberto (Manchester).
» » » Monsig. Paradis Wilfrid (Manchester).
» » Monsig. Adamo Salvatore (Camden).
» » Monsig; Callahan Riccardo (Camden).
» » Monsig. Carr Giacomo (Camden).
» Monsig. Kelly Giovanni (Camden).

17	**marzo**	**1962.**	**Monsig. Pionkowski Girolamo (Camden).**
»	»	» ^	**Monsig. Rigney Filippo (Camden).**
»	»	»	**Monsig. Sharkey Tommaso (Camden).**
»	»	»	**Monsig. Bochnewich Michele (Saint Nicholas di Chicago degli Ucraini).**
»	»	»	**Monsig., Knapp Stefano (Saint Nicholas di Chicago degli Ucraini).**
»	»	»	**Monsig. Leskiw Pietro (Saint Nicholas di Chicago degli Ucraini).**
»	»	»	**Monsig. Paska Walter (Saint Nicholas di Chicago degli Ucraini).**
6	**aprile**	»	**Monsig. Von Essen Giovanni Enrico (Stockholm),**
li	»	»	**Monsig. Bugler Giuseppe (Jefferson City).**
»	»	»	**Monsig. Dreisoerner Giovanni (Jefferson City).**
»	»	»	**Monsig. Poelker Gerardo (Jefferson City).**
5	**maggio**	»	**Monsig. Fitzpatrick Giacomo (Brooklyn);**
»	»	»	**Monsig. Missbach Walter (Brooklyn).**
»	»	»	**Monsig. Molloy Eugenio (Brooklyn).**
		»	**Monsig. O'Brien Giovanni P. (Brooklyn).**
»	»	»	**Monsig. Rudden Giovanni (Brooklyn).**
»	»	»	**Monsig. Welsh Roberto (Brooklyn).**
lì.	»	»	**Monsig. Diachyshyn Pietro** *(Australia -* **Esarcato Apostolico).**
»	»	»	**Monsig. Elcheroth Pietro (Luxembourg).**
»	»	»	**Monsig. Elz Vittorio (Luxembourg).**
»	»	»	**Monsig. Posing Pietro (Luxembourg).**
19	»	»	**Monsig. Chambers Giacomo (Buffalo).**
»	»	»	**Monsig. Groot Giovanni Cornelio (Rotterdam);**
»	»	»	**Monsig. Poell Giovanni Cornelio (Utrecht).**
8	**giugno**	»	**Monsig. Russo Giuseppe (Lecce).**
»	»	»	**Monsig. Ballarati Stefano (Milano).**
»	»	»	**Monsig. Boffa Luigi (Milano).**
».	»	»	**Monsig. Tendermi Domenico (Milano).**
16	»	»	**Monsig. Sodano Angelo (Asti).**
»	»	»	**Monsig. Frana Renzo (Bergamo).**
»	»	»	**Monsig. Oronin Daniele (Boston).**
»	»	»	**Monsig. Spadafora Francesco (Cosenza).**
»	»	»	**Monsig. Collaço Blasco Francesco (Goa).**
»	»	»	**Monsig. Corsanego Sebastiano (Roma).**
»	»	»	**Monsig. De Nittis Francesco (Vieste).**
23	»	»	**Monsig. Gavathos Basilio (Atene).**
»	»	»	**Monsig. Monsellato Ruggero (Ugento).**
»	»	»	**Monsig. Rosafio Vincenzo (Ugento).**
7	**luglio**	»	**Monsig. Giuliani Gianmatteo (Bari).**
»	»	»	**Monsig. Lucis Francesco (Udine).**

Cameriere segreto di Spada e Cappa di numero di Sua Santità:

23 giugno 1962. U Marchese Sacripante Vitutii Giuseppe (Roma).

Cameriere segreto soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità

8 giugno 1962. Il sig. Donati von Gralath Raffaele (Roma).

Cumerieri d'onore in adito paonazzo di Sua Santità :

25 maggio 1962. Monsig. Corni Carlo (Modena).
23 giugno » Monsig. Ansaldi Angelo (Noto).
» » » Monsig. Caruso Vincenzo (Noto).
» » » Monsig. Guastella Salvatore (Noto).
» » » Monsig. Gugliotta Francesco (Noto).
» » » Monsig. Rizza Giuseppe (Noto).

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità :

27 gennaio 1962. Il sig. Becchi Franco (Roma).
8 giugno » Il sig. TJrsini Raffaele (Gerace-Locri).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

II Collare dell'Ordine Piano :

14 settembre 1962. A S. E. il sig. Maga Hubert, Presidente della Repubblica del Dahomey.
2 ottobre » A S. E. il sig. Senghor Sedar Leopoldo, Presidente della Repubblica del Sénégal.

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

22 giugno 1962. A S. E. il sig. Begnon Kone Damiano, Presidente della Assemblea Nazionale della Repubblica dell'Alto Volta.
» » » A S. E. il sig. Lompolo Kone Renato, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica dell'Alto Volta.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

30 ottobre 1961. A S. E. il sig. Altmeier Pietro, Primo Ministro del Land tedesco della Renania-Palatinato.
22 giugno 1962. A S. E. il sig. Yameogo Denis, Ministro degli Affari Interni della Repubblica dell'Alto Volta.

La Gran Groce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 giugno 1962. A S. E. il sig. Guirma Federico, Ambasciatore della Repubblica dell'Alto Volta a Washington.
» » » A S. E. il sig. Guissou Enrico, Ambasciatore della Repubblica dell'Alto Volta a Parigi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano :

4 agosto 1962. Al sig. Manzia Pio (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano:

14 luglio 1962. Al sig. Dodero Paolo (Genova).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

31 marzo 1962. Al sig. Bertrand Alfredo (Liège).
25 aprile » Al sig. Lencastre Da Veiga Alfredo *(Portogallo).*
8 giugno » Al sig. Piola Giacomo (Acqui).
10 » » Al sig. Pérez Hernández y Moreno Raimondo *(Spagna).*
21 » » Al sig. Konate Abdoulaye *(Alto Volta).*
14 luglio » Al sig. Darusman Busono *(Indonesia).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

o luglio 1962. Al Col. Dizon Vittorio H. *(Filippine).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

31 marzo 1962. Al sig. Van Rymenant Lorenzo Giuseppe (Malines - Bruxelles).
16 giugno » Al sig. Serafini Filippo (Roma).
» » » Al sig. Sormanti Luigi (Roma).
4 agosto » Al sig. Costanzi Rinaldo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

31 marzo 1962. Al sig. Guerin Des Croix du Marteray Pietro (Nîmes).
23 giugno » Al Ten. Col. Orecchia Rinaldo (Roma).
» » ' . » Al Ten. Col. Usai Michelangelo (Roma).
13 luglio » Al Ten. Col. Chiarini Giuseppe (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

31 marzo 1962. Al sig. Posch Carlo (Eisenstadt).
» » » Al sig. Benedetti Otello (San José de Costa Rica).
5 maggio » Al sig. Gianasso Elìsio (Genova).
» » » Al sig. Novarese Giuseppe (Ragusa).
11 » » Al sig. Vitali Raffaele (Iesi).
» » » Al sig. Berni Mario (Roma).
» » » Al sig. Bozzi Renzo (Roma).
» » » Al sig. Denti Bruno (Roma).
» » Al sig. Di Giannantonio Natalino (Roma).
» » Al sig. Franci Adolfo (Roma).
Al sig. Luciani Lucio (Roma).

11	maggio	1962.	Al sig. Ramini Antonio (Roma).
»	»	»	Al sig. Barbera Giovanni (Velletri).
19		»	Al sig. Provenzano Luigi (Gallipoli).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

10	marzo	1961.	Al sig. Van Leeuwen Giovanni (Rotterdam).
17			Al sig. Höfte Ermanno (Roermond).
»			Al sig. Van der Marek Andrea Giacomo (Roermond).
»		»	Al sig. Michels Antonio Teodoro P. ('s-Hertogenbosch)
»		»	Al sig. Tibosch Ermanno Giuseppe ('s-Hertogenbosch),
»	»		Al sig. De Vries Carlo Federico Guglielmo (Utrecht).
»			Al sig. Van Tongeren Enrico Alberto (Utrecht).
31			Al sig. Erhardt Giovanni (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Habeler Giovanni (Eisenstadt).
»			Al sig. Rosnak Giovanni (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Unger Emerico (Eisenstadt).
5	maggio		Al sig. Coscione Paolo (Roma).
»	»		Al sig. Gioppato Primo (Roma).
11	»	»	Al sig. Carucci Nello (Roma).
»	»		Al sig. Costantino Angelo Roberto (Roma).
»	»	»	Al sig. Dal Ponte Enrico (Roma).
»	»	»	Al sig. Del Monte Giulio (Roma).
»	»		Al sig. Felici Felice (Roma).
	»		Al sig. Grandi Raffaele (Roma).
»			Al sig. Peruzzi Gerolamo (Roma).
			Al sig. Rossi Giovanni (Roma).
»	»	»	Al sig. Staffa Domenico (Roma).
19	»	»	Al sig. Rizzardi Umberto (Padova).

NECROLOGIO

28	agosto	1962.	Monsig. Hu Jo-Shan Joseph, Vescovo di Taichow.
23	settembre	»	Monsig. Hogan John Forest, Vescovo di Bellary.
29	»	»	Monsig. Testa Giacomo, Arcivescovo tit. di Eraclea di Europa.
4	ottobre	»	Monsig. Joye Aloys Ernest, Vescovo tit. di Rafia.
16	»	»	Monsig. Burke Joseph A., Vescovo di Buffalo.
21	»	»	Monsig. Facchini Edoardo, Vescovo di Alatri.
»	»	»	Monsig. Garant Charles-Omer, Vescovo tit. di Zorolo.
22	»	»	Monsig. Bernareggi Domenico, Vescovo tit. di Famagosta.
24	»	»	Monsig. Chichestèr Aston, Vescovo tit. di Velebusdo.

An. et vol. LIV 29 Octobris 1962 (Ser. III, v. IV) - N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

I

In tribus Basilicis Romanis Canonici honorarii constituuntur.

IOANNES PP. XXIII

TEMPLORUM DECUS divinique cultus magnificentia nullo non tempore maximae curae catholicae Ecclesiae fuerunt; quippe quae et Dei gloriam sanctitatemque apprime addeceant, et christifidelium pietatem non parum inflamment.

Quae si ubivis gentium sacrorum Antistites pro munere suo praestiterunt, par nimirum fuit vel maiore diligentia Romae, in dioecesi videlicet sua, praestitisse Romanos Pontifices. Id enim postulabat in primis tributa providenti Dei consilio huic almae Urbi ea proprietas, ut esset veluti totius catholicae rei caput, ad quod ab universo terrarum orbe religionis causa fideles confluerent; postulabant deinde sive christianae antiquitatis memoriae, sive augustissima templa, quibus Roma ornabatur.

Cumque in Urbe sacrae huiusmodi caeremoniae praecipua quadam sollemnitate in principibus eius Basilicis, ut patet, obiri et possent et deberent, nihil propterea mirum, si Summi Pontifices Decessores Nostri studium curamque suam multis

modis testati sunt, cum erga easdem aedes Deo dicatas, tum erga Canonicorum Collegia, quorum praesertim esset ibidem splendorem religiosi cultus tueri, et divinas laudes persolvere.

Quos Decessores Nostros vestigiis consecuti, in animum induximus Nostrum aliquid Nosmetipsi praecipere, quod simul Canonicorum Ordinibus gratiam significet Nostram, simul cum celebratione congruat proximi Concilii Oecumenici Vaticani II, cum scilicet convenientibus undique terrarum Episcopis oportebit in templis huius almae Urbis sacros ritus vel diligentiore religione óbitos ostendere.

Decrevimus nempe, postquam omnia attente perpendimus, atque Patres Cardinales, quorum potissimum interesset, sententiam rogavimus, Nostris hisce Litteris Motu proprio datis, in patriarchali Archibasilica Lateranensi et in Basilicis Petriana et Liberiana, Canonicos honorarios, quos vocant, constituere.

Quod dum facimus, praeterquam quod in superbis hisce templis prospicimus debitis summi Numinis maiestati laudibus magnificentius impertiendis, hoc etiam assequimur, ut quibusdam honoris insignibus nonnullos sacrorum administros decoremus, qui pariter praeclara virtute excellant, pariter de christiana re optime meriti sint.

Hisce ecclesiasticis viris, qui non plures quam octo in singula Canonicorum Collegia Basilicarum, quas memoravimus, cooptabuntur, dignitatis gratia, iura quaedam peculiaria tribuimus; cuiusmodi sunt: locum in templi subsellario, et insignia ac privilegia Canonicorum illius Basilicae propria, cui addicuntur: quibus tamen uti dumtaxat poterunt in circuitu sui templi, et aedium sacrarum, quae ab eo pendeant.[1]

Ad locum quod attinet, a Canonicis honorariis obtinendum, iidem in Basilicae subsellario post Canonicos ordinarios sedebunt, iuxta normas C. I. C, cann. 408 § 1 et 106 n. 3.

Quo autem plenius id assequamur quod potissimum petimus, ut nimirum *sollemnior cultus Deo in ecclesia exhibeatur,*[2] quamvis Canonicis honorariis nullum iniungamus onus, iisdem tamen suademus, ut sacris conficiendis caeremoniis, Col-

1 Cfr. C. I. C, can. 407.
2 Cfr. *ibid.,* can. 391.

legii legibus imperatis, ea qua par est diligentia adsint, libenterque in iisdem suam navent operam; idque praesertim diebus festis.

Volumus denique, ut Canonici honorarii Basilicarum, quas diximus, a Summo Pontifice tantummodo nominentur, Litteris datis ab Officio publicis Ecclesiae negotiis procurandis.

Ad cetera quod spectat, de quibus nihil Nostris hisce Litteris definite praecipimus, normam sumi iubemus a iuris communis legibus, atque a legitimis consuetudinibus.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris Motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **xi** mensis Septembris anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

II

Pontificium Athenaeum Urbanianum Universitatis Studiorum titulo et honore decoratur.

IOANNES PP. XXIII

FIDEI PROPAGANDAE mandatum in universum mundum[1] persequi usque ab inito Summo Pontificatu Nobis, non minus quam Decessoribus Nostris, summae curae esse non obscure professi sumus.[2] Qua de re iam dudum animum induximus, nihil magis ad hoc adiuvare posse, quam penitus christianis sensibus imbuere praesertim sacrorum alumnos earum regionum, ubi *Evangelium salutis*[3] nondum maiorem incolarum partem pervasit.

Enimvero his adulescentibus ad pietatem, ad virtutem, ad

1 Cf. MARC. 16, 15.

2 **Cf. *Homilia in die Coronationis habita, A. A. S.,*** L, 1958, **p.** 8865 **et Litt. Enc.** ***Princeps Pastorum, A.*** A. ***8.,*** LI, 1959, **p.** 833.

3 ***Ephes. 1,*** 13.

sacrarum disciplinarum studia egregie informandis, iam amplius tria saecula, Romae, sub ipsis fere oculis Summorum Ponr tificum, exstat Collegium Urbanianum de Propaganda Fide. Quod nempe anno millesimo seseentesimo vicesimo septimo Decessor Noster imm. mem. Urbanus VIII, datis Litteris Apostolicis *Immortalis Dei Filius,*[4] condidit, atque singularibus suae propensae voluntatis testimoniis prosecutus est: in quibus illud est numerandum Collegii magistris et discipulis eadem praecipua iura tribuisse, quae magistris et discipulis tributa essent cum *Studii generalis Urbis,* quod vocabant, tum aliorum ecclesiasticorum Collegiorum, quae id temporis Romae florerent; et quidem *non solum ad eorum instar, sed aeque principaliter et pariformiter in omnibus et per omnia.*[5] Ex quo fiebat ut qui iuvenes in scholis Collegii Urbaniani probati essent, iisdem fruerentur praecipuis iuribus et titulis, quibus *promoti tam in Urbe ... quam in totius orbis Universitatibus.*[6] Quo loco facere non possumus, quin saltem in transitu in medio ponamus neque professores neque alumnos Collegii Urbaniani conditoris spem fefellisse; quandoquidem nullo tempore viri in iis defuerunt de sancta Ecclesia optime meriti, qui christianae fidei disseminandae causa vel singulares insumpserunt labores, vel ipsam nonnumquam vitam profuderunt.

Profecto nemo non videt quantum momenti in catholicae rei provincia nostris diebus habeant, quantumve posthac habiturae sint huius Collegii scholae, usque ab initio incrementis cotidie maioribus auctae, quas cum adolescentes ex diversis terrarum orbis nationibus, tum utriusque cleri iuvenes ex aliis etiam huius almae Urbis Collegiis altiorum studiorum gratia et celebraverunt et celebrant; propterea quod nulla dubitatio est, quin sacerdotum auctoritas, qui in iis doctrina exculti sint, valere plurimum possit apud populos cuiusque suos.

Has ob causas, cum scholae huiusmodi, quibus, iuxta statuta ab Apostolica hac Sede probata et etiam nunc valida, *Pontificii Athenaei Urbaniani de Propaganda Fide* indita est appellatio, atque deinde deinceps accesserunt tum Ordo studiorum

[4] **Cf. *Ius Pontificium de Propaganda Fide,* T. I, vol. I, p. 87.**

[5] ***IUd.,* p. 91.**

[6] **Cf. *Tabularium S. Congregationis de Propaganda Fide de Collegio Urbaniano,* a constitutione ad a. 1677, vol. 1, p. 126.**

theologicorum, tum Ordo studiorum philosophicorum, tum Pontificium Institutum quod Missionale Scientificum vocant, quodque sive Iuris Canonici sive Missionologiae, quam nominant, lauream publice tribuit, omnia complectantur quae ad Universitatum dignitatem pertinent, ad normam Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* a Decessore Nostro fel. rec. Pio XI datae,[7] volumus idcirco ut Athenaeum hoc Nostrum apud Apostolicam hanc Sedem itemque apud viros doctos cuiusvis gentis eum existimationis locum obtineat, quem meretur, atque adeo debita eidem iura agnoscantur.

Quapropter praeclaras hasce nacti occasiones, sive expleti anni quadragesimi, ex quo operam Nosmetipsi navare coepimus Coetui a Propagatione Fidei appellato,[8] sive proxime ineundi Concilii Oecumenici Vaticani II, quod luce et palam ostendet omnibus Christi Ecclesiam filios ubicumque gentium numerare, motu proprio ac Nostra Apostolica auctoritate decernimus atque declaramus Athenaeum Urbanianum, canonice erectum et Consilio Fidei Propagandae concreditum, quod studiorum Ordines continet, quos modo diximus, nunc et in posterum *Pontificiam Universitatem Urbanianam* esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in statuta et leges Athenaei inducatur, quae quidem vi sua valere pergunt.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Si Petrum, die i mensis Octobris, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

7 Cf. *A. A. 8.*, XXII, 1931, pp. 241-284.
» Cf. *A. A. 8.*, *TAY*, 1962, p. 431.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MANILENSIS - LIPENSIS
(MALOLOSINAE ET IMUSENSIS)

Ex archidioecesi Manilensi et dioecesi Lipensi quibusdam detractis territoriis, duae dioeceses constituuntur, quarum nomina « Malolosina » et « Imusensis ».

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi fidelium consulere utilitati atque bono cum grave sit Nostrum, quod divinitus accepimus, officium, precibus censuimus esse annuendum, quas venerabilis Frater Salvator Siino, Archiepiscopus titulo Pergensis et in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, post quidem auditos quorum interesset locorum Ordinarios, Apostolicae Sedi adhibuit, ut duae scilicet ibi locorum aliae fundarentur dioeceses; indubium est enim magis ibi catholicas res florere, ubi, ad christianorum fidelium gregem regendum, Episcopi multiplicentur. Sententiam ideo rogatis hac de re venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacris praesunt Consistorialibus Negotiis, auditisque venerabilibus Fratribus Rufino S. R. E. Cardinali Santos, Archiepiscopo Manilensi, atque Alexandro Olalia, Episcopo Lipensi, de summa et apostolica Nostra auctoritate haec, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Manilensi totum territorium disiungimus, quod civilem provinciam vulgo Bulacan constituit, una cum urbibus et pagis intra idem territorium exstantibus, ex eoque novam dioecesim condimus, ab urbe principe Malolos *Malolosinam* nuncupandam, iisdemque circumscribendam finibus ac territorium eiusdem provinciae civilis. Episcopi Sedes in urbe Malolos sit ; episcopalis vero cathedra, in curiali templo, quod in eadem urbe Deo dicatum est in honorem Beatae Mariae Virginis absque labe originali conceptae, quodque ad gradum et dignitatem cathedralis aedis attollimus. Item ab archidioecesi Manilensi territorium separamus, quod intra fines civilis provinciae vulgo Cavite exstat; a dioecesi autem Lipensi territorium civitatis vulgo Tagaytay City, eiusdem provinciae Cavite partem; ex iisque novam dioecesim condimus, *Immensem* ab

urbe principe appellandam, iisdemque finibus circumscribendam ac provincia civilis Cavite. Episcopi Sedes in urbe vulgo Imus collocabitur, cathedra autem episcopalis magisterii in curiali templo, ibidem exstante, Deo dicato in honorem B. M. V. a columna, quod ad gradum et dignitatem cathedralis aedis attollimus. Ita conditis Ecclesiis omnia iura et privilegia damus, quae ex iure iisdem competunt; item earum Episcopis praeterquamquod iura facimus congrua, onera simul atque obligationes imponimus, quibus ceteri per terrarum orbem Episcopi astringuntur. Censemus praeterea ut novae dioeceses sint Sedi Manilensi suffraganeae, sicut earum sacri Praesules erunt Manilensi Metropolitae obnoxii. Canonicorum Collegium curet cuiusque dioecesis Episcopus ut ad normam Iuris Canonici condat, iuxta nempe regulas per alias sub plumbo Litteras edendas; quoadusque tamen id fiat, concedimus ut Consultores dioecesani deligantur, qui sacrorum Antistitem consilio et ope iuvent. Ad clerum quod attinet, praecipimus ut simul ac hae Nostrae Litterae ad effectum deductae fuerint, Ecclesiae illi clerici censeantur addicti, in qua legitimum domicilium habeant. Quod vero ad acta et documenta pertinet novas dioeceses respicientia, ad cuiusque Curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda. Mensa episcopalis, quae dicitur, Curiae proventibus efficietur, fidelium collationibus atque bonorum parte, quae Sedibus Malolosinae et Imusensi ad normam canonis 1500 C. I. C. continget. Episcopo Malolosino et Imusensi curae sit Seminarium saltem minus in sua cuiusque dioecesi struendi, ut eo pueri recipiantur qui ad sacerdotale munus suscipiendum a Deo sint vocati. Cum autem adoleverint, qui eorum pietate et ingenio optimi sint Romam mittantur ut, in Pontificio Collegio-Seminario Philippino excepti, philosophicis theologicisque disciplinis imbuantur. Ceterum volumus ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui ad praesens Apostolicae Nuntiaturae in Insulis Philippinis praeest, vel eius quem ipse delegaverit, ad effectum deducantur, factis ad rem necessariis facultatibus. Cum vero actum negotium fuerit, idem documenta exarari iubeat atque ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum potuerit mittat. Quod si alius, eo tempore quo res perfici debeat, eidem Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra exsequenda curet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis,

quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **Qi Plumbi**

In Ap. Cane, tao., vol. CVIII, n. 28.

II

GOIANIENSIS ET ALIARUM

(SANCTI LUDOVICI DE MONTES BELOS)

Distractis quibusdam territoriis ex archidioecesi Goianiensi atque ex dioecesibus Goiasensi et Jataiensi, nova praelatura « nullius » efficitur « Sancti Ludovici de Montes Belos ».

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasiliae Foederatis Civitatibus Apostolicus Nuntius, post scilicet auditos quorum interesset locorum Ordinarios, Nobis preces adhibuisset ut ex quibusdam detractis territoriis Eccle-

siarum Goianiensis, Goiasensis, Jataiensis, nova ibidem fundaretur ecclesiastica circumscriptio, re Nos bene reputata deque sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacris praesunt Consistorialibus Negotiis, apostolica Nostra potestate haec, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Goianiensi territoria municipiorum separamus, prout nempe per legem civilem in praesens terminantur, quibus appellatio Anicuns, Nazário et Turvânia ; a dioecesi Goiasensi municipiorum territoria vulgo cognominata Sâo Luis de Montes Belos, Amerinópolis, Aurilândia, Cachoeira de Goias, Diorama, Firminópolis, Iporá, Israelândia, Ivolândia, Jaupací, et Maiporá; a dioecesi denique Jataiensi, territoria municipiorum, quae populus vocat Aragarças, Baliza, Born Jardim de Goiás, Piranhas, atque partem territorii eius municipii, cui nomen Caiapônia, inter septemtriones exstantem et orientem solem lineae imaginariae quae, proficiscens a ((Rio Araguaia)), sequitur « Rio Peixe » usque ad effluvium apud « Rio Paraíso », hinc per divortium aquarum procedit inter « Rio Paraíso)> et ((Rio Peixe » usque ad caput rivi ((Corrego Antas » et sequitur hunc rivum usque ad eius effluvium in rivum «Ribeirao da Envernandina» ; ex iisque, quae memoravimus, territoriis novam praelaturam « nullius » constituimus *Sancti Ludovici de Montes Belos,* **quae iisdem finibus terminabitur ac territoria e quibus fit. Cuius praelaturae sedes in urbe erit vulgo appellata Sâo Luis de Montes Belos ; templum autem praelaticium, in curiali sacra aede, ibidem exstante, Deo sacra in honorem S. Ludovici Confessoris et Regis, quam ad gradum et dignitatem templorum eiusdem ordinis attollimus, cum iuribus congruis. Item sacro Praesuli praeterquamquod iusta iura damus, obligationes imponimus, quae in Praelatos « nullius » ex iure communi competunt. Eandem praelaturam suffraganeam facimus archidioecesi Goianiensi, cuius Metropolitae novae Ecclesiae sacrorum Antistes obnoxius erit. Qui insuper summo opere curet ut quam primum minus Seminarium struat, iis pueris excipiendis qui ad sacerdotium vocentur. Ex illis autem, qui ingenio et animi virtutibus praestiterint, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Constitutae Sedis mensa, quae dicitur, praelaticia ex fidelium fiet collationibus atque bonorum parte, quae eidem continget ex praescripto canonis 1500 C. I. C. Ad clerum vero quod attinet, praecipimus ut, his Litteris ad effectum deductis, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti, in cuius territorio officium vel beneficium habeant; ceteri autem clerici, ei in qua legitimum habeant domicilium.**

Documenta denique et acta, quae Sedem Sancti Ludovici de Montes Belos quovis modo respiciant ex Curiis Goianiensi, Goiasensi et Jataiensi ad eandem mittantur, in condendo tabulario diligenter custodienda. Haec omnia perficienda venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem memoravimus, curet, vel per se ipse vel per alium, dummodo in ecclesiastica dignitate exornatum virum. Qui vero rem egerit, sincera documenta exarari iubebit, quae, nomine subscripto sigilloque impresso, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittet. Quod si tempore exsecutionis alius praeerit Nuntiaturae Apostolicae in Brasiliae Foederatis Civitatibus, hic mandata Nostra exsequenda curet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regem

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ℒß Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CVIII, n.

III

BELEMENSIS DE PARA

(ABAETIENSIS AD TOCANTINSUM)

Nonnullis territoriis ab archidioecesi Belemensi de Para detractis, nova praelatura « nullius » conditur, « Abaetiensis ad Tocantinsum » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem novae cuiusvis Ecclesiae ortus, in solis nascentis similitudinem, et luce regionem perfundit clarissima, et ardorem animis inicit insolitum, qui non modo auctis Praesulibus queunt aptiore facultate christianas doceri veritates ac tamquam lumine collustrari, sed etiam acriore studio et sollicitudine ab iis in religione contineri, idcirco ingenti semper gaudio Sedes novas constituimus aliisque annumeramus, quibus Ecclesiae universae caelum veluti sideribus stellatur. Quae cum ita sint, petenti venerabili Fratri Armando Lombardi, Archiepiscopo titulo Caesariensi Philippi et in Brasilia Apostolico Nuntio, ut in ea natione nova praelatura nullius conderetur, post nempe auditum venerabilem Fratrem Albertum Gaudentium Ramos, Archiepiscopum Belemensem de Para, libentissime concedimus, deque summa Nostra auctoritate haec quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Belemensi de Para municipia separamus quae populari lingua Abaeté do Tocan tins, Acara, Barcarena, Bujarú, Mojú et Tomé-Açu cognominantur ; quibus terris, ut sunt per civilem legem circumscriptae, novam praelaturam nullius constituimus, quae *Abaetiensis ad Tocantinsum* appellabitur. Huius Sedem praelaticiam in urbe Abaeté do Tocantins statuimus, cathedram vero sacer Praesul in templo curiali collocabit quod est B. M. V. sacrum, a populo « Nossa Senhora da Conceiçao » dictae, quodque debitis iuribus et honoribus cumulamus. Conditam praelaturam metropolitanae Sedi Belemensi de Para suffraganeam facimus ; item eius Antistitem venerabili Fratri Archiepiscopo eiusdem Sedis obnoxium ad normam iuris declaramus. Sacrum autem Abaetiensem Praesulem iubemus, idque gravi praecepto, ut Seminarium saltem minus construat, pueris recipiendis ad sacerdotium vocatis, ad normam can. 1354 § 2 C. I. C. et regulas S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Ex quibus, suo tempore optimos quosque Romam mittet ut philosophia et sacra theologia in Pontificio Collegio Piano Brasiliano recte imbuantur. Mensam praelaticiam efficient : Curiae proventus,

populi collationes, stipendium a civili auctoritate dandum, portio denique bonorum quae novae Sedi ob venient iuxta canonis 1500 C. I. C. praescriptum. De clero hoc statuimus, ut his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes Ecclesiae illi addicantur in cuius territorio vel beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici, illi in qua legitime degant. Volumus praeterea ut documenta et acta quae ad novam circumscriptionem respiciant, ad eius Curiam praelaticiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum has Litteras Nostras ad exitum adduci studebit venerabilis Frater Armandus Lombardi, vel quem ille delegaverit, factis ad id debitis facultatibus. Re confecta, idem documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore Apostolicae Nuntiaturae in Brasilia praesit, hic mandata Nostra exsequetur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, .atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 89.

IV

MECHLINIENSIS
(ANTVERPIENSIS)

Ab archidioecesi Mechliniensi quaedam territoria detrahuntur, quibus nova Ecclesia efficitur *Antverpiensis* cognominanda; eandem praeterea archidioecesim *Mechliniensem-Bruxellensem,* mutato nomine, appellari decernitur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Ecclesia, praeterquamquod adorandi Numinis Spiritu tamquam vitali principio alitur, cuius perenni virtute renovatur, etiam corpore quodammodo afficitur, quod et singulis christifidelibus constat, qui aspectabilem faciunt, et dioecesibus ipsis, quarum universitate Ecclesia consistit; quam ob rem oportet aliquando ad maius fidelium commodum assequendum et utilitatem tum novas condere Sedes, tum etiam, si res exigat bonumque postulet, fines earum immutare, ea scilicet de causa ut christiana vita magis magisque floreat, et, aucta industria, fides intentiore alatur ardore et flamma. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Ephraimus Forni, Archiepiscopus titulo Darnitanus idemque in Belgio Apostolicus Nuntius, expostulaverit ut, diviso territorio archidioecesis Mechliniensis, alia conderetur dioecesis, Nos eius precibus concedere cupientes, de Nostra summa et apostolica potestate haec decernimus et iubemus. Ab ea Sede, quam diximus, territorium separamus regionum, seu, ut dicunt, « arrondissements », quae cognominante populi lingua Antwerpen et Turnhout ; item provinciarum, seu « cantons », regionis Mechliniensis vulgo Lier et Heist-op-den-Berg appellatarum ; quibus omnibus territoriis novam dioecesim condimus, *Antverpiensem* nomine, iisdem finibus terminandam ac regiones e quibus est, ut civilibus legibus finiuntur. Sedes huius dioecesis in urbe Antuerpa erit, ibidemque Episcopus commorabitur, cathedra in templo B. M. V. collocata, cuius titulus apud populum Onze Lieve VrouAV, factis iuribus ac privilegiis cathedralium aedium propriis. Constitutam dioecesim, praeterea, suffraganeam facimus Ecclesiae metropolitanae Mechliniensi, cuius Archiepiscopo Antistes Antverpiensis obnoxius erit. In qua dioecesi Collegium Canonicorum condatur iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas. Interim tamen Consultores dioecesani deligantur, consilio et ope Praesulem iuvaturi ; qui nempe a munere suo cessabunt Canonicis constitutis. Mensa episcopalis fiet : Curiae proventibus, populi christiani collationibus, congrua bonorum parte, quae novae Sedi obvenient ad praescriptum can. 1500 C. I. C. Ad sacrum Seminarium quod attinet, decernimus ut tirones Antverpiensis dioe-

cesis philosophiae ac theologiae ediscendae Seminarium Mechliniense adeant, usquedum suum habeant maius Seminarium. Ad regimen vero quod pertinet, administrationem hisque similia, haec Iuris Canonici legibus omnino temperentur. Cum autem dioecesis per harum Litterarum effectionem constituta fuerit, sacerdotes qui in eius territorio beneficium vel officium habeant, eidem assignentur ; ceteri clerici, in cuius territorio legitime degant. Documenta denique et acta, quae ad Antverpiensem dioecesim respiciant, ad eius Curiam mittantur, religiose in tabulario custodienda. Templum postremo sanctorum Michaelis et Gudulae, quod est in urbe Bruxellis, ad dignitatem concathedralis aedis evehimus, ita ut Archiepiscopus cathedram ibidem collocare possit, et iure vocari, aeque ac eius archidioecesis, *Mechliniensis-Bruxellensis.* **Ceterum, has Litteras Nostras ad rem deduci curabit venerabilis Frater Ephraimus Forni, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis potestatibus. Cum vero res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octava mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 22.

V
ARCIS LAMY

In regione Tchad nova Provincia Ecclesiastica conditur *Arcis Lamy;* cuius dioecesis Arcis Lamy metropolitana Sedes constituitur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Regnum Dei, quod est Ecclesia, a divina Iesu Christi praedicatione ortum, sanctissimorum Apostolorum praeconio propagatum, eorum denique studio ac labore auctum, qui in Christi discipulorum locum successere atque christianum nomen omnibus populis ac gentibus tamquam intrepidi milites invexerunt, iam in tantam amplitudinem patuit, ut Christi fata re vera impleta esse videantur, asserentis, semen Evangelii, sane minimum ex omnibus seminibus, proceram arborem magnitudine aequaturum, in cuius ramis caelorum aves, hoc est populi, nidificarent. Huius ergo Regni amplificandi studio moti, hodie in eam partem considerationem et curas Nostras intendimus, quae regionis Tchad limitibus continetur ; in qua optimo consilio fieri iudicarunt venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi, si nova provincia ecclesiastica conderetur. Quapropter Nos, audita sententia venerabilis Fratris Sergii Pignedoli, Archiepiscopi titulo Iconiensis atque in Africa Centrali et Occidentali Apostolici Delegati, reque bene reputata, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. In regione quam diximus aliam constituimus provinciam ecclesiasticam, cuius Sedes metropolitana erit Ecclesia *Arcis Lamy,* **suffraganeae dioeceses Munduensis et Arcis Archambault, hodie condita. Eas ambas nempe a iuris dictione Sedis metropolitanae Banguensis eximimus. Scilicet sive metropolitana Ecclesia Arcis Lamy, sive eius Antistes honoribus et iuribus fruentur sui gradus et ordinis propriis; poterit hic igitur et Crucem ante se ferre in sacris caerimoniis, et pallio uti, dummodo in publico Consistorio illud rite petierit et impetraverit. Porro venerabilis Frater Paulus Dalmais, hactenus Episcopus Arcis Lamy, primus huius Sedis Archiepiscopus Metropolita erit. Etenim eius sive ingenii dotes, sive pietas in Deum, sive rerum hominumque usus parem omnino faciunt tantae Ecclesiae regendae. Ceterum, has Litteras**

Nostras venerabilis Prater Sergius Pignedoli ad rem adduci studebit, factis scilicet ad hoc debitis facultatibus, vel per se ipse, vel per alium quem existimaverit. Re vero acta, idem documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem Delegationi in Africa praesit, hic mandata Nostra haec persequetur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero et vicesimo mensis Decembris, anno Domini, millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 5S.

VI

LABACENSIS

Ecclesiae cathedrali Lahacensi titulus confertur archidioecesis.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Canonicorum Labacensis dioecesis Collegium, qua laeta et felici occasione quingentas Ecclesia illa a constitutione implevit annos, a Nobis efflagitaverunt ut archiepiscopalis eam titulo decoraremus, visum est eorum esse precibus accedendum. Ea est enim Labacensis Sedes, ut non modo sit vetustate perinsignis, verum etiam christifidelium usque eminuerit religiosis coeptis atque erga Apostolicam Sedem Romanosque Pontifices, in prosperis quidem inque adversis rebus, fidelitate. Quibus cunctis consideratis, volentes Nos quae diximus sollemnia cohonestare atque venerabili Fratri Antonio Vovk," sacro in praesens Labacensi Praesuli, universoque eius Ecclesiae clero ac populo benevolentiae Nostrae dare documentum, suprema qua pollemus usi potestate ea, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. Dioecesim Labacensem, iam pridem Apostolicae Sedi directo subiectam, ad *Ecclesiae archiepiscopalis* **gradum et dignitatem attollimus, quin ei tamen Sedes sint suffraganeae, simulque iura damus, quae sunt talium Ecclesiarum propria. Item Labacensem <(pro tempore » sacrorum Antistitem Archiepiscopi titulo insigniri concedimus, facta potestate ut congruis fruatur honoribus et privilegiis, in primisque se pallio ornandi, postquam profecto in sacro Consistorio illud rite impetraverit, Crucemque prae se ferendi ad liturgicarum rerum normas. Cathedralis praeterea sacrae aedis Labacensis Canonicorum Collegium ad honorem et dignitatem evehimus archiepiscopalem, cum omnibus simul iuribus et privilegiis, quibus eiusdem ordinis Collegia iure communi fruuntur. Statuimus insuper ut, quin aliae mittantur, per has apostolicas sub plumbo Litteras venerabilis Frater Antonius Vovk, qui modo episcopalem Labacensem Sedem regit, ad Archiepiscoporum ordinem promoveatur, factis eiusdem dignitatis debitis iuribus, impositis obligationibus. Ad haec denique exsequenda volumus ut suam det operam venerabilis Frater Franciscus Sëper, Archiepiscopus Zagrabiensis, vel quem ille delegaverit, dummodo sit in ecclesiastica dignitate constitutus vir. Qui vero rem perfecerit documenta effectae rei exaranda curet atque ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittenda.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ;

ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efflcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. Ifi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo « a Miraculis » praecipua caelestis Patrona oppidi v. « Morbio Inferiore », Luganensis dioecesis, declaratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Deiparam Virginem Mariam maternum auxilium suis fidelibus saepenumero ostendisse, omnibus constat. Haud aliter accidit in oppido vulgo « Morbio Inferiore » nuncupato et intra Luganensis dioecesis fines posito, ubi, penes vetustam Beatae Mariae Virginis udo illitam effigiem, tanta tamque mira effecta sunt, exeunte

saeculo xvi, prodigia, ut in gens ex longinquis etiam terris fidelium concursus excitaretur atque in honorem ipsius Deiparae « a Miraculis » appellatae nova ecclesia paroecialis una cum Mariali aedicula aere communi exaedificata esset affabreque decorata. Flagranti insuper impulsi pietate, Christifideles, praeeuntibus sacerdotibus, pro eadem Mariali efiigie auream coronam suis sumptibus conficiendam curarunt, quae postea amplissimi Petriani Canonicorum Collegii Decreto, anno MCMXXVII, **Mariae Virginis capiti fuit sollemniter imposita. Populus ipse denique tamquam sui oppidi caelestem Patronam per saecula Virginem illam a Miraculis habuit et etiam nunc habet. Ne tamen haec populi voluntas Apostolica careat sanctione, Venerabilis Frater Angelus Iosephus Jelmini, Episcopus titulo Thermen sis idemque Apostolicus Luganensis Administrator, enixa quoque cleri fideliumque vota depromens, a Nobis efflagitavit ut, auctoritate Nostra Apostolica, Marialem illum Patronatum pro dicto oppido ratum haberemus atque confirmatum. Nos autem, ad magis magisque in Dei hominumque Matrem confirmandam pietatem atque dilatandam, haud sine spirituali animarum incremento, huiusmodi excipere preces perlibenter statuimus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Virginem Mariam « a Miraculis » nuncupatam, cuius effigies in aedicula ecclesiae paroeciali oppidi « Morbio Inferiore » contigua pie colitur, praecipuam memorati oppidi « Morbio Inferiore », Luganensis dioecesis, apud Deum** *Patronam* **confirmamus seu denuo eligimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Augusti, anno MCMLXI, **Pontificatus Nostri tertio.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

H

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia cathedralis Londinensis decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Templo principe, opere sane egregio, non paulum nobilitari perhibetur Londinum, urbs florentissima in Canadensi dicione; quod saeculo praeterito ad finem vergente exstruetum, architectandi ratione, molis amplitudine, cultu vario, scilicet sectis lapidibus, marmoribus, picturis eleganti manu perfectis, perquam commendatur. Est etiam prae Nobis ferendum id esse veluti monumentum sollertiae sacrorum Antistitum et Cleri et actuosae pietatis Christifidelium, siquidem mutua eorum omnium opera, maxime vero christianae plebis plurimis largitionibus, nobilis haec aula Dei surrexit. Cui ampliorem cupiens honorem adiungere, Venerabilis Frater Ioannes Christophorus Cody, Londinensis Episcopus, Nos rogavit, ut Basilicae Minoris ius atque nomen eidem pro Nostra benignitate tribueremus. Quas preces libenti animo audivimus, statuentes simul, ut huiusmodi decore cathedrale templum Londinense augeretur memoriae causa vigesimi quinti anni revoluti a quo sacrorum idem Antistes episcopali infula est insignitus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Londinensem cathedralem ecclesiam titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **afficimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin **mensis Decembris, anno** MCMLXI, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Sanctus Petrus de Alcantara regionis Extremadurae in Hispania Patronus aeque principalis, una cum Sancta Maria de Guadalupe, eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Commune patriae solum incolas omnes inter se consociare solet tum vitae consuetudine, tum amicitiae vinculo; cumque aliquis e civibus, terreno egregie emenso curriculo, ad beatas Caelitum sedes migravit, vetus illa necessitudo manet, immo vero coniunctior ac sanctior efficitur. Tum enim benevolentiae succedit pietas, famae nominique honor eximius. Haud aliter inter Sanctum Petrum de Alcantara, nobilissimum Extremadurae, ut dicitur, regionis filium, eiusque concives singularis viget amor. Qui enim, dum vitam in terris egit, primaevum Sancti Francisci Asisinatis institutum reparare cupiens, prestantissima edidit poenitentiae ac paupertatis exempla, atque, animorum studio flagrans, operam « pro fratribus » impendere non dubitavit, idem suos protegere cives, assidua quidem apud Deum deprecatione, numquam desistit; itidemque pietas in eum, spiritualium ob copiam fructuum, magis ac magis in dies augetur. Hac de re, quarto revoluto saeculo ab eius piissima morte, magnifica nunc apparantur sollemnia, quorum omnium non tantum ex utroque clero sacerdotes, sed et publici magistratus populusque fidelis, concordibus animis, sunt auctores. Huc autem accedit, haud dubium constantis cultus testimonium, optimum consilium S. Petrum eligendi Patronum una cum S. Maria de Guadalupe, quae ibidem praecipua Patrona iam diu habetur. Cum vero ipsi sacri Antistites totius regionis, suorum fidelium quasi interpretes facti, per Dilectum Filium Nostrum Henricum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Pia y Deniel, Archiepiscopum Toletanum atque Hispaniarum Primatem, a Nobis petierint ut electionem, quam diximus, ratam faceremus, Nos has preces benigne admittere statuimus. Itaque, omnibus attente perpensis, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Petrum de Alcantara, Confessorem, universae Extremadurae regionis in Hispania praecipuum apud Deum caelestem *Patronum, una cum Sancta Maria de Guadalupe,* **eligimus, facimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum**

Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII **mensis Februarii, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Beata Maria Virgo, vulgo « Madonna del Paradiso » nuncupata, caelestis Patrona, aeque principalis cum Ss. Martyribus Vito, Modesto et Crescentia, dioecesis Mazariensis constituitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — ((Ianua caeli» Beatissima Virgo Maria non immerito vocitatur, quippe qua deprecante mortales, eiusdem filii, terrenae vitae iter emensi, praestitutam sibi sedem, sempiternis gaudiis affluentem, attingere valeant. Huius pientissimae Matris cultus animos tenet, quemadmodum accepimus, Christifidelium dioecesis Mazariensis, qui eam vulgari nomine « Madonna del Paradiso » consueverunt appellare. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut religionem Marialem quoquoversus propageinus, id valde probamus atque percupimus, ut, qui ea in regione incolant, vel impensiore in dies amore erga Augustam Virginem inflammentur. Hac ducti mente libenter admisimus preces Venerabilis Fratris Ioachim Di Leo, Mazariensis Archiepiscopi-Episcopi, qui, nomine quoque sacri cleri populique fidelis suis curis commissi, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, a Paradiso nuncupatam, dioecesis suae Compatronam renuntiaremus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam, vulgo ((Madonna del Paradiso » appellatam, caelestem universae dioecesis

Mazariensis apud Deum, una eum Sanctis Martyribus Vito, Modesto et Crescentia, *aeque principalem Patronam* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Martii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae cathedrali dioecesis Mobiliensis-Birminghamiensis tribuuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacrae splendor aedis, ut Eum decet qui ex Christi Servatoris praecepto « in spiritu et veritate » *(Io.* **IV, 23) est adorandus, mirum quantum prodest ad fidelium pietatem. Quicumque enim in templum, Deo supplicaturus, ingreditur, statim ut oculis animoque artis magnificentiam, lautam supellectilem, ipsam exstructionis molem contemplatur, libero quodam ac celeri motu ad caelum, ad supernas res atque divinas evehitur. Tali profecto laude est ornanda ecclesia Cathedralis dioecesis Mobiliensis-Birminghamiensis in Foederatis Septemtrionalis Americae Civitatibus, quae, Immaculatae Conceptionis nomine ac titulo amplissime decorata, anno** MDCCCXXXV **aedificari est coepta, ac postea, Sacrorum cura Antistitum, politorum opera artificum, ita est perfecta, ut Gothicum, quod vocant, exstruendi genus temperata imitatione exprimeret. Neque vero excellenti tantum praestat architectonica ratione, sed eo potius commendatur quod ac-**

tuosae sedes pietatis brevi est facta. Libenter enim Christifideles a circumiecta regione ad Templum contendunt ut sacra participent, unde spiritualem hauriant utilitatem. His porro de causis Venerabilis Frater Thomas Iosephus Toolen, Archiepiscopus-Episcopus eiusdem dioecesis, ad Nos suas preces admovit ut nobile idem Templum Basilicae honoribus augeremus. Hoc vero votum, amplissima commendatione Venerabilis Fratris Nostri Iosephi S. R. E. Card. Pizzardo, Episcopi Albanensis atque Sacri Consilii de Seminariis Studiorumque Universitatibus Praefecti, munitum, utpote quod ad decorem domus Dei spectet, benigno animo admittere statuimus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litteratum vi perpetuumque in modum, Templum Cathedrale dioecesis Mobiliensis-Birminghamiensis, in Foederatis Septentrionalis Americae Civitatibus, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **afficimus et exornamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae Templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Martii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Sancta Agnes Virg. et Mart. in praecipuam apud Deum Patronam totius dioecesis Petropolitanae in Insula Longa eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Fortis puellae, martyris inditae » (Prud., *Peristeph.* **14) Agnetis cultum apud sacri ordinis ministros populumque fidelem dioecesis Petropolitanae in Insula Longa, anno** MCMLVII

constitutae, vigere non sine animi Nostri oblectamento accepimus; cui lectissimae Caeliti templum princeps est consecratum. Merito quidem eam peculiaribus venerantur obsequiis atque supernam habent tutrieem, utpote quae, duplici corona virginitatis et martyrii redimita, intemeratae virtutis odore etiamnum suavissime fragret et intrepido fidei testimonio ad imitationem sui homines provocare non desinat. Haec cum animo reputans, Venerabilis Frater Gualterus Philippus Kellenberg, Petropolitanus in Insula Longa Episcopus, Nos rogavit, ut Sanctam Agnetem dioecesis suae praecipuam Patronam caelestem renuntiaremus. Nos autem, valde cupientes, ut eiusdem inculpatae Virginis deprecatione res catholica amplis incrementis ea in regione augescat, precibus huiusmodi libenter statuimus obsecundare. Quapropter e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Agnetem, Virginem et Märtyrern, principalem totius dioecesis Petropolitanae in Insula Longa apud Deum *Patronam* **facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Aprilis, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIO

Ad sodales Pontificii Sophorum Collegii ceterosque qui interfuerunt per hebdomadam Coetui, proposito argumento: « le problème du rayonnement cosmique dans Vespace interplanétaire ». *

Messieurs,

Il Nous est très agréable de recevoir aujourd'hui le Président et les membres de l'Académie Pontificale des Sciences, ainsi que les savants venus du monde entier pour participer à la semaine d'études sur « le problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire ».

L'an dernier Nous avions adressé Nos vœux à l'Académie Pontificale, à l'occasion du vingt-cinquième anniversaire de sa fondation par Notre prédécesseur, le grand et docte Pie XI. Cette année, Nous avons la joie de vous souhaiter en personne et de grand cœur la bienvenue dans Notre demeure.

Car en vos personnes, Messieurs, laissez-Nous vous le dire, c'est la science que l'Eglise accueille chez elle. La science que les savants du monde entier, unis dans une pacifique recherche, s'efforcent de faire progresser en mettant en commun les résultats de leurs travaux.

Et c'est pourquoi Nous sommes heureux de pouvoir remettre au Professeur Bengt Erik Andersson, jeune et insigne physiologiste de l'Ecole Supérieure Royale de médecine vétérinaire à Stockholm, la médaille d'or qui porte le nom auguste du fondateur de Notre Académie Pontificale.

L'Eglise encourage volontiers les recherches qui sont faites dans le monde, et qui tendent à mieux connaître l'homme et l'univers, suivant la mission donnée par Dieu à Adam dans les premières pages de la Genèse.[1] C'est ainsi que Nous félicitons de tout cœur ce jeune savant dont les études font autorité sur les mécanismes nerveux de la faim, de la soif, et de la température corporelle. Et Nous formons les meilleurs vœux pour la fécondité de sa carrière scientifique, pour le meilleur service de l'humanité.

Comment ne pas relever aussi avec une particulière satisfaction l'opportunité du thème choisi, Messieurs, pour votre semaine d'études : « Le problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire? ». Il est superflu d'en souligner l'actualité. Mais qu'il Nous soit au moins permis de vous dire combien l'Eglise s'intéresse de près aux problèmes

* Die 5 Octobris mensis a. 1962.

[1] Cfr. *Ge.*, 9, 7.

qui retiennent à bon droit l'attention des hommes de notre temps, et qui font l'objet de l'examen scientifique des meilleurs spécialistes. Et vous savez combien Nous faisons Nôtre la joie qui salue avec émotion les éclatantes réalisations des techniciens et des savants d'aujourd'hui, dont les prouesses permettent de domestiquer la nature d'une manière qui naguère encore paraissait un défi à l'imagination la plus riche.

Nous le disions récemment :

« Oh ! Comme Nous souhaiterions que ces entreprises assument une signification d'hommage rendu à Dieu, créateur et législateur suprême. Puissent ces événements historiques, de même qu'ils figureront dans les annales de la connaissance scientifique du cosmos, devenir l'expression d'un véritable et pacifique progrès, contribuant à fonder solidement la fraternité humaine ».[2]

Grâce à Dieu, nous sommes entrés dans une époque où, espérons-le, l'interrogation sur les oppositions entre les conquêtes de la pensée et les exigences de la foi, se fera moins fréquente. Le premier Concile du Vatican a lumineusement affirmé, en 1869-1870, les rapports de la raison et de la foi. Les exaltantes découvertes et réalisations du vingtième siècle, loin d'en remettre en cause le bien-fondé, aident au contraire l'esprit à mieux en comprendre la valeur. Le progrès des sciences, en permettant de mieux connaître l'extraordinaire richesse de la création, enrichit singulièrement la louange que la créature fait monter en action de grâces vers son créateur, qui est aussi le rédempteur de nos âmes. Et toujours, le cœur humain demeure avide, ainsi que son intelligence, d'atteindre l'absolu et de s'y donner.

Aussi, comment ne pas évoquer devant vous, Messieurs, à la veille de l'ouverture, désormais toute proche, du Concile Œcuménique, cette grande Assemblée, et les promesses qu'elle porte, et qui sont soutenues par les prières des catholiques et l'attente du monde entier. Vision fraternelle, pacifique, spirituelle, d'une rencontre qui se veut toute à la louange de Dieu ét au service de l'homme, dans ses aspirations les plus nobles à connaître le vrai, à chercher à l'atteindre, et à l'embrasser de son amour.

Telles sont, Messieurs, les pensées que Nous suggère la présence de votre illustre et savante Assemblée. Heureux d'avoir pu Nous entretenir avec vous, pour vous dire tout l'intérêt que Nous portons à vos travaux, c'est de grand cœur que Nous appelons sur votre semaine d'études, sur vos personnes et sur vos familles, l'abondance des divines grâces, en gage desquelles Nous vous accordons une particulière Bénédiction Apostolique.

[2] Cfr. *A. A. 8.* v. LIV (1962), pp. 590-591.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DECRETUM

De facultate delegandi ministros extraordinarios ad Confirmationem conferendam tempore Concilii Oecumenici Vaticani II.

Proxime adventante Concilio Oecumenico Vaticano II, cum praeter ceteros Patres eidem intersint oporteat locorum Ordinarii, qui episcopali dignitate sunt insigniti, ab universis Catholicae Ecclesiae finibus convocati, ne christifideles eisdem commissi ob eorumdem Praesulum absentiam a suis sedibus, quae forte poterit etiam per notabile tempus protrahi, detrimentum patiantur, praesertim pueruli canonicam aetatem consecuti ut Sacramentum Confirmationis suscipere possint ac debeant, Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Papa XXIII, enixis susceptis precibus a pluribus Episcopis residentialibus Sibi exhibitis, universis Catholici Orbis Ordinariis, haud exceptis iis Latini ritus qui iurisdictioni subsunt S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, sequentes generales facultates perlibenter indulgere dignatus est :

1. Omnes et singuli locorum Ordinarii, qui ad praefatum Oecumenicum Concilium conveniunt, nisi iam per peculiaria indulta huic necessitati consuluerint, facultate donantur ut, pro suo quisque territorio, quatenus ipsis non suppetat copia Episcopi huic muneri explendo idonei, delegare valeant suum Vicarium aut Pro-vicarium Generalem, et si plures sint constituti, eorum unum dumtaxat, vel Delegatum Episcopalem, aut Abbatem Ordinis vel Congregationis monasticae aut religiosae, qui careant episcopali charactere, aut etiam simplicem sacerdotem, ad valide et licite Confirmationem conferendam intra limites sui territorii.

Si quis autem ex praefatis Ordinariis Episcopum aut Episcopos habeat sibi adsignatos Vicarios Generales aut Auxiliares ad Concilium convenientes, non prohibetur tot Delegatos eisdem subrogare quot sunt isti Episcopi Concilium participantes.

2. In hoc Sacramento administrando praefati Delegati servare tenentur Instructionem ab hac S. Congregatione editam die Pentecoste, 20 m. Maii, anni MCMXXXIV.*

3. Iidem Delegati debent esse in aliqua ecclesiastica dignitate constituti, nisi necessitas, iudicio Ordinarii loci, postulare videatur ut etiam simplices sacerdotes praefatae dignitatis expertes delegentur.

4. Praefata facultas valere dicenda est quousque memorati Ordinarii a suis sedibus abesse coguntur dumtaxat pro ipsorum interventu ad Concilium Oecumenicum et donec istud non fuerit absolutum ipsique ad suas sedes remeaverint; ac proinde a momento eorum discessus e dioecesi usque ad reditum in eamdem exacto Concilio, licet ob quamdam ad tempus Concilii intermissionem aut fortuitam necessitatem ad illas se contulerint.

5. Indulta Apostolica in casibus determinatis ab hac S. Congregatione concessa pergere valent usque ad eorum exspirationem et quatenus pendente Concilio forte vigere desierint, praefati Ordinarii facultate sibi per praesens Decretum commissa uti valent ad normam superioris n. 4, nisi malint ad hanc S. Congregationem recurrere rescriptorum prorogationem petituri.

6. Mens tamen Sanctitatis Suae est ut sarta tecta maneat facultas relata sub n. 3 Litterarum Apostolicarum, olim vulgo « Trans Oceanum » nuncupatarum, pro dioecesibus Americae Latinae.[2]

7. Pariter Sanctissimus in pleno suo robore permanere declarat Decretum huius S. Dicasterii « Spiritus Sancti munera » pro Confirmatione conferenda iis qui ex gravi morbo in periculo mortis sunt constituti ;[3] **nisi de eodem per peculiaria indulta aliquid fuerit derogatum.**

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die iv Octobris anni MCMLXII.

SB **B. Card.** Aloisi Masella, **Ep. Praenestin.,** *Praefectus*

L. *m* S.

f C. Zerba, Archiep. tit. Colossen., *a Secretis*

[1] **Cfr.** ***A. A. 8.,*** **v. XXVII (1935), pp. 11 ss.**

[2] **Cfr. A. A.** ***8.,*** **v. XXI (1929), p.555; v. XXXI (1939), p. 224 et v. XXXXI (1949), pp. 189 ss.**

[3] ***A. A. 8.,*** **v. XXXVIII (1946), pp. 349 ss.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di annoverare fra i « *Periti » del Concilio Ecumenico Vaticano II :*

— le Loro Eccellenze Revme i Monsignori : Vittorio Bartoccetti e Francesco J. Brennan ;

— i Revmi Padri : Luigi Oiappi e Raimondo Verardo, dei Predicatori ;

— gli Illmi e Revmi Monsignori : Giuseppe Rossi e Francesco Tinello ;

— S. E. Revma Monsignor Silvio Romani ;

— l'Illmo e Revmo Monsignor Ernesto Camagni;

— il Revmo Padre Ferdinando Antonelli, dei Frati Minori ;

— gli Illmi e Revmi Monsignori : Amleto Tondini e Giuseppe del Ton ;

Giuseppe Pasquazi, Boleslao Filipiak, Guglielmo Giuseppe Doheny, Pietro Mattioli, Emanuele Bonet, Giovanni Maria Pinna, Aurelio Sabattani, Carlo Lefebvre, Enrico Ewers, Ovidio Bejan, Salvatore Canals;

Sergio Guerri, Martino Giusti, Nicola Ferraro ;

Agostino Casaroli, Igino Cardinale, Ernesto Civardi, Americo Giovanelli, Giuseppe Casoria, Ercole Crovella, Edoardo Pecoraio, Paolo Igino Cecchetti, Giacomo Violardo;

Plinio Pascoli, Arturo Schwarz-Eggenhofer, Gioacchino Nabuco, Giacomo Denis, Ladislao Sikora, Roberto Sennot;

Giuseppe Graneris, Antonio Piolanti, Antonio Mauro, Lauro Governatori, Giuseppe D'Ercole ;

Luigi Valentini, Celestino Trezzini, Donai Herlihy, Pietro Pavan, Albino Galletto, Paolo Brezanoczy, Michele Schmaus, Giovanni Steinmueller, Sebastiano Chereath, Luciano Cerfaux, Giuseppe Fenton, Rodolfo Bandas, Achille Glorieux, Grazioso Ceriani, Gerardo Philips, Roberto Masi, Sebastiano Lentini, Agostino Ferrari Toniolo, Amató Pietro Frutaz, Alfonso Giovanni Maria Mulders, Alessandro Gottardi, Salvatore Garofalo, Michele Maccarrone, Fiorenzo Romita, Mario Righetti, Angelo Felici, Goffredo Mariani, Enrico Hoffmann, Saverio Paventi, Giuseppe Géraud, Ugo Lattanzi, Giorgio Higgins, Andrea Combes, Alberto Giovannetti, Ignazio Mansourati,

Antonio Ramselaar, Carlo Colombo, Edoardo Stakemeier, Santo Quadri, Ferdinando Lambruschini, Vincenzo Fagiolo, Giovanni Wagner, Lorenzo McReavy, Cesare Spallanzani, Pietro Whitty, Erberto Schauf, Guglielmo Onclin, Enrico Wagnon, Agostino Di Biagio;

— i Revmi Monsignori: Guglielmo Zannoni, Andrea Maria Deskur, Andrea Spada, Renato Pozzi, Giovanni Willebrands, Vincenzo Carbone, Giovanni S. Quinn, Enrico Francesco Davis, Giovanni Bernard, Dionigi Robitaille, Ferdinando Klostermann;

— i Revmi Sacerdoti: Giuseppe Maria Albarèda, Giovanni Battista Belloli, Alberto Bonet Marrugat, Ferdinando Boulard, Antonio Chavasse, Vincenzo Che-Che-Tao, Carlo De Clercq, Giacomo Haas, Emilio Eid, Uberto Jedin, Amato Giorgio Martimort, Federico McManus, Giovanni O'Connell, Giovanni Rossi, Giuseppe Stankevicius, Gustavo Thils, Carlo K. Von Euw;

— i Revmi Padri:

Ab. Carlo Egger, dei Canonici Regolari Lateranensi ;

Gommaro Van den Broeck, Sándor Klempa, dei Premostratensi ;

Ab. Egilio Gavazzi, Ab. Pietro Salmón, Ulrico Beste, Giulio Fohl, Agostino Mayer, Cipriano Vagaggini, dei Benedettini ;

Atanasio Gregorio Welykyi, Melezio Wojnar, dell'Ordine Basiliano di San Giosafat ;

Atanasio Hage, dei Baladiti ;

Antonino Abate, Cristoforo Berutti, Domenico Caloyeras, Tommaso Camelot, Ivo Congar, Anscario Dirks, Cristoforo Dumont, Rosario Gagnebet, Ludovico Gillon, Girolamo Hamer, Michele Labourdette, Pietro Lumbreras, Giovanni Malak, Raffaele Moya, Giacomo Ramírez, Raimondo Sigmond, Tommaso Tascon, dei Predicatori;

Carlo Balie, Vitomiro Jelicic, Alessandro Kerrigan, Adolfo Ledwolorz, Ermenegildo Lio, Ermete Peeters, Gioacchino Sanchis, Basilio Talatinian, Damiano Van den Eynde, dei Frati Minori ;

Lorenzo Di Fonzo, Giorgio Eldarov, Daniele M. Faltin, Gaetano Stano, Pietro Tocanel, dei Frati Minori Conventuali ;

Gommaro Michiels, Zaccaria da S. Mauro, dei Frati Minori Cappuccini ;

Felice Gössmann, Agostino Trapé, degli Eremitani di Sant'Agostino;

Gennaro Fernández del S. Cuore, dei Recolletti di Sant'Agostino ;

Bartolomeo Xiberta, dei Carmelitani dell'Antica Osservanza ;

Beniamino della SSma Trinità, Cirillo Bernardo Papali, dei Carmelitani Scalzi ;

Gabriele Roschini, dei Servi di Maria ;

Pietro Abellán, Enrico Baragli, Raimondo Bidagor, Carlo Boyer, Ludovico Buijs, Giovanni Daniélou, Enrico de Lubac, Paolo Dezza, Edoardo Dhanis, Domenico Grasso, Giovanni Hirschmann, Paolo Hnilica, Francesco Hürth, Giuseppe Jungmann, Paolo Muñoz Vega, Clemente Pujol, Carlo

Bahner, Edoardo Regatillo, Gioacchino Sala verri, Antonio Stefanizzi, Pelopida Stéphanou, Sebastiano Tromp, Roberto Tucci, Alberto Vaccari, Giovanni Witte, della Compagnia di Gesù;

Laureano Suárez, delle Scuole Pie ;

Barnaba Ahern, dei Passionisti ;

Bernardo Häring, Giovanni Visser, dei Redentoristi ;

Giuseppe Lécuyer, della Congregazione dello Spirito Santo ;

Marcello Bélanger, Armando Reuter, Giuseppe Rousseau, Andrea Seumois, dei Missionari Oblati di Maria Immacolata ;

Elio Gambari, dei Monfortani ;

Cornelio Fabro, degli Summatim;

Edoardo Heston, della Congregazione di Santa Croce ;

Giorgio Tavard, degli Assunzionisti ;

Enrico Evers, dei Sacerdoti del Ssmo Sacramento ;

Servo Goyeneche, Anastasio Gutiérrez, Gregorio Martínez de Antoñana, Antonio Peinador, dei Claretiani;

Giorgio Castellino, Alfonso Stickler, dei Salesiani ;

Placido di San Giuseppe, dei Carmelitani della B. V. Maria Immacolata ;

Giulio Bevilacqua, Clemente Tilmann, dell'Oratorio ;

Annibale Bugnini, della Congregazione della Missione ;

D. Alvaro del Portillo, dell'Opus Dei.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIIÌ, felicemente regnante, si è degnato di nominare *Sotto-Segretari del Concilio Ecumenico Vaticano II* **le Loro Eccellenze Revme i Monsignori :**

Filippo Nabaa, Arcivescovo di Bairut per i Melchiti, e Gibail ;

Casimiro Morcillo González, Arcivescovo di Zaragoza ;

Giovanni Villot, Arcivescovo tit. di Bosporo e Coadiutore di Lyon ;

Giovanni Giuseppe Krol, Arcivescovo di Philadelphia;

Guglielmo Kempf, Vescovo di Limburg.

An. et vol. LIV 26 Novembris 1962 (Ser. DI, v. IV) - N. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM II SOLLEMNITER INCHOATUR

Feria quinta, die xi Octobris anno MCMLXII, Maternitatis Beatae Mariae Virginis festo, bora octava cum dimidio CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM SECUNDUM sollemniter inchoatum est devota supplicatione, a Sacello Paulino ad Basilicam Sancti Petri.

Summus Pontifex, in Aula Paramentorum sacris vestibus assumptis, comitantibus Eíñis Cardinalibus tantum, cappellani Paulinam petiit, ibique adorato Augustissimo Sacramento sollemniter exposito, hymnum *Ave, maris stella* **canere coepit. Primo versu absoluto, ad Vaticanam Basilicam, per regias scalas ac Petrianum forum ducta pompa, perrexit, praecedentibus omnibus Concilii Patribus, et comitantibus Praelatis, Nobilibus laicis ceterisque de familia Pontificis.**

Interim Clerus universus Urbis, tam saecularis quam regularis, in habitu chorali viam faciebat sollemni supplicationi in foro S. Petri, hinc inde stans a porta Sacri Palatii Apostolici ad valvas Basilicae Vaticanae.

Summus Pontifex, Basilicam ingressus, accessit ad altare et super faldistorium procumbens hymnum *Veni, creator Spiritus* **incepit, cantoribus prosequentibus.**

Post hymni cantum, versiculis et orationibus recitatis, consueto ritu Missa Pontificalis celebrata est « de Spiritu Sancto » ab Emo Cardinali Eugenio Tisserant, Episcopo Ostiensi, Portuensi et Sanctae Rufinae ac Sacri Cardinalium Collegii Decano.

Post Missam, PRIMA CONCILII SESSIO inchoata est, sollemni pompa

a Secretario Generali locato Sancti Evangelii pretioso codice super paratum thronum in altari.

Praestita a Concilii Patribus obedientia, Summus Pontifex genuflexus ad faldistorium sollemnem Fidei professionem pronuntiavit, eamque Secretarius Generalis, e suggestu, elata voce iteravit, qua recitata omnes Patres simul, tacto pectore, suetam formulam dixerunt: *Ego N. N. spondeo, voveo* etc. ...

Postea preces ad inchoandum Concilium secutae, quas inter Sanctorum Litaniae.

Deinde, post absolutum Latino et Graeco idiomate Evangelii cantum, omnibus Patribus cum mitris sedentibus, habita est haec

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Venerabiles Fratres,

Gaudet Mater Ecclesia quod, singulari Divinae Providentiae munere, optatissimus iam dies illuxit, quo, auspice Deipara Virgine, cuius materna dignitas hodie festo ritu recolitur, hic ad Beati Petri sepulcrum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum sollemniter initium capit.

Concilia Oecumenica in Ecclesia

Universa Concilia — sive vigenti Oecumenica sive innumera eaque non parvi pendenda Provincialia et Regionalia — quae per succedentia tempora sunt celebrata, manifesto vigorem Ecclesiae Catholicae comprobant et quasi fulgentia lumina in eius annalibus recensentur.

Recentissimus humilisque eiusdem Principis Apostolorum Successor, qui vos alloquitur, amplissimum hunc Coetum indicens, id sibi proposuit, ut iterum Magisterium Ecclesiasticum, numquam deficiens et ad finem usque temporum perseverans, affirmaretur; quod quidem Magisterium rationem habens errorum, necessitatum, rerum opportunarum nostrae aetatis, per hoc ipsum Concilium omnibus hominibus, quotquot in orbe terrarum sunt, extraordinario modo, in praesenti exhibetur.

Hanc igitur universalem incohans Synodum, Christi Vicarius, qui ad vos verba facit, praeterita tempora, ut liquet, respicit eorumque veluti vocem, alacrem animosque confirmantem, auscultât : libenter enim meminit bene meritorum Summorum Pontificum, qui antiquissima et recentiore aetate fuerunt; et qui e Conciliorum conventibus, sive in Oriente sive in Occidente a saeculo quarto ad Medium usque Aevum et recentia

tempora actis, venerandae gravisque huiusmodi vocis testimonia transmiserunt. Haec non intermisso studio triumphum divinae et humanae illius Societatis extollunt, scilicet Ecclesiae Christi, quae a Divino Redemptore nomen, gratiae munera, vimque accipit totam.

Quodsi haec spiritualis laetitiae causa sunt, negare tamen non possumus dolores et acerbitates plurimas per longam undeviginti saeculorum seriem hanc historiam obscura visse. Verum enim exstitit et exstat, quod olim Simeon senex ad Mariam Matrem Iesu ore prophetico dixit : *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum ... et in signum cui contradicetur.*[1] **Atque Iesus ipse, aetate maturior, perspicue ostendit, quomodo homines per tempora adversus Ipsum se essent gesturi, arcana haec proferens verba :** *Qui vos audit, me audit.*[2] **Praeterea haec effatus est, ut apud Sanctum Lucam, qui superiora quoque verba refert, scriptum videmus :** *Qui non est mecum, contra me est, et qui non colligit mecum, dispergit.*[3]

Gravissimae sane res et quaestiones ab humano genere dissolvendae, post viginti fere saecula non mutantur; etenim Christus Iesus semper medium quasi locum tenet historiae et vitae : homines aut ipsi ipsiusque Ecclesiae adhaerent, atque adeo lucis, suavitatis, recti ordinis pacisque bonis fruuntur; aut sine ipso vivunt vel contra ipsum agunt et consulto extra Ecclesiam commorantur, quo fit ut confusio inter eos habeatur, mutuae rationes asperae efficiantur, cruentorum bellorum impendeat periculum.

Hanc coniunctionem cum Christo eiusque Ecclesia Concilia Oecumenica, quotiescumque ea celebrari contingit, sollemni quodam modo praedicant et veritatis lucem quoquoversus emittunt, vitam singulorum hominum, domestici convictus, societatis in rectas semitas dirigunt, spirituales vires excitant atque stabiliunt, ad vera et sempiterna bona continenter animos erigunt.

Testimonia extraordinarii huius Magisterii Ecclesiae, scilicet universalium Synodorum, ob oculos Nostros versantur, dum varias hominum aetates per haec viginti saecula christiani aevi intuemur. Quae documenta pluribus magnique ponderis voluminibus continentur ac veluti sacer thesaurus sunt aestimanda, qui in tabulariis Urbis Romae ac totius orbis terrarum celebratissimis bibliothecis est reconditus.

[1] ***Luc.* 2, 34.**
[2] **Ibid. 10, 16.**
[3] **Ibid. 11, 23.**

Origo et causa Concilii Oecumenici Vaticani II

Quod autem ad originem et causam attinet maximi huius eventus, propter quem placuit Nobis vos hic congregare, satis est iterum afferre testimonium humile quidem, sed quod Nos ipsi experientia possumus probare : primo enim paene ex inopinato hoc Concilium mente concepimus, ac deinde simplicibus verbis enuntiavimus coram Sacro Purpuratorum Patrum Collegio fausto die illo vicesimo quinto mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, in festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, in ipsa eius Patriarchali Basilica ad viam Ostiensem. Statim adstantium animi subito tacti sunt, quasi supernae lucis radio coruscante, et suaviter omnes affecti in vultu oculisque. Simul vero vehemens studium toto terrarum orbe exarsit, cunctique homines Concilii celebrationem studiose exspectare coeperunt.

Interea tres annos ad apparandum Concilium laboriosum est opus patratum, quod eo pertinebat, ut accuratius et amplius inquireretur, quo honore essent hac nostra aetate Fides, religionis usus, vigor coetus christiani ac praesertim catholici.

Profecto haud immerito Nobis videtur hoc tempus in apparando Concilio Oecumenico insumptum primum quoddam signum ac donum gratiae caelestis fuisse.

Huius ergo Concilii lumine illustrata, Ecclesia spiritualibus divitiis, ut confidimus, augebitur atque, novarum virium robur ex illo hauriens, intrepide futura prospiciet tempora. Nam, opportunis inductis emendationibus ac mutua auxiliatrice opera sapienter instituta, Ecclesia efficiet, ut homines, familiae, nationes reapse ad ea, quae supra sunt, mentes convertant.

Itaque propter Concilii huius celebrationem Summo Largitori omnium bonorum gratiae maximae ex conscientiae officio sunt reddendae, et gloria Christi Domini cum exsultatione praedicanda, qui est Rex invictus et immortalis saeculorum ac gentium.

Opportunitas celebrandi Concilii

Aliud praeterea est, Venerabiles Fratres, quod hac in re iuvat vobis ad considerandum proponere. Scilicet, in accessionem laetitiae sanctae, quae sollemni hac hora animos afficit nostros, liceat Nobis hoc in amplissimo consessu palam asseverare, initium Oecumenicae huius Synodi opportunis sane temporis adiunctis contingere.

Saepe quidem accidit, quemadmodum in cotidiano obeundo apostolico

une marque particulière de bienveillance. C'était en même temps un besoin de Notre cœur de vous dire personnellement combien Nous désirons votre loyale collaboration pour la présentation au grand public, dans sa vraie lumière, de cet événement si considérable.

Nous avons choisi à dessein, pour souligner le relief que Nous voulions donner à cette audience, le cadre de la Chapelle Sixtine : au pied de la célèbre fresque du Jugement Dernier de Michel-Ange — Nous le disions hier ici-même aux Missions Extraordinaires — chacun peut en effet méditer avec profit sur ses responsabilités.

Les vôtres aussi sont grandes, chers Messieurs. Vous êtes au service de la vérité, et c'est dans la mesure où vous lui êtes fidèles, que vous répondez à l'attente des hommes. Et Nous disons à dessein : des hommes, en général ; car s'il fut une époque où la presse n'atteignait qu'une petite élite, il est évident qu'aujourd'hui elle finit par orienter, en définitive, les pensées, les sentiments, les passions d'une grande partie de l'humanité ; la déformation de la vérité par les organes d'information peut donc avoir des conséquences incalculables.

La tentation est grande, certes, de sacrifier au goût d'une certaine clientèle, d'être plus soucieux de rapidité que d'exactitude, plus intéressé par le ((sensationnel », comme on dit, que par ce qui est objectivement vrai. On met alors en un relief exagéré un détail purement extérieur, et on estompe la réalité profonde dans la présentation d'un fait, dans l'analyse d'une situation, d'une opinion, d'une croyance.

C'est là aussi, vous le comprenez, une manière d'obscurcir la vérité. Et si c'est grave en tout domaine, combien plus quand il s'agit de ce qu'il y a de plus intime et de plus sacré au monde : le domaine de la religion, des rapports de l'âme avec Dieu !

Un Concile Œcuménique comporte naturellement des aspects extérieurs et secondaires, susceptibles de fournir un aliment à la curiosité d'un public pressé. Il peut aussi, à longue échéance, exercer une influence heureuse sur les relations entre les hommes dans le domaine social et même dans le domaine politique. Mais il s'agit avant tout d'un grand fait religieux. Et Nous souhaitons de tout cœur que vous puissiez contribuer à bien mettre ce fait en évidence. C'est vous dire quel tact, quelle réserve, quel souci de compréhension et d'exactitude on est en droit d'attendre ici d'un informateur soucieux de faire honneur à sa noble profession.

Nous vous demandons à tous un effort pour comprendre et faire com-

prendre la nature avant tout religieuse et spirituelle de ces solennelles assises conciliaires.

De l'exercice consciencieux de votre mission d'information du Concile, Nous attendons, chers Messieurs, de très heureux effets pour l'orientation de l'opinion mondiale vis-à-vis de l'Eglise Catholique en général, de ses institutions, de ses enseignements. Il peut arriver qu'il règne à ce sujet, ici ou là — et en particulier quand ne peut se faire jour une information loyale et objective — des préjugés parfois tenaces, qui entretiennent dans les âmes des foyers de défiance, de suspicion, de mésentente, dont les conséquences sont déplorables pour les progrès de l'harmonie entre les hommes et entre les peuples.

Ces préjugés reposent le plus souvent sur une information inexacte ou incomplète. On attribue à l'Eglise des doctrines qu'elle ne professe pas, on lui reproche des attitudes qu'elle a pu prendre dans des circonstances historiques données, et qu'on généralise indûment sans tenir compte de leur caractère accidentel et contingent.

Quelle plus belle occasion, Messieurs, que celle d'un Concile Œcuménique, pour prendre un contact vrai avec la vie de l'Eglise, pour s'informer auprès des organismes responsables, qui reflètent avec clarté la pensée de l'Episcopat de l'Eglise universelle, ici rassemblé ! La seule annonce du Concile a suscité dans le monde entier un intérêt considérable auquel vous avez largement contribué.

Et hier même — Nous tenons à vous en féliciter — c'est grâce à votre présence et votre travail parfois difficile que, pour la première fois dans l'histoire, le monde entier a pu être associé à l'ouverture d'un Concile Œcuménique, directement par la radio et la télévision, et aussi par les reportages de presse. Nous souhaitons vivement que vos informations entretiennent l'intérêt sympathique du public pour le Concile, et contribuent à réviser éventuellement des opinions erronées ou incomplètes.

Vous pourrez faire comprendre qu'il n'y a pas ici de machinations politiques. Vous saurez apercevoir et proclamer les mobiles vrais qui inspirent l'action de l'Eglise dans le monde, et vous pourrez témoigner qu'elle n'a rien à cacher, qu'elle suit une voie droite et sans détours, qu'elle ne désire rien tant que la vérité, pour le bonheur des hommes et l'entente féconde entre les peuples de tous les continents. Ainsi, grâce à vous, bien des préventions pourront être dissipées. En servant la vérité, vous aurez par là même contribué à ce « désarmement des esprits », qui est la condition primordiale de l'établissement d'une véritable paix sur cette terre.

Voilà, cher s Messieurs, Nos espoirs. Nos encouragements et Nos vœux. Permettez-Nous d'y joindre un mot de reconnaissance. Car Nous apprécions vos efforts pour faire connaître au grand public les manifestations de la vie de l'Eglise. Et quant à Nous, Nous avons tout lieu d'être satisfait de la déférente sympathie avec laquelle vous avez, en général, parlé de Notre modeste Personne.

Appelé par les desseins de la Providence à ce haut service, appelé, par surcroît, à un âge avancé, après de multiples expériences, Nous trouvons, certes, réconfort et encouragement dans ce que l'on dit sur Nous : personnalité, caractère, initiatives d'apostolat ; mais cela n'altère pas la paix tranquille de Notre âme. En 1953, lorsque Nous prîmes congé de la France, que Nous est toujours restée si chère, Nous disions :

((Pour ma consolation personnelle, tant que je vivrai — et partout où il plaira au Saint-Père de m'assigner une tâche et une responsabilité au service de la Sainte Eglise — il suffira que tout bon Français, en rappelant mon humble nom et mon passage, puisse dire : c'était un prêtre loyal et pacifique : toujours et en toute circonstance, un ami sûr et sincère de la France)>.[1]

Nous reprenons aujourd'hui, chers Messieurs, ce vœu d'il y a dix ans, et Nous l'amplifions en l'appliquant à votre profession : en toute occasion il Nous suffira que vous puissiez écrire, comme seul et véritable titre d'honneur pour Nous : c'était un Prêtre devant Dieu et devant les peuples; ami sûr et sincère de toutes les nations.

Et maintenant, Nous allons vous bénir. Selon la belle expression biblique que vous connaissez peut-être, ((*Benedictio patris firmat domos filiorum :* **la bénédiction du père affermit la maison de ses enfants ».**[2] **C'est là une pensée qui Nous est familière et qu'un vieux père peut se permettre en tournant avec tendresse le regard vers ses fils. Aussi est-ce d'un cœur plein d'affection que Nous invoquons sur vous, en terminant, les meilleures grâces d'En-Haut et vous accordons, ainsi qu'à vos familles et à tous ceux qui. vous sont chers, la Bénédiction Apostolique.**

[1] **A.** *G.* **Card. Roncalli :** *Scritti e Discorsi,* **vol. I (1953-1954), p. 14.**
[2] *Eccli.* **3, 11.**

Die quo Concilium Oecumenicum inchoatum est, sub noctem ingens ex Urbe multitudo civium, collucentes faces manu gerentium, in forum Sancti Petri convenit ac ante Aedes Apostolicas sistens Summo Pontifici laeta plausit. Beatissimus Pater, e fenestra Palatii Apostolici illos filios carissimos aspiciens eorumque obsequium commoto animo excipiens, audivit eos « Credo » canentes. Postea ipsos familiariter est allocutus, inter alia haec proferens verba :

Cari figliuoli, sento le vostre voci. La mia è una voce sola, ma riassume la voce del mondo intero; qui di fatto tutto il mondo è rappresentato ...

Noi chiudiamo una grande giornata di pace; sì, di pace : « Gloria a Dio, e pace agli uomini di buona volontà ».[1]

... Figliuoli di Roma, voi sentite di rappresentare veramente la Roma *caput mundi,* così come per disegno di Provvidenza è stata chiamata ad essere : per la diffusione della verità e della pace cristiana.

In queste parole c'è la risposta al vostro omaggio ...

Fratres sumus! La luce che splende sopra di noi, che è nei nostri cuori, e nelle nostre coscienze, è luce di Cristo, il quale veramente vuol dominare, con la Grazia sua, tutte le anime.

Questa mattina abbiamo goduto di una visione che neppure la Basilica di San Pietro, nei suoi quattro secoli di storia, ha mai contemplata.

Apparteniamo quindi ad un'epoca, nella quale siamo sensibili alle voci dall'alto : e perciò vogliamo essere fedeli e stare secondo l'indirizzo che il Cristo benedetto ci ha lasciato.

Ora vi do la benedizione. Accanto a me amo invitare la Madonna Santa, Immacolata, della quale oggi celebriamo eccelsa prerogativa.

Ho sentito qualcuno di voi che ha ricordato Efeso e le fiaccole accese intorno alla basilica di quella città, in occasione del III Concilio Ecumenico, nel 431. Io ho veduto, alcuni anni or sono, con i miei occhi, le memorie di quella città, che ricordano la proclamazione del Dogma della Divina Maternità di Maria.

Ebbene, invocando Lei, elevando tutti insieme lo sguardo verso Gesù, il Figlio suo, ripensando a quanto è con voi, e nelle vostre famiglie, di gioia, di pace e anche, un poco, di tribolazione, di tristezza, accogliete di buon animo questa benedizione del Padre. In questo momento lo spettacolo offertomi è tale da restare a lungo nel mio animo, come

[1] Cfr. *Luc.* 2, 14.

rimarrà nel vostro. Facciamo onore alla impressione di un'ora così preziosa. Siano sempre i nostri sentimenti quali adesso li esprimiamo dinanzi al Cielo e al cospetto della terra: fede, speranza, carità. Amore di Dio, amore dei fratelli ; e poi, tutti insieme, sorretti dalla pace del Signore, avanti nelle opere del bene !

Tornando a casa, troverete i bambini ; date loro una carezza e dite : questa è la carezza del Papa. Troverete forse qualche lacrima da asciugare. Abbiate per chi soffre una parola di conforto. Sappiano gli afflitti che il Papa è con i suoi figli specialmente nelle ore della mestizia e dell'amarezza. Infine ricordiamo tutti, specialmente, il vincolo della carità, e cantando, o sospirando, o piangendo, ma sempre pieni di fiducia nel Cristo che ci aiuta e che ci ascolta, procediamo sereni e fiduciosi nel nostro cammino.

Numisma ob inchoatum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum excusum.

NUNTIUS AD UNIVERSOS HOMINES SUMMO PONTIFICE ASSENTIENTE A PATRIBUS MISSUS INEUNTE CONCILIO (ECUMENICO VATICANO II

Patres S. Concilii ad universos homines

Ad omnes homines ac nationes nuntium perplacet mittere salutis, amoris et pacis, quae a Cristo Iesu, Filio Dei vivi, mundo allata sunt et Ecclesiae commissa.

Hac de causa enim beatissimi Ioannis Papae XXIII iussu congregati, huc nos, Apostolorum successores, unanimiter cum Maria Matre Iesu orantes, convenimus, unum apostolicum corpus efformantes, cuius caput est Petri successor.

Illucescat facies Christi Iesu

Quo in conventu, Spiritu Sancto duce, quaerere volumus quomodo nosmetipsos renovemus oporteat, ut Evangelio Christi magis ac magis fideles inveniamur. Integram ac puram Dei veritatem huius aetatis hominibus sic proferre studebimus ut eam ipsi intellegant eique libenter assentiant.

Pastores cum simus, eorum omnium indigentiae satisfieri cupimus, qui Deum quaerunt, « si forte attrectent eum aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum

Ideo Christi voluntati oboedientes, qui semetipsum morti tradidit ((ut exhiberet ipse sibi Ecclesiam non habentem maculam aut rugam sed ut sit sancta et immaculata »,[2] omnes vires cogitationesque impendimus in nosmetipsos, Praesules, necnon in greges nobis créditos ita renovandos ut gentibus appareat amabilis facies Iesu Christi, qui in cordibus nostris illucescit « ad illuminationem claritatis Dei ».[3]

Sic Deus dilexit mundum ...

Credimus Patrem sic mundum dilexisse ut ad eum salvandum Filium suum daret ; qui quidem per eundem Filium suum nos a servitute peccati

[1] *Act.* 17, 27.
[3] Cfr. *Eph.* 5, 27.
[*] Cfr. *2 Cor.* 4, 6.

liberavit, omnia per eum reconcilians in ipsum, « pacificans per sanguinem crucis eius »,[4] ita ut ((filii Dei nominemur et simus ». Spiritus insuper nobis a Patre datur, ut vitam Dei viventes, Deum et fratres dirigamus, qui omnes unum in Christo sumus.

Tantum vero abest ut Christo adhaerentes a terrenis officiis et laboribus avertamur, ut fides e contra, spes et caritas Christi nos impellant ad inserviendum fratribus nostris, hoc modo ad exemplum Divini Magistri conformatos, qui « non venit ministrari sed ministrare ».[5] Ideo et Ecclesia non ad dominandum nata est sed ad serviendum. Ipse pro nobis animam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere.[6]

Proinde, cum ex Concilii laboribus fore speremus ut lux fidei clarior et vividior splendeat, spiritualem expectamus renovationem, ex qua etiam felix procedat impulsus quo proficiant humana bona, scilicet scientiae inventa, artis technicae progressus eruditionisque latior diffusio.

Caritas Christi urget nos

Ex omni natione quae sub coelo est adunati, omnium populorum nobis creditorum in cordibus nostris gerimus aerumnas, corporis et animae angustias, dolores, desideria, spem. Ad omnes anxietates, quibus hodie homines punguntur, instanter animum intendimus. Con volet imprimis igitur sollicitudo nostra ad humiliores, pauperiores debilioresque; Christum sequentes, miser eamur super tur barn fame, miseria, ignorantia laborantem; constanter in eos respicientes qui, deficiente auxilio opportuno, nondum ad vivendi rationem homine dignam pervenerunt.

Quapropter in labore obeundo nostro magni faciamus quaecumque ad dignitatem hominis spectant, quaecumque conferunt ad veram populorum communitatem. « Caritas Christi urget nos » ;[7] nam « qui viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? ».[8]

Duae quaestiones maioris momenti nobis proponuntur

Summus Pontifex Ioannes XXIII in radiophonico nuntio die 11 Septembris 1962 dato, duo praesertim inculcavit.

[4] Cfr. *Col.* 1, 20.
* *Matth.* 20, 28.
[6] Cfr. *1 Io.* 3, 16.
[7] *2 Cor.* 5,14.
* *1 Io.* 3,17,

Imprimis, quae ad pacem inter populos spectant. Bellum nemo est qui non odio habeat, nemo qui ardenti desiderio ad pacem non tendat. Sed maxime omnium id Ecclesia exoptat, quippe quae mater sit omnium. Ipsa suum pacis amorem, Romanorum Pontificum voce, palam declarare numquam destitit, necnon et suam voluntatem pacis, parata semper cuilibet sincero conatui toto corde adiutricem praestare operam. Eadem ad coniungendos populos viribus omnibus tendit, et ad mutuam inter eos procurandam rerum animorumque aestimationem. Iste conventus noster Conciliaris, mirabilis ob suam stirpium, nationum, linguarum diversitatem, nonne communitatem testatur fraterni amoris, ipsiusque veluti signum fulget visibile? Homines universos profitemur fratres esse, cuiuscumque stirpis sunt vel nationis.

Praeterea Summus Pontifex urget socialem iustitiam. Doctrina per Litteras Encyclicas *Mater et Magistra* exposita, manifesto ostendit Ecclesiam hodierno mundo quam maxime esse necessariam, ad iniustitias denuntiandas indignasque inaequalitates, ad verum rerum bonorumque ordinem restaurandum, ita ut, secundum Evangelii principia, hominis vita humanior fiat.

Virtus Spiritus Sancti

Nobis profecto sive opes humanae sive potentia terrestris desunt; fiduciam autem in virtute Spiritus Dei collocamus, a Domino Iesu Christo Ecclesiae promissi. Ideo non fratres nostros tantum, quibus ut pastores inservimus, sed etiam fratres omnes in Christum credentes, et reliquos homines bonae voluntatis quos Deus «vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire »,[9] humiliter et ardenter vocamus ut ad rectiorem magisque fraternam civitatem in ipso mundo aedificandam omnes una nobiscum adlaborent. Eiusmodi enim est divinum consilium ut per caritatem iam quodammodo regnum Dei in terris elucescat quasi aeterni regni Dei adumbratio.

Luceat, obsecramus, in medio mundi huius, qui procul ab optata pace adhuc abest ob minas ex ipso scientiarum progressu ortas, mirabili sane, sed non semper superiori moralitatis legi intento, luceat lumen magnae spei in Iesum Christum, unicum Salvatorem nostrum.

[9] Cfr. *1 Tim.* 2, 4.

An. et vol. LIV 28 Decembris 1962 (Ser. HI, v. IV) - N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

SACRUM CONSISTORIUM

Feria quinta, die xv mensis Novembris anno MCMLXII, **in Basilica Vaticana habitum est** *Consistorium unicum,* **loco trium Consistoriorum** *(secreti, publici et semipublici),* **cuius acta ex ordine referuntur.**

Primo Summus Pontifex haec praefatus est :

Hodiernus consessus vester — ut videtis coram — amplior atque adeo sollemnior quam pro consuetudine est. Quod ex eo est natum, quia Concilium Oecumenicum Vaticanum II, abhinc triginta circiter dies inchoatum, non uno nomine adduxit, ut in locum trium Consistoriorum, quae hisce occasionibus haberi solebant, unum tantum subderetur. Est igitur, ut quo densior hodie vestra corona offertur, eo maior fiat Nostra laetitia.

Deinde Beatissimus Pater nuntiavit adsignavisse Se Emo Hamleto Ioanni S. R. E. Cardinali Cicognani titulum Ecclesiae suburbicariae Tusculanae; et Emo Iosepho S. R. E. Cardinali Ferretto, iam Episcopo Sabinensi et Mandelensi, titulum eiusdem Ecclesiae suburbicariae.

I - PROVISIO ECCLESIARUM

Confirmata electione canonice facta, in Synodo Episcoporum Armenorum, Excmi P. D. Aloisii Batanian, iam Archiepiscopi Coloniensis in Armenia, ad Sedem Patriarchalem Ciliciae Armenorum, Summus Pontifex sequentem proposuit Ecclesiam :

Titulari Episcopali Ecclesiae Anaeae **praefecit R. P. D. Ioannem**

Picco, Vicarium Generalem archidioecesis Vercellensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Imberti, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

Praeterea Beatissimus Pater alios Sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

Odessitanum, **Xaverium Ferdinandum Thoyer, iam Archiepiscopum Fianar antsoaënsem.**

Fianarantsoaënsem, **Gilbertum Ramanantoanina, iam Episcopum Acmoniensem.**

Groritiensem et Gradiscanum, **Andream Pangrazio, iam Episcopum Liburnensem.**

Judiciforensem, **dioecesi in archidioecesim evecta, Geraldum Mariam de Moráis Penido, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

De Pouso Alegre, **dioecesi in archidioecesim evecta, Iosephum D'Angelo Neto, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

Uberabensem, **dioecesi in archidioecesim evecta, Alexandrum Gonçalves do Amaral, iam Episcopum eiusdem dioecesis.**

Heliopolitanum in Phoenicia, **Octavium De Liva, Internuntium Apostolicum in Indonesia.**

Hierapolitanum in Syria, **Antonium Del Giudice, Delegatum Apostolicum in Corea.**

Nisibenum, **Iosephum a Cruce Turcios et Barahona, iam Archiepiscopum Tegucigalpensem.**

Tegucigalpensem, **Hectorem Henricum Santos, iam Episcopum Sanctae Rosae de Copan.**

Corcyrensem et Episcopum Zacynthiensem et Cephaloniensem, **Antonium Varthalitis.**

Capuanum, **Thomam Leonetti, iam Episcopum Ferentinum.**

Darnitanum, **Clementem Gaddi, iam Episcopum Nicosiensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Hectoris Baranzini, Archiepiscopi Syracusani.**

De Lourenço Marques, **Custodium Alvim Pereira, iam Episcopum Neptensem.**

Synnadensem in Phrygia, **Marcellum Lefebvre, iam Episcopum Tutelensem.**

Calcuttensem, **Albertum Vincentium D'Souza, iam Episcopum Semneaensem.**

Laodicensem ad Libanum, **Ecclesia ad Archiepiscopalem, pro hac vice, evecta, Ioannem Baptistam Scapinelli di Leguigno.**

Colossensem, **Caesarem Zerba.**

Caesariensem in Cappadocia, **Petrum Palazzini.**

Heracleopolitanum, **Ecclesia ad Archiepiscopalem, pro hac vice, evecta, Paulum Philippe.**

Carpasiensem, **Ecclesia ad Archiepiscopalem, pro hac vice, evecta, Henricum Dante.**

Aureliopolitanum in Asia, **Ecclesia ad Archiepiscopalem, pro hac vice, evecta, Beniaminum Nardone.**

Lancianensem et Episcopum Ortonensem, **Pacificum Mariam Aloisium Perantoni, iam Episcopum Hieracensem-Locrensem.**

Paranensem, **Adolf um Servandum Tortolo, iam Episcopum Catamarcensem.**

Rivi Nigri, **Agnelum Rossi, iam Episcopum Barrensem de Pirahy.**

Heracleensem in Europa, **Marium Cagna, Internuntium Apostolicum in Japonia.**

Aureliopolitanum in Lydia, **Ecclesia ad Archiepiscopalem, pro hac vice, evecta, Salvatorem Asta, Delegatum Apostolicum in Indosinis.**

Tomitanum, **Vitum Roberti, Delegatum Apostolicum in Congo.**

Bizyenum, **Fridericum Eduardum Camillum Lamy, iam Archiepiscopum Senonensem.**

Senonensem, **Renatum Aloisium Mariam Stourm, iam Episcopum Ambianensem.**

i EPISCOPOS

Tarnoviensem, **Georgium Ablewicz.**

Assiensem, **Sigfridum Kowalski, Auxiliarem Excmi P. D. Casimiri Iosephi Kowalski, Episcopi Culmensis.**

Monzensem, **noviter erecta dioecesi, Iacobum Corboy.**

Ketapangensem, **noviter erecta dioecesi, Gulielmum Sillekens.**

*Adramythenum^* **Nicolaum Agnozzi, Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Constantini Mazzieri, Episcopi Ndolaënsis.**

C ampifontis-Capitis Girardeaunensem, **Ignatium I. Strecker.**

Aulonensem, **Emmanuelem Cárdenas, Auxiliarem Emi P. D. Antonii S. E. E. Cardinalis Caggiano, Archiepiscopi Bonaërensis.**

Carpitanum, **Ernestum Segura, Auxiliarem Emi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Caggiano, Archiepiscopi Bonaërensis.**

Campaniensem, **Georgium Carreras, Auxiliarem Emi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Caggiano, Archiepiscopi Bonaërensis.**

Amisenum et Praelatum « nullius **»** *8. Iosephi de Antiquonia,* **noviter erecta Praelatura, Cornelium De Wit.**

Aegaeum et Praelatum « nullius » Tocantinopolitanum, **Cornelium Chizzini.**

Thagorensem, **Carolum Livraghi, iam Episcopum Verulanum - Frusinatensem.**

Araditanum, **Eduardum Schick, Auxiliarem Excimi P. D. Adolfi Boite, Episcopi Fuldensis.**

TJmraënsem, **noviter erecta dioecesi, Danilum Catarzi.**

Taichungensem, **noviter erecta dioecesi, Gulielmum Franciscum Kupfer.**

Nagoyaënsem, **noviter erecta dioecesi, Petrum Magoshiro Matsuoka.**

Niigataënsem, **noviter erecta dioecesi, Ioannem Shojiro Ito.**

Fodianum, **Iosephum Lenotti, iam Episcopum Bovensem.**

Thermularum, **Ioannem Proni.**

Tiniensem, **Mauritium De Keyzer, Auxiliarem Excmi P. D. Aemilii Iosephi Mariae de Smedt, Episcopi Brugensis.**

Salopiensem, **Villelmum Ericum Grasar.**

Lancastrensem, **Brennum C. Foley.**

Garthadensem in Columbia, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Gabrielem Calderón, iam Episcopum Victorianensem.**

Facatativensem, **noviter erecta dioecesi, Radulfum Zambrano Camader, iam Episcopum Risinitanum.**

Liburnensem, **Aemilium Guano.**

U Utinensem, **Iacobum Patria, Auxiliarem Excmi P. D. Petri Lacointe, Episcopi Bello vacensis.**

Foroiuliensem-Tolonensem, **Aegidium Henricum Alexium Barthe, iam Episcopum Monoecensem.**

Thuburbitanorum Minorum, **Nicolaum Grimley, primum Vicarium Apostolicum Capitis Palmensis.**

Bovensem, **Aurelium Sorrentino.**

Lamdiensem, **Aloisium Eduardum Henríquez Jiménez, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi Humberti S. R. E. Cardinalis Quintero, Archiepiscopi Caracensis.**

Gadoenum, **Iacobum Landriault, Auxiliarem Excmi P. D. Rosarii L. Brodeur, Episcopi Alexandrini in Ontario.**

Xapecoënsem, **Vilsonem Laus Schmidt, iam Episcopum Rhaedestenum.**

Xylopolitanum, **Silvestrum G. Treinen.**

Calyndensem, **Varnerium L. Boudreaux, Auxiliarem Excmi P. D. Mauritii Sehexnayder, Episcopi Lafayettensis.**

Appiarensem, **Thomam A. Murphy, Auxiliarem Excmi P. D. Laurentii I. Shehan, Archiepiscopi Baltimorensis.**

Macrensem in Mauretanien et Praelatum « nullius » Humajtanensem, **Michaelem D'Aversa.**

Goelenum, **Ioannem Marchesi, Coadiutorem cum iure successionis ' Excnii P. D. Petri Massa, Praelati « nullius » Fluminis Nigri.**

Sabinensem et Mandelensem, **Marcum Caliaro, iam Episcopum Tamiathitanum.**

Tusculanum, **Aloisium Liverzani.**

Antipyrgensem, **Myles Me Keon, Auxiliarem Excmi P. D. Remundi Prendiville, Archiepiscopi Perthensis.**

Acheloium, **Owen Snedden, Auxiliarem Excimi P. D. Thomae Me Keefry, Archiepiscopi Vellingtonensis.**

Apatzinganiensem, **noviter erecta dioecesi, Victorinum Alvarez Tena.**

Linarinum, **noviter erecta dioecesi, Anselmum Zarza.**

Dusensem et Praelatum « nullius)) Nauarianum de Iesu et Maria, **noviter erecta Praelatura, Emmanuelem Romero.**

Suessanum, **Victorium Mariam Costantini.**

Hipponensem, **Antonium Angioni, Auxiliarem Excmi P. D. Hugonis Camozzo, Archiepiscopi Pisani.**

Callinicensem, **Franciscum Zayek, Auxiliarem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Januarii et Ordinarii pro fidelibus ritus orientalis in Brasilia.**

Alexandrinum Minorem, **Danielem Tavares Baêta Neves, iam Episcopum Januariensem.**

Januariensem, **Ioannem Baptistam Przyklenk.**

Carolopolitanum, **Franciscum F. Reh.**

Buaënsem, **Iulium Peeters.**

Beneennensem, **Vincentium I. Baldwin, Auxiliarem Excmi P. D. Gualteri Philippi Kellenberg, Episcopi Petropolitani in Insula Longa.**

Thalensem, **Iacobum Weinbacher, Auxiliarem Elmi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis König, Archiepiscopi Vindobonensis.**

Dunensem et Gonnorensem, **Villelmum Philbin, iam Episcopum Clonfertensem.**

Amathusium in Palaestina, **Hugonem Gerbermann, Praelatum ((nullius » Gerontopolitanum.**

Monoecensem, **Ioannem Rupp, iam Episcopum Arcenum.**

Termessensem, **Iosephum Michaelem Medina, Auxiliarem Excmi P.D. Alfonsi Mariae Buteler, Archiepiscopi Mendozensis.**

Rhaedestenum, **Carolum Ponce de León, Auxiliarem Excmi P. D. Roberti Tavella, Archiepiscopi Saltensis.**

Sanctae Rosae de Copan, **Iosephum Carranza Chévez.**

Paracatuensem, **noviter erecta dioecesi, Raymundum Lui.**

Geraldtonensem, **Franciscum Xaverium Thomas.**

Tehuacaniensem, **noviter erecta dioecesi, Raphaelem Ayala.**

Germanicopolitanum, **Leonillum Berti, Auxiliarem Excmi P. D. Stephani Loosdregt, Vicarii Apostolici Vientianensis.**

Arcenum, **Hugonem Aufderbeck, Auxiliarem Excmi P. D. Adolfi Boite, Episcopi Fuldensis.**

Mainensem, **Petrum Boillon, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Mariae Georgii Petit, Episcopi Virodunensis.**

Tigiensem, **Geraldum Vincentium McDevitt, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Iosephi Krol, Archiepiscopi Philadelphiensis.**

Trisipensem, **Michaelem Iosephum Green, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Henrici Albers, Episcopi Lansingensis.**

Tremithusium, **Candidum Padin, Auxiliarem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi S. Sebastiani Flubastiani Fluminis Januarii.**

Rhodopolitanum, **Iosephum Gonçalves da Costa, Auxiliarem Enii P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis de Barros Cámara, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Januarii.**

Durensem, **Canutum Ansgarium Nelson, iam Episcopum Holmiae.**

Holmiae, **Ioannem Taylor.**

Yolaënsem, **noviter erecta dioecesi, Patricium Iosephum Dalton.**

Loloënsem, **noviter erecta dioecesi, Ignatium Iosephum Waterschoot.**

Isangiensem, **noviter erecta dioecesi, Aloisium Jansen.**

Iamshedpurensem, **noviter erecta dioecesi, Laurentium Tre vor Picachy.**

Mahagiensem, **noviter erecta dioecesi, Thomam Kuba.**

8agalassenum, **Fortunatum Viega Coutinho, Coadiutorem cum iure successionis Excimi P. D. Michaelis Rodrigues, Episcopi Belgaumensis.**

ñozusenum in Lybia, **Duraisamy Simonem Lourdusamy, Auxiliarem Excimi P. D. Thomae Pothacamury, Archiepiscopi Bangalorensis.**

Mataritanum in Proconsulari, **Raymundum Ndudi, Auxiliarem Excimi P. D. Andreae Jacques, Episcopi Bomaènsis.**

Palmiriensem Indorum, **noviter erecta dioecesi, Octavium Aguiar, iam Episcopum Campinae Grandis.**

Colbasensem, **Paschalem Bacile, Auxiliarem Excmi P. D. Salvatoris Russo, Episcopi Jaciensis.**

Helenensem, **Raymundum J. Hunthausen.**

Thasiensem, **Carolum Schmidt, Auxiliarem Excmi P. D. Matthiae Wehr, Episcopi Trevirensis.**

Monasteriensem, **Iosephum Hoeffner.**

Muranum, **Humbertum Altomare, iam Episcopum Carpasiensem.**

Aeserniensem et Venafranum, **Achillem Palmerini.**

Palmopolitanum, **noviter erecta dioecesi, Acacium Rodrigues Al ves.**

Gorydalensem, **Henricum Iosephum Thünemann, iam Episcopum Keimoesanum.**

Keimoesanum, **Franciscum Esserl, iam Episcopum Claniensem.**

Pyrgensem, **Iosephum Mancuso, Coadiutorem « sedi datum » Excmi P. D. Ioachimi Di Leo, Archiepiscopi-Episcopi Mazariensis.**

Ferentinum, **Constantinum Caminada, iam Episcopum Thespiensem.**

Tulancingensem, **Iosephum Ésau Robles.**

Dïbonensem, **Petrum Birch, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Patricii Collier, Episcopi Ossoriensis.**

Druensem, **Iosephum Heusehen, Auxiliarem Excmi P. D. Villelmi Mariae van Zuylen, Episcopi Leodiensis.**

Mustitanum, **Anscarium Villena, Auxiliarem Elmi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Caggiano, Archiepiscopi Bonaërensis.**

Maracayensem, **Felicianum González.**

Theleptensem, **Ioannem Mouisset, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Pauli Remond, Archiepiscopi-Episcopi Nicensis.**

Tamiathitanum, **Antonium Cece, iam Episcopum Isclanum, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Antonii Teutonico, Episcopi A ver sani.**

Goradenum, **Augustinum Frotz, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Frings, Archiepiscopi Coloniensis.**

Dumkaënsem, **noviter erecta dioecesi, Leonem Tigga.**

Darjeelingensem, **noviter erecta dioecesi, Ericum Benjamin.** i

De Fairbanks, **noviter erecta dioecesi, Franciscum Gleeson.**

Verulanum-Frusinatensem, **Aloisium Morstabilini.**

Coracesiotanum et Praelatum « nullius » Juigalpensem, **noviter erecta Praelatura, Iulianum Barni.**

Isclanum, **Diimm Tomassini.**

Eudoxiadensem, **Pium Paschini.**

Aquaealbensem in Byzacena, **Paulum Chevrier, iam Episcopum Cadurcensem.**

Gadurcensem, **Andream Bréheret.**

Gampinae Grandis, **Emmanuelem Pereira da Costa, iam Episcopum Nazarensem in Brasilia.**

Goronensem, **Miltonem Correa Pereira, Auxiliarem Excmi P. D. Alberti Gaudentii Ramos, Archiepiscopi Belemensis de Para.**

Frontensem, **Thaddaeum Prost, Auxiliarem Excmi P. D. Gaudentii Ramos, Archiepiscopi Belemensis de Para.**

Kilvaënsem, **noviter erecta dioecesi, Alanum Leroy.**

Boriensem, **Symphorianum Lucas, Vicarium Apostolicum Pilcomayoënsem.**

Spelaeopolitanum a Bono Iesu, **noviter erecta dioecesi, Iosephum Nicomedem Grossi.**

Thespiensem, **Aloisium Civardi.**

Tianum, **Alfredum Cavagna.**

Diocaesariensem in Isauria, **Aloisium Paro.**

Rivi Quarti, **Moisem Iulium Blanchoud, iam Episcopum Belalitanum.**

Zephy Heusern, **Andream Collini, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Baptistae Adriani Llosa, Episcopi Adiacensis.**

Auzegerensem, **Alonsum Arteaga Yepes, Auxiliarem Excmi P. D. Didaci Mariae Gómez Tamayo, Archiepiscopi Popayanensis.**

Aveirensem, **Emmanuelem Almeida Trindade.**

Hieracensem-Locrensem, **Michaelem Albertum Arduino, iam Episcopum Sciaoceuvensem.**

Sidy mensem, **Michaelem Federici, Coadiutorem cum iure successionis Excnii P. D. Dominici Petroni, Episcopi Melphiensis et Rapollensis et Venusini.**

Fori Sanctae Annae, **noviter erecta dioecesi, Iacsonem Berenguer Prado, iam Episcopum Victoriensem de Conquista.**

Avellanediensem, **Hieronymum Iosephum Podestà.**

Gatamarcensem, **Petrum Alfonsum Torres.**

Anneciensem, **Ioannem Sauvage.**

Fidentinum, **Marium Zanchin.**

Nicosiensem, **Constantinum Trapani.**

Juazeiriensem, **noviter erecta dioecesi, Thomam Murphy.**

Inhambanianum, **noviter erecta dioecesi, Ernestum Gonçalves da Costa.**

Ocaniensem, **noviter erecta dioecesi, Raphaelem Sarmiento Peralta.**

Barrancabermejensem, **noviter erecta dioecesi, Bernardum Arango Henao, iam Episcopum Belensem.**

Victoriensem in Insula Vancouver, **Remigium De Roo.**

Gonensem, **Clarentium E. Ehvel, Auxiliarem Excmi P. D. Eduardi Francisci Hoban, Archiepiscopi-Episcopi Clevelandensis.**

PRAELATUM ((NULLIUS))

Ghuquibambensem, **noviter erecta Praelatura, Redemptum Gauci.**

II - RELATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Postea Revmus Cardinalis Arcadius Maria Larraona, Praefectus Congregationis Sacrorum Rituum, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita et miraculis Beatorum : Vincentii Pallotti, Confessoris, conditoris Societatis ab Apostolatu catholico ; Petri Iuliani Eymard, Confessoris, conditoris Congregationis Presbyterorum et Societatis Ancillarum a Sanctissimo Sacramento ; Antonii Mariae Pucci, Confessoris, sacerdotis ex Ordine Servorum Beatae Mariae Virginis ; Francisci Mariae a Camporubeo, Confessoris, laici professi ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum. Idem Emus Pater acta universa recensuit quae, in causa Canonizationis eorumdem Beatorum, Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admisit et adprobavit.

Relatione expleta, Summus Pontifex primo Reverendissimorum Patrum Cardinalium, deinde ceterorum Praesulum, suffragia exquisivit. Iidem vero sententiam suam aperuerunt.

Tunc habita est haec, quae sequitur,

III - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Venerabiles Fratres,

Quod una vos mente unaque voluntate in eo consentire audivimus, quod idem Nobismet placet ipsis, laetamur admodum, ut nempe quattuor Beatos hos Caelites apostolica auctoritate Nostra in Sanctorum numerum referamus.

Quis enim ignorat ex hoc in catholicam Ecclesiam plurimum manare utilitatis? Nam eadem, dum filios suos ostendit, ob sibi parta insignia merita, superna gloria fulgentes, felicitate sempiterna fruentes, se pariter ostendit sanctimoniae per saecula fecundam.

Praeterea Christi Ecclesia, quos filios ad regiones immortalitatis evectos pronuntiat, eos non dubitat se habituram apud Deum deprecatores praesentissimos; quorum ope et praesidio utatur ad quaerendam commissorum sibi hominum salutem.

Huc accedit quod, cum *Sanctorum vita ceteris norma vivendi sit,*[1] christifideles pariter ab hisce religiosissimis viris, ad illam Regis aeterni aulam migratis, discent eam *vitam amare, appetere, desiderare, ad quam omnis qui currit, non graditur via pedum, sed via morum,*[2] pariter novos habebunt praecursores, quorum vestigiis insistant.

Itaque vestris adducti suffragiis, et causis moti modo expositis, libentissimo animo Beatos viros, quos memoravimus, iuxta ritum Apostolicae Sedis proprium, in Sanctorum albo ascribemus. Idque facturi sumus, pro Beatis Petro Iuliano Eymard, Antonio Maria Pucci, et Francisco Maria a Camporubeo, die nono proximi mensis Decembris hoc anno; pro Beato autem Vincentio Pallotti, die vicesimo mensis Ianuarii proximo anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio.

Quibus nuntiatis, Nostrum esse censemus tum vobis, Venerabiles Fratres, gratias persolvere de studio et diligentia, quae in hac re excutienda et perpendenda collocavistis, tum hortari vos vehementer, ut preces Deo admovere ne intermittatis, ut, horum etiam Beatorum deprecatione propitiatus, quos paulo

[1] Cfr. S. Ambros.: *de Ioseph Patr.,* PL. 14, col. 673.

[2] Cfr. S. August.: *Sermo de catachysmo,* PL. 40, col. 699.

post ipsum Concilium Vaticanum II initum Sanctorum infula decoraturi sumus, tribuat et Synodum hanc felici procedere cursu, et ex ea uberrimos percipi fructus.

De quibus omnibus ut acta confluerent, Exc. P. D. Henricus Dante, Archiepiscopus tit. Carpasiensis et Caerimoniarum Apostolicarum Praefectus, adstantibus Protonotariis Apostolicis de more mandavit.

IV - POSTULATIO PALLIORUM

Subinde Beatissimus Patriarcha Ignatius Petrus Batanian praescriptum iuramentum praestitit et sacrum Pallium pro Patriarchali Ecclesia Ciliciae Armenorum postulavit.

Item *personaliter* **sacrum Pallium postulaverunt pro Metropolitanis Ecclesiis :** *Fianarantsoaënsi,* **Exc. P. D. Gilbertus Ramanantoanina ;** *Goritiensi et Gradiscana,* **Exc. P. D. Andreas Pangrazio ;** *Iudiciforensi* **(per elevationem Sedis), Exc. P. D. Geraldus Maria de Moráis Penido;** *de Pouso Alegre* **(per elevationem Sedis), Exc. P. D. Iosephus D'Angelo Neto ;** *Uberabensi* **(per elevationem Sedis), Exc. P. D. Alexander Concai ves do Amaral;** *Tegucigalpensi,* **Exc. P. D. Hector Henricus Santos;** *Gorcyrensi,* **Exc. P. D. Antonius Varthalitis;** *G apuana,* **Exc. P. D. Thomas Leonetti;** *de Lourengo Marques,* **Exc. P. D. Custodius Alvim Pereira;** *Galcuttensi,* **Exc. P. D. Albertus Vincentius D'Souza;** *Lancianensi,* **Exc. P. D. Pacificus Maria Aloisius Perantoni;** *Paranensi,* **Exc. P. D. Adolfus Servandus Tortolo;** *Bivi Nigri, Exc.* **P. D. Agnelus Rossi;** *Senonensi,* **Exc. P. D. Renatus Aloisius Maria Stourm.**

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MIYAZAKIENSIS
(OITAËNSIS)

Apostolica Praefectura Miyazakiensis ad dioecesim ordinem redigitur, « Oitaënsis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae universo hominum coetui singulae familiae, eadem cunctae Ecclesiae praestant dioeceses, e quibus, ex eorum scilicet Episcopis, pretiosa supernae vitae dona atque instituta in christifideles dimanant. Laeto igitur animo id accepimus quod venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales qui sacro Consilio Christiano Nomini propagando praesunt faciendum censuerunt, ut Apostolica Praefectura Miyazakiensis in dioecesium ordinem redigeretur; quod profecto ad christianae vitae incrementum in perillustri Iaponensium terra haud parum prodesse confidimus. De sententia igitur venerabilis Fratris Dominici Enrici, Archiepiscopi titulo Ancusensis et Apostolici in Iaponia Internuntii, atque summa Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Apostolicam Praefecturam Miyazakiensem ad gradum dioecesis tollimus, *Oitaënsis* nomine. Condita Sedes eiusque sacer Praesul Nagasakiensi metropolitanae Ecclesiae eiusque Antistiti erunt obnoxii tamquam suffraganei; caput dioecesis urbs Oita erit, in qua Episcopus cathedram figet sui magisterii, in templo videlicet Sancto Francisco Xaverio dicato, quod ad dignitatem aedis episcopalis attollimus, cum iuribus et honoribus debitis. Ad Canonicorum collegium quod attinet, censemus ut, quoadusque id condi non possit, Consultores dioecesani nominentur, qui Episcopo consilio et ope assint. Mensam episcopalem, quam vocant, fidelium collationes eificient, Curiae proventus et bona quae Miyazakiensi Praefecturae Apostolicae propria erant. Ad regimen, administrationem dioecesis quod pertinet, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad hisque similia, Iuris Canonici leges serventur. Ceterum has Litteras venerabilis Fra-

ter Dominicus Enrici, quem diximus, fieri studebit, sive per se ipse, sive per alium, quem existimaverit, factis ad rem necessariis facultatibus. Re vero acta, idem documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quodsi alius eo tempore eidem Apostolicae Internuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitas nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras Iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc, tab., vol. CVIII, n. 29.

II

S. FRANCISCI IN CALIFORNIA - SACRAMENTENSIS
(QUERCOPOLITANAE, S. ROSAE IN CALIFORNIA, STOCKTONIENSIS)

Ex Ecclesiis S. Francisci in California et Sacramentensi quaedam territoria detrahuntur, quibus novae dioeceses tres constituuntur; earundem praeterea Ecclesiarum fines mutantur.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ineunte vere quem ad modum tellus et floribus et frondibus et arboribus depingitur ac laetatur, serenaque nox stellis decoratur clarissimis, quae aeterna regna fulgenti illustrant ornatu, ita in annos, tempora, dies Ecclesia novis dioecesibus instruitur atque ditatur, quasi nempe eius arboris ramis, quam patulam fore Christus, Dei Filius, providit ac praedixit. Cuius rei sane documentum sunt expostulatio qua venerabilis Frater Aegidius Vagnozzi, Archiepiscopus titulo Myrensis idemque in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis, petiit ut ibi loci partitis nonnullarum circumscriptionum ecclesiasticarum finibus, novae dioeceses conderentur, aliarumque limites immutarentur. Quam ob rem, Nos, postquam venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales sententiam rogavimus, Ordinariosque locorum, quorum res interesset, de Nostra apostolica auctoritate ea quae sequuntur statuimus et iubemus. Ab archidioecesi S. Francisci in California duos comitatus, ut dicunt, separamus, quos populus Alameda cognominat et Contra Costa, ut sunt scilicet per legem civilem circumscriptio Quibus territoriis novam dioecesim constituimus, ab urbe principe Oakland *Quercopolitanam* appellandam. Item de territorio eiusdem metrópolis hos, qui sequuntur, comitatus detrahimus : Sonoma, Napa, Lake, Mendocino ; de territorio vero dioecesis Sacramentensis, comitatus Del Norte et Humboldt; quibus omnibus, ut sunt nempe civili lege terminati, alteram fundamus dioecesim, ab urbe praecipua comitatus Sonoma, *8. Rosae in California* appellandam. Porro ab eadem archidioecesi S. Francisci comitatus seiungimus San Joaquin et Stanislaus ; a dioecesi vero Sacramentensi comitatus Calaveras, Toulumne et Mono; quibus omnibus,

iuxta legem civilem definitis, tertiam dioecesim condimus, ab urbe Stockton, quae est in comitatu S. Joaquín sita, *Stocktoniensem* **vocandam. Ab eadem demum S. Francisci metropoli in California comitatum Solano appellatum dividimus, et cum dioecesi Sacramentensi in omne tempus coniungimus, ita ut eius pars Ecclesiae fiat. Sedis Quercopolitanae caput, urbs Oakland erit; dioecesis S. Rosae in California, urbs Santa Rosa ; Stocktoniensis, denique, urbs Stockton. Harum vero Ecclesiarum cathedralia templa erunt ordine : S. Francisci Salesii, S. Eugenii Pont. et Conf., Beatae Mariae Virginis ab Angelo salutatae, in sua cuiusque urbe principe exstantibus, datis unicuique templo iuribus et honoribus congruis. Quas condidimus Ecclesias metropolitanae Sedi S. Francisci in California suffraganeas constituimus ; item eorum Praesules sacro Antistiti eiusdem archidioecesis erunt obnoxii. Iubemus insuper ut, si in iisdem Sedibus Canonicorum Collegium condi nequeat, Consultores dioecesani ab Episcopo deligantur, qui ope, consilio Praesulem iuvare possint. Ad clerum quod attinet, censemus ut simul ac hae litterae ad exitum adductae fuerint, clerici Ecclesiae illi ascribantur in cuius territorio legitime degant. Documenta denique et acta novas circumscriptiones respicientia ad earum Curias episcopales cito mittantur, religiose in tabulario rerum religiosarum servanda. Ceterum, has Litteras Nostras exsequi curabit venerabilis Frater Aegidius Vagnozzi, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis potestatibus. Qui vero rem egerit, ille acta et documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem Delegationi Apostolicae praesit, hic mandata Nostra haec exsequetur.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spr everi t

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertiodecimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
ig. *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 63.

III

OLINDENSIS ET RECIFENSIS - GARANHUNENSIS
(PALMOPOLITANAE)

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Olindensi et Recifensi et a dioecesi Garanhunensi, nova dioecesis conditur, « Palmopolitana » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Peramplas Ecclesias partiri easque magis idoneis definire terminis Nostrum esse firmiter censemus, qui ex eo die quo benignissimus Deus universam christifidelium familiam Nobis regendam commendavit, totis contendimus viribus ut aeternae salutis via omnibus filiis Nostris tutior fiat iidemque cunctis catholicae religionis utilitatibus instruantur. Cum ergo acceperimus venerabilem Fratrem Armandum Lombardi, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi atque in Foederatis Brasiliae Civitatibus Apostolicum Nuntium, post auditos quidem venerabiles Fratres Carolum Gouvêa Coelho, Archiepiscopum Olindensem et Recifensem, atque Iosephum Adelinum Dantas, Episcopum Garanhunensem, ab hac apostolica Sede petiisse ut, diviso territorio archidioecesis Olindensis et Recifensis atque dioecesis Garanhunensis, nova ibidem locorum

Ecclesia conderetur, adhibitis precibus libenti animo concedimus. Quam ob rem, consilio audito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, eorumque consensu suppleto qui in hac re aliquid iuris habeant vel se putent habere, summa Nostra potestate sequentia decernimus. Ab archidioecesi Olindensi et Recifensi territorium separamus municipiorum quae vulgo nuncupantur Rio Formoso, Sirinhaém, Gameleira, Ribeirâo et Cortes; a dioecesi autem Garanhunensi municipiorum quae cognominantur Palmares, Barreiros, Agua Prêta, Joaquim Nabuco, Catende, Beiern de Maria, Maraial, Lagôa dos Gatos et Cupira, ex iisque novam dioecesim constituimus *Palmopolitanam* **appellandam, iisdemque finibus cingendam quibus municipia quae diximus terminantur, prout nunc lege civili definiuntur. Statuimus insuper ut ea pars municipii vulgo cognominati Sâo Joaquim do Monte quae hucusque dioecesis Garanhunensis pars erat, ab ea distrahatur atque dioecesi Caruaruensi annectatur, ita ut integrum territorium municipii quod diximus, prout nunc lege civili terminatur, in dicione Episcopi Caruaruensis sit. Novae Palmopolitanae dioecesis sedes in urbe vulgo Palmares appellata erit, episcopalis vero magisterii cathedra in curiali templo Deo in honorem B. M. V. quam ((Nossa Senhora da Conceiçâo dos Montes » vocant sacro, quod ad cathedralis aedis dignitatem tollimus. Huic autem templo atque sacro Praesuli congrua iura facimus, impositis Episcopo obligationibus eius officii propriis. Conditam dioecesim Palmopolitanam suffraganeam facimus archidioecesi Olindensi et Recifensi, eiusque Episcopum metropolitanae iurisdictioni sacri Praesulis Olindensis et Recifensis obnoxium facimus. Mensam episcopalem, quam vocant, liberae fidelium collationes efficient, Curiae emolumenta, congrua bonorum pars quae ex praescripto canonis 1500 C. I. C. novae sedi continget, atque dos quae a civili gubernio dabitur. Episcopo Palmopolitano maximae curae erit minus saltem Seminarium quam primum struendi, iuxta iuris communis normas peculiaresque Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus leges. Cum autem alumni adoleverint, qui eorum optimi sint ingenii egregiaeque pietatis Romam mittantur, in Pontificium scilicet Collegium Pianum Brasilianum, philosophiae sacraeque theologiae studiis imbuendi. Canonicorum collegium condatur, iuxta normas per alias sub plumbo litteras edendas; permittimus tamen ut quoadusque id constituatur, Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo assint, a munere sane cessaturi Canonicis constitutis. Ad regimen autem et administrationem dioecesis quod attinet, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, cetera eiusmodi iuris communis normae serventur. Item praescribimus ut, his Litteris ad effectum deductis, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium**

vel officium habeant; ceteri vero clerici ei in qua legitimo degant domicilio. Documenta praeterea et acta, quae quovis modo ad novam dioecesim respiciant, ad Curiam Palmopolitanam mittantur, in tabulario religiose servanda. Haec denique mandata Nostra exsequenda curabit venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem diximus, facta potestate et alium virum delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Quodsi alius tempore exsecutionis in Brasilia republica Apostolicus Nuntius erit, hic mandata Nostra faciet. Qui autem rem perfecerit, idem onus habebit actae rei documenta exarandi eaque, nomine subscripta sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco *Qt* **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 59.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae Sancti Georgii Martyris in urbe « Walldürn », archidioecesis Friburgensis, conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Populi concursibus celebratur, antiquitate, architecturae ratione rebusque artificiosis excellit, ut ad Nos est allatum, templum Sancti Georgii, nobile decus urbis « Walldürn », intra fines archidioecesis Friburgensis. Vetus enim ecclesiae aedificium saeculo xv conditum est, cuius loco, cum adventantium piae peregrinationis causa Christifidelium turmas capere non potuisset, novum opus, structurae genere, quod « Barocum » audit, saeculo xvn et xvni ineunte erectum est, molis amplitudine ac magnificentia insigne atque spectabile ; siquidem cultus Reliquiae Pretiosissimi Sanguinis, ibidem asservatae, populi animos tenet. Quod religiosis studium etiamnum pectora obtinet, ita ut sacrorum administri atque Christifideles perfrequentes eodem se conferant et sollemnia ibidem splendide atque decore agantur. In divinis vero officiis sufficientes numero sacerdotes ex Ordine Eremitarum Sancti Augustini versantur, quibus praeclarum hoc pietatis domicilium creditum est. Quod honore cupiens augere simulque Christifideles ad religionem, quae summum est praesidium in hac mortali vita, colendam exercendamque vel magis accendere, Venerabilis Frater Hermannus Schaufele, Friburgensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut templum, quod dictum est, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota libenti animo implentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam Deo in honorem Sancti Georgii Martyris consecratam in urbe, quae ((Walldürn » vulgo appellata finibus archidioecesis Friburgensis continetur, ad dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et**

obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI **mensis Februarii, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris paroecialis ecclesia Beatae Mariae Virginis, Auxiliatricis Christianorum, in urbe Lima decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — In peculiare decus urbis Limae cognoscitur vertere paroeciale templum Beatae Mariae Virgini sacrum, quae ut Auxilium Christianorum a plebe Dei solet invocari. Quae ecclesia, opere nobilis, insignis religione, anno MDCCCCXXI, **cum sollemnia agerentur ob unum expletum saeculum ex quo Peruviana Civitas erat sui iuris facta, absoluta est atque, lectissimo potestatum sacrorumque Antistitum astante coetu, fidelis populi stipante multitudine, a Summi Pontificis Legato extra ordinem dedicata ; scilicet pii obsequii causa Peruviana Natio, memor benefactorum copiae, quam Deipara Virgo ei erat dilargita, hoc egregium monumentum, sodalibus Societatis Sancti Francisci Salesii annitentibus, tunc erexit. Ex quo tempore ecclesia reapse est domicilium pietatis Marianae, Christifidelium concursibus celebratum. Horum spiritualem curam iidem Sancti Ioannis Bosco filii gerunt, qui ad illud templum iuventuti instituendae multiplicem operam navant. Ipsa vero opifera Mater, ibidem exculta, populum sibi devotum tueri non desinit, quemadmodum anno** MDCCCCXXXX **evenit, cum urbs Lima terrae fremitu ac motu quateretur. Ob singulare igitur studium pietatis marialis, quo fideles tenentur, Apostolica Sedes toti archidioecesi Limanae concessit, ut festum Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis Christianorum quotannis celebraretur. Molis vero amplitudine, marmorum varietate, altarium, praesertim maximae arae, nitore et cultu, imaginibus colorum**

venustate expressis aliisque artificiosis operibus et ornamentis hoc templum ita commendatur, ut inter sacras aedes urbis illius priorem quendam obtineat locum. Cupiens autem, perturbatis hisce temporibus, pietatem erga Dei Genetricem, quae validissimum est praesidium in hac mortali vita, incrementis augere, Dilectus Filius Noster Ioannes Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Landázuri Ricketts, Limanus Archiepiscopus, nomine quoque cleri populique fidelis suis curis commissi, Nos rogavit, ut templo illi Basilicae Minoris nomen atque ius pro Nostra benignitate tribueremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Limanam ecclesiam, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis Christianorum consecratam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **condecoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Martii, anno MDCCCCILXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo, « Auxilium Christianorum », et Sanctus Franciscus Xaverius Patroni principales Congregationis Pretiosissimi Sanguinis confirmantur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Opiferam Matrem Mariam, quae ut «Auxilium Christianorum» solet invocari, Congregatio Pretiosissimi Sanguinis ab ipso rerum suarum initio impense colit ac peculiarem habet tutricem. Qui probatissimus cultus ipsis legibus, quibus religiosa illa

sodalitas regitur, sancitus est. Praeterea singulares honores eadem Sancto Francisco Xaverio adhibere consuevit, qui missionalis operis studiique animarum praeclarissimum exemplum cognoscitur. Hic itidem ut a filiis praecipuis ornaretur obsequiis, legifer pater eius Congregationis, Sanctus Gaspar Del Bufalo, voluit atque mandavit. Nunc vero dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Pretiosissimi Sanguinis, Summi eiusdem Moderatoris et Consilii iussu, submisse Nos rogavit, ut utriusque Caelitis patrocinium, a maioribus legitime acceptum, sollemni ratione probaremus. Nos autem fore confisi, ut religiosi sodales illi, adiumento ac deprecatione Augustae Deiparae et Sancti Francisci Xaverii usi, propositam sibi perfectionem assequantur et ad apostolicos labores pro Christi Ecclesia subeundos quam maxime accendantur, precibus huiusmodi libenter statuimus obsecundare. Itaque, e Sacrae Eituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « Auxilium Christianorum » appellatam, principalem apud Deum *Patronam, una cum Sancto Francisco Xaverio, Confessore,* **totius Congregationis Pretiosissimi Sanguinis confirmamus, seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX **mensis Martii, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a puMicis Ecclesiae negotiis

IV

Sancta Genovefa, Virgo, principalis caelestis Patrona Gallorum a publica tutela Militum constituitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quemadmodum vetus et laudabilis fert consuetudo, christiani exercitus plures in fidem se tradunt Caelitum Sanctorum, ut rebus in adversis eorum obtegantur munimine, ingruentibus arceantur periculis, exoptatam reportent victoriam. Cuiusmodi praesidio non minus indigent publicae securitatis custodes, quorum est constitutas Civitati leges tueri, hominum societatis bono consulere, scelestorum cohibere audaciam. Galli autem milites a publica tutela animos convertere consueverunt ad Sanctam Genovefam, Virginem, patriae suae lumen, quae olim, ut memoria proditum est, gravibus in periculis se praebuit populo adiutricem, atque, caelesti gloria fulgens, supplicibus munera largiri non desiit. Itaque Dilectus Filius Noster Mauricius Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Feltin, Parisiensis Archiepiscopus atque Castrensis in Gallia Vicarius, preces Nobis adhibuit, ut Sanctam Genovefam Galliae militum a publica tutela Patronam apud Deum, pro Nostra benignitate, renuntiaremus. Nos vero ad augendam eorum pietatem ipsosque superno roborandos auxilio, vota huiusmodi implere perlibenti statuimus animo. Quae cum ita sint, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Genovefam, Virginem, principalem apud Deum caelestem *Patronam* **Gallorum a publica tutela Militum facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis liturgicis privilegiis atque honoribus, quae praecipuis coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII **mensis Maii, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Iacobum Aloisium Cardinalem Copello, Sanctae Romanae Ecclesiae Cancellarium, sexagesimum ab inito sacerdotio annum implentem.

IOANNES PP. XXIII

Sexagesimam anniversariam memoriam felicissimi diei, quo auctus es sacerdotio, caritatis obsecundantes affectui, votis ominibusque, quae imo e pectore promimus, te libenter exornamus. Cum dulce tibi est recolere labores, quos diuturnum hoc per temporis spatium in sacro ministerio perfungendo, praesertim Bonaërensis archidioecesis Antistes, pietate ac diligentia praeditus peregisti, tum maxime aequum est Deo, omnium bonorum datori, persolvere grates, qui adiutor tibi fortis et largitor donorum fuit muniflcus.

Multum optantes, ut Sanctae Bomanae Ecclesiae Cancellarius et in Romana Curia magni faciendam impendens operam, novis meritis affluas, atque, caelesti munimine tectus, actuosa et vegeta senectute fruaris, praesentissima a Christo Iesu auxilia tibi, Dilecte Fili Noster, precibus poscimus, atque, horum pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, quam ad eos pertinere volumus, qui, festiva corona, sacro anniversario tuo intererunt.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxv mensis Septembris anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PP. XXIII

II

Ad E.mum P. D. Andream S. R. E. Cardinalem Jullien, octogesimum diem natalem acturum.

IOANNES PP. XXIII

Octogesimum natalem diem mox acturo, tibi quaecumque sunt fausta, candida, laeta percupimus, valde idcirco gavisi, quod Nobis offertur occasio tibi singularem caritatis affectum et egregiam existimationem, quibus te prosequimur, aperte declarandi. Id autem perlibenter facimus, quod ipse in Romana Curia, praesertim exacto tempore Auditor et postea Decanus Sacrae Romanae Rotae, nunc autem Purpuratorum Patrum

Collegio ascitus, iuris peritia, sagacitate consilii, navitate praecipuus, praeclara tibi merita comparasti et comparas ; ac multis ex causis honore ac laude dignus duceris. Nam pietate, modestia, Gomitate, sedulitate officii te omnibus acceptum, Nobis perquam earum praestitisti.

Deus, a quo omne donum perfectum et omne datum optimum proficiscuntur,[1] iugi praesidio te muniat, gaudiis sanctis te recreet : diu felix terrestris lucis usura f ruer e, semper felix olim aeterna. Haec ominati tibi, Dilecte Fili Noster, « magno corde et animo volenti »[2] Apostolicam Benedictionem impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xvin mensis Octobris anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

IOANNES PP. XXIII

III

E.mo P. D. Ioanni Baptistae S. R. E. Cardinali Montini, Archiepiscopo Mediolanensi, qui in oppido v. « Imfoersago » interfuit sollemnibus, quibus statua aenea Ioanni Pp. XXIII posita est in sacra Aede B. Mariae Virg. v. « Madonna del Bosco » appellatae.

Signor Cardinale,

Con soave pensiero l'animo si volge al Santuario della Madonna del Bosco, che soffuse su la Nostra infanzia un ineffabile sorriso di cielo e Ci accolse più volte pellegrino nel corso della vita e nei periodici ritorni alla terra natia negli anni del Nostro servizio della Santa Sede.

L'odierna inaugurazione di un ricordo in bronzo colà eretto all'umile Nostra persona vi aggiunge un gradito richiamo.

Desideriamo perciò esprimere lieti sentimenti per tale amabile atto, che rende più viva e sensibile la Nostra spirituale presenza in codesto luogo benedetto.

Abbiamo motivo di immaginare che per la circostanza, quasi attratte dall'onda festosa delle campane che si diffonde lungo le rive della Brianza, sarà come un convenire di anime che dal cielo e dalla terra esultano insieme con i Nostri cari conterranei delle tre diocesi che là si danno convegno — Milanesi, Bergamaschi e Comaschi — e li esortano al ben vivere e al ben fare per il presente e per l'avvenire, nella luce radiosa e sotto la materna protezione della Vergine Santissima.

[1] **Cfr. *lac.* 1, 17.**
[2] ***Macch.* 1, 3.**

Cogliamo propizia l'occasione per rammentare due date che Ci sono rimaste sul cuore con la dolcezza di un particolare incanto : il 29 agosto 1954, con la cerimonia della solenne incoronazione della sacra effigie, ivi venerata, che Ci fu dato di compiere in nome e per procura del Cardinale Arcivescovo Schuster, il giorno prima della sua piissima morte; e il 24 agosto 1958, che segnò l'ultima Nostra visita alla Madonna del Bosco, a due soli mesi di distanza dall'inizio del Nostro servizio della Chiesa universale.

Quell'immagine pia e semplice della Vergine suggerisce e compone insieme la fervida preghiera che eleviamo oggi alla Madre di Gesù e Madre nostra, ed il saluto incoraggiante e grato che rivolgiamo —• per la voce di Lei, Signor Cardinale — a quanti sono convenuti per la odierna manifestazione, di cui amiamo cogliere il significato di devoto omaggio alla Sede Apostolica e al Papa. Esortiamo pertanto le popolazioni Lombarde, di cui è universalmente noto il fervore della fede e la generosità della pratica cristiana, a continuare e a moltiplicare la preghiera per la Santa Chiesa e — particolarmente ora — per l'Assemblea Conciliare adunata in San Pietro.

La propiziatrice e speciale Benedizione, che di cuore impartiamo, valga a confermare ogni nobile e pio proposito e sia pegno di copiosi favori celesti, a comune gàudio, prosperità e pace.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, 28 ottobre 1962 - Anno IV del Nostro Pontificato.

IOANNES PP. XXIII

HOMILIA

In anniversario Coronationis habita, in Vaticana Basilica, intra Missam Pontificalem ritu Ambrosiano celebratam ab E.mo Cardinali Archiepiscopo Mediolanensi. *

Venerabiles Frater, dilecti Filii Nostri,

Hic dies animo Nostro singulari sacra perfusus laetitia illuxit : hodie anniversaria celebratur memoria Nostrae in Summum Pontificatum assumptionis et coronationis; hodie liturgicum est festum Sancti Caroli Borromaei; hodie in Vaticana

* Die 4 Novembris mensis a. 1962.

Basilica, amplissimus quidem coetus et splendida corona, universi adstant Antistites, qui Romam convenerunt Oecumenici Concilii Vaticani secundi celebrandi causa.

Optabilius Nobis videbatur vos, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, alioqui integro Latino sermone, quippe cum haec communis lingua a Praelatis Ecclesiae universalis adhibeatur, ubi cum catholici nominis vertice, nempe cum Apostolica Sede communicant, et in conciliaribus sessionibus usitato more per sonet.

Pro certo habemus Nostram agendi rationem a vobis recte intellegi, si, cum celebretur liturgica synaxis extra Concilii ordinem normasque habenda, cui quidem, una cum clero, etiam christianus populus interest, satis esse putamus, Latino sermone tantummodo exordium facere. Latine igitur Antistites cuncti catholici orbis salutamus, ac deinde Italico sermone fusius utemur, propterea quod a plerisque hic adstantibus intellectu est facilior, a populo scilicet, qui, magna frequentia huc una confluxit ad honorandum Pontificatus diem natalem sui Pastoris atque Parentis.

Hisce igitur verbis, quibus universo sermoni Nostro veluti praeludimus, Latinae linguae principem locum, ut oportet, tribuere cupimus.

Illis autem verbis, quae Italico sermone sequentur, praeclara merita humiliter sed laetissime canemus Sancti Caroli Borromaei, cuius liturgicus dies festus ab omnibus Ecclesiis Latini ritus in universo terrarum orbe die quarto mensis Novembris quotannis recolitur: merita dicimus, quae sacrorum ille Antistes sibi micantissima comparavit, strenuam adiutricem operam navando catholicae restaurationi, quae ipsius aetate feliciter inchoata est.

Qua super re, haec, exempli gratia, accipite testimonia, a duobus clarissimis Decessoribus Nostris exhibita, scilicet a Gregorio decimotertio et Benedicto quartodecimo, quae singulari quadam ac diserta nota distinguuntur.

Ac revera die vicesimo septimo mensis Octobris, anno millesimo quingentésimo septuagesimo quinto, Cardinalis Alciati per epistulam Cardinali Borromaeo significabat, Augustum Pontificem Gregorium decimum tertium valde gratulatum esse, quod Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis, cum dioece-

sana Synodus inauguraretur, duas opportunissimas orationes sacerdotibus suis Latino sermone habuisset. Haec sunt ipsissima verba : « In tanto consesso " de rebus tam gravibus " abbia orato latinamente ».

Summus Pontifex autem Benedictus decimus quartus, cuius auctoritas in rebus, quae ad Sanctorum Canonizationem pertinent, fuit maxima, his verbis summatim perstringebat praeclaras Sancti Caroli laudes ac promerita: « Sanctus Carolus Borromaeus Episcoporum exemplar et splendidissimum lumen ».

Hisce in postremis verbis, quae tam suaviter sonant : « exemplar et lumen », animus conquiescit; inde Episcopi omnes Ecclesiae Sanctae Dei duplicem flagrantissimumque sumunt vigorem, ut in adipiscendam sanctitudinem atque in animorum curam exercendam studiose semper incumbant.

Omnibus denique, qui hic festivi adstant, sacrorum Antistitibus atque Romanae Curiae Praelatis, clero populoque christiano, ea optime accommodantur arcana verba, quibus Ambrosiana liturgia praesentem sollemnitatem induxit, quaeque libentissime, antequam Italico sermone dicere instituimus, candidum veluti florem vobis proponimus. Audistis enim qualibus vocibus ingressi sumus ad opus liturgicum festivitatis hodiernae :

« Pax in caelis : pax in terra : pax in omni populo : pax sacerdotibus ecclesiarum Dei ».

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Questo quarto Anniversario delia Nostra Coronazione, che si compone in data 4 novembre con la festa liturgica di San Carlo Borromeo, assume quest'anno una irradiazione caratteristica, che si rifrange sui vastissimi orizzonti della Chiesa universale.

Motivo infatti più alto ed eccezionale di straordinaria solennità, così da renderla avvenimento insuperato nella storia dei secoli passati, e difficilmente superabile nell'avvenire, è la vostra nobile, devotissima ed esultante presenza, o venerabili Nostri Fratelli nell'episcopato e diletti figli nei vari ordini della Prelatura, — o quanti, o quanti ! — qui convenuti dai punti più lontani dell'universo per questo *opus magnum* **del Concilio Ecumenico Vaticano II, così bene avviato con l'aiuto di Dio, e seguito dalla rispettosissima attesa del mondo intero.**

Rammentiamo che lo scorso anno, in questa data festosa del 4 novem-

bre, Noi chiedemmo la ispirazione alle Nostre parole ad un discorso di San Leone Magno — di cui ricorreva il XV centenario della morte — giusto, come soleva dire lo stesso Pontefice, *in festo Natalis sui.* **Di là cogliemmo le espressioni finissime di umiltà e paterna affezione, a ringraziare la** *splendissimam frequentiam* **dei venerabili suoi consacerdoti dell'Urbe, che vedeva stretti in gran devozione intorno alla sua persona, e che gli davano l'impressione « come di un convegno di angeli e di santi insieme associati in superna esaltazione ».[1]**

La veneranda Liturgia Ambrosiana

Venerabili e dilettissimi Fratelli e figli ! Che cosa può dire oggi il *servus servorum Dei* **innanzi allo spettacolo della vostra personale presenza, composta non dei soli prelati della Roma del secolo quinto, il tempo di San Leone Magno, ma di questo vostro coro immenso di duemila e cinquecento Vescovi, quanti siete qui uniti a questa Nostra Cattedra Apostolica, e variamente distribuiti nel governo di quasi tutte le diocesi del mondo?**

Benediciamo Iddio di questo gaudio, che soavemente palpita nelle nostre anime.

La coincidenza liturgica di questo giorno — dedicato alla sacra memoria di San Carlo Borromeo — non reca anch'essa una luce superna, graditissima ai nostri occhi ed ai nostri cuori, nel richiamo di quella grande ed insigne espressione di altissimo apostolato pastorale, che il nome del Santo, successore ed emulo di Sant'Ambrogio, significa ed esalta, e che il nostro Concilio Ecumenico intende ad un tempo magnificare e servire?

Con felice pensiero, in conformità a quanto si fece nel Concilio Vaticano I, le adunanze nostre generali prendono inizio dalla intronizzazione del Vangelo, perchè il codice sacro della dottrina e della legge di Cristo resti splendente e al suo posto centrale dei nostri convegni di pacifiche discussioni e di studi ; mentre la celebrazione della Santa Messa apre e santifica il buon lavoro comune di elevatissimo ordine spirituale.

A significazione più eloquente di unità e di cattolicità si è convenuto, ben a proposito, che il Divin Sacrificio di introduzione al lavoro quotidiano Conciliare venga celebrato da Prelati di varia nazionalità, e in successione dei vari riti : Latini e Orientali.

Così l'immagine della Chiesa Santa, nella unità della fede cattolica,

[1] **Cfr.** *A. A. S.* **LUI. 1961.. pag. 763**

e nella varietà liturgica, appare in pienezza di mistico splendore. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.*[2]

La ricorrenza della festa di San Carlo Borromeo ci richiama tutti al rito Ambrosiano, di cui il Santo Cardinale fu ai suoi tempi potente e strenuo difensore. E poiché l'intreccio delle disposizioni di ordine ecclesiastico comporta che la Messa anniversaria della Coronazione del Papa venga cantata dal primo Cardinale da Lui creato, e questa identità spetta ora al Nostro venerabile Fratello il Cardinale Arcivescovo di Milano, è grande il Nostro compiacimento perchè, in questa successione di gesti e di cantici, il rito che più si accosta al Romano antico prende oggi il suo posto nella successione delle liturgie d'Oriente e d'Occidente, qui rappresentate.

Dalle prime note di lieto consentimento voi vedeste come i diletti e fervidi figli della vastissima arcidiocesi Mediolanense abbiano tenuto al loro grande onore di partecipare in proporzioni ampie e nobilmente distinte al rito odierno, che si inserisce nelle celebrazioni del sacro Concilio Ecumenico Vaticano. Mentre dal fervore della loro tradizione rituale Ambrosiana prende più risalto la sincerità della loro fedeltà Romana sull'esempio dei loro padri e dei loro avi. Dello spirito vibrante di questi suoi figli di Milano, il loro grande Patrono Sant'Ambrogio, a proposito di qualche incertezza di allora circa alcune particolarità del rito ancora in formazione, ci lasciò testimonianze in tutto degne di lui e dei suoi, come queste :

In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam : sed tamen et nos homines sensum habemus : ideo quod alibi servatur, et nos rectius custodimus.[3]

Poco prima, a proposito della lavanda dei piedi, aveva scritto : *Non ignoramus quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur et formam.*

Preclaro esempio di San Garlo

Da sua parte non è senza significazione il fatto che Papa Martino V, allorché accettò, il 16 ottobre del 1418, di consacrare l'altare maggiore del Duomo di Milano, volle compiere la cerimonia nel rito Ambrosiano in omaggio alle venerande tradizioni di lassù, dove alla Metropolitana e nella basilica di Sant'Ambrogio nessuno poteva celebrare in alcuno degli

[2] *Ps.* 44, 10.
[3] *De Sacramentis,* 3, 1-5.

altari — mentre lo si può ora nei laterali — neppur privatamente, se non in conformità col rito Ambrosiano.

E lasciateci, venerabili Fratelli, la gioia di invitare il vostro e il Nostro spirito alla contemplazione del *preclaro esempio,* ed al *più fervido incoraggiamento* che San Carlo Borromeo offre all'Episcopato cattolico di tutti i riti e di tutte le nazioni del mondo a proposito della celebrazione del Concilio Vaticano II.

L'esempio innanzitutto. È notissimo agli storici della Chiesa Santa che il Concilio Tridentino — senza dubbio tra i più importanti celebrati sin qui — riconosce a San Carlo Borromeo il merito di aver collaborato con la sua attività personale a portarlo alla conclusione, di cui si cominciava a quei tempi a dubitare seriamente.

Sentite il Giussano, lo storico più sicuro di San Carlo, come attesta la soluzione delle grandi difficoltà che facevano dubitare di potervi riuscire. Il Papa Pio IV, che era lo zio del Cardinale, « negotium Borromaeo dedit ut rem consiliis suis inceptam sollicitudine sua perficeret. Ita quidquid difficile ac periculosum incideret Legati ad ipsum per litteras deferebant. Idque tam saepe fiebat, ut ne nocturnae quidem quietis certa tempora haberet.

« Post tot ac tanta studiorum incommoda modicum somni capientem cubiculo Praefecti de eius mandato excitabant, quoties Tridento nuncius aliquis adveniret ... ».[4]

Immane lavoro personale — anche delle notti insonni — per cui i due Vescovi di Lanciano e di Modena asserivano « impares tot laboribus plures fore, quibus unus Borromaeus eo tempore sufficeret ».[5]

Gli affari del Concilio erano stati così aggrovigliati a Trento, che l'attività del Cardinale Borromeo occorse tutta, in un impiego di garbo, di saggezza e di forza, da suggerire allo stesso storico Giussano espressioni vivaci nel descriverli, lasciando intendere l'ammirazione generale suscitata dal giovane Cardinale « in conspectu admirandae vere fortitudinis, qua exorta in ipso Concilio certamina et ineluctabiles fere difficultates sustinuit. Tumultuatum saepe a Patribus erat, saepe a Principum oratoribus : idque tanta contentione animorum, ut nec aliquid inter tot iurgia perfici, nec iurgia ipsa placari posse viderentur.... Tunc enimvero Carolus adversa consilia desiicere, inire concordiae rationes, confirmare Pontificis animum; precibus denique assiduis apud Deum

[4] Giussano : *De rebus gestis S. Caroli,* Mediolani 1751, ex Tip. Ambrosiana, p. 35.

[5] *Lettere di S. Carlo all'Ambrosiana circa il Concilio;* Giussano: luogo citato.

contendere, ne rem eius auspiciis inchoatam ullis hominum artibus intercipi pateretur ».[6]

E chiuso felicemente il Concilio, ecco dispiegarsi in luce di sempre straordinaria e sapiente attività il genio pastorale caratteristico di San Carlo, trasferitosi personalmente e definitivamente alla sua Milano per promuovere e seguire nelle loro applicazioni le deliberazioni Tridentine.

Monumento di questa instancabile e sapiente attività restano gli *Acta Ecclesiae Mediolanensis,* stampati a più riprese. Ultima loro edizione e la più completa quella dovuta ad Achille Ratti, di Nostra gloriosa conoscenza : nobilissima e preziosa fatica di quegli anni laboriosi delle indagini storiche, in cui il grande bibliotecario della Ambrosiana veniva maturando, senza poterselo immaginare, il suo trasferimento alla successione ed alle sollecitudini del Cardinale Borromeo, come Arcivescovo di Milano, e poco di poi al fastigio del supremo Pontificato del Papa Pio IV, che al nipote suo, lo stesso Cardinale Borromeo, molto dovette del merito della conclusione del grande Concilio.

Le « Homiliae » e le « Orationes »

Nei poderosi volumi degli *Acta Ecclesiae Mediolanensis* occupa un posto d'onore quanto ha riferimento alla celebrazione dei Concilii Provinciali e dei Sinodi Diocesani.

Le *Homiliae habitae in Conciliis Provincialibus et Synodis Dioecesanis* del Borromeo, in occasione della esemplare applicazione del Concilio di Trento alla sua diocesi, e a tutta la regione Lombarda, anche alla distanza di quattro secoli conservano il profumo e la chiarezza di opportuni insegnamenti pratici di carattere pastorale.

Sono sei *orationes* per ciascuno dei Concilii Provinciali da lui raccolti e presieduti coi Vescovi della sua provincia, dalla conclusione del Tridentino agli ultimi anni della sua vita : ed altre sei *orationes* riservate al suo clero diocesano, a cui le rivolse in occasione degli undici Sinodi che egli tenne nei quasi vent'anni del suo governo della *Sacrosancta Mediolanensis Ecclesia.*

Venerabili Fratelli, nell'atto di accogliere i vostri voti per l'occasione anniversaria dell'inizio del Nostro *humile servitium Domini,* la coincidenza felice con la vostra cara presenza presso la tomba di San Pietro Ci ha offerta la buona ispirazione di trattenervi, Pastori del

[6] Ibid.

gregge di Cristo come noi siamo tutti, intrattenervi, diciamo, con tocchi rapidi, innanzi a questa grande figura di Santo — il Borromeo — che impersona nella storia una delle espressioni più alte del genio e della attività pastorale.

Ogni secolo ed ogni nazione conserva i ricordi e le glorie di altre personalità, di altri Santi insigni e distinti in questo ordine di rapporti,spirituali : grandi Patriarchi e Vescovi antichi e recenti, di Oriente e di Occidente, grandi missionari e religiosi di ogni ordine.

Alla gloria di San Carlo fece splendido onore e fu motivo di merito eccezionale l'essersi egli trovato a servizio della Chiesa nella occasione di un Concilio, di cui non potevasi oltre protrarre la celebrazione, e in condizioni di contribuire in forma provvidenziale al suo successo definitivo, e poi di consacrare circa venti anni della sua vita santa e santificatrice — dal 1565 al 1584 — alla felicissima realizzazione, come abbiamo detto, attraverso visite pastorali ed apostoliche, celebrazioni di Concilii Provinciali e di Sinodi Diocesani, a tutta una ristorazione della vita ecclesiastica, che segnò del suo nome benedetto un'epoca — l'epoca di San Carlo — che, grazie al Signore, ancora si prolunga a nostra fiducia nell'avvenire.

Prezioso incoraggiamento

Venerabili Fratelli, come vedete, queste sono constatazioni e parole sacre. Al grande esempio San Carlo aggiunge per noi tutti un prezioso incoraggiamento. È ben naturale che novità di tempi e di circostanze suggeriscano forme ed atteggiamenti vari di trasmissione esteriore e di rivestimento della stessa dottrina : ma la sostanza viva è sempre purezza di verità evangelica ed apostolica in conformità perfetta all'insegnamento della Santa Chiesa, che sovente ci permette con vantaggio la applicazione dell'ars *una : species mille.* Particolarmente quando si tratta del *bonum animarum,* di espressioni pratiche, cioè di quelle sollecitudini che il capo X di San Giovanni accende ed impone : *Pastor proprias oves vocat nominatim : ante eas vadit : oves illum sequuntur ... Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis ... alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere ...* [7] Venerabili Fratelli, che immagini, che tenerezza e quale ansietà nell'animo del buon pastore, che ricerca contatti con le singole anime, a penetrazione di luce cristiana nella vita sociale !

[7] Cfr. *Io.* 10, 3-4, 11, 16.

Lasciateci concludere, a comune incoraggiamento, con le parole di San Paolo ai Tessalonicesi.

« Fratres state : et tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, et Deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem aeternam, et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et sermone bono ».[8]

Amiamo por fine a queste Nostre parole di vive grazie alla vostra carità per i preziosi auguri, che amabilmente Ci avete offerto all'inizio del quinto anno del Nostro servizio paterno e pontificale, con invito soave ad unirvi con Noi nella preghiera, che il Nostro venerabile Fratello Cardinale Arcivescovo di Milano pronuncerà ora *super sindonem,* secondo le indicazioni del rito Ambrosiano.

San Carlo non poteva meglio essere assicurato alla nostra devota ammirazione, ed insieme alla protezione di tutto l'Episcopato cattolico qui riunito per il felice successo del secondo Concilio Ecumenico Vaticano, che con le sante parole, che lo salutano e lo invocano, ancor lo ripetiamo, quale *vitae magistrum in terris, et patronum in caelis.*

((Deus, qui beatum Carolum Sanctorum tuorum numero sociasti : exaudi propitius supplicum preces : et concede, ut quem vitae magistrum habuimus in terris, eundem in caelis mereamur habere patronum ».

ALLOCUTIO

Ad christifideles in Petriano foro die dominica adstantes, hora meridiana, post recitatas « angelicae salutationis » preces» *

Cari figliuoli.

La voce del Padre ama diffondere soavità e fiducia; e la sua parola ha vibrazioni più alte e penetranti quando gli occhi contemplano, come ora mi accade, la varietà e bellezza di una festosa corona di figli.

Son quattro anni oggi, da quando alla bontà del Signore piacque di

[8] *2 Thess. 2,* 14-16.

* Die 28 Octobris mensis a. 1962 (quarto exeunte anno a Summi Tontificis electione).

confidarmi la successione dell'Apostolo Pietro ; e accendere più vivo nel mio animo l'amore per tutta la famiglia umana.

Sono stati quattro anni di preghiera e di servizio, di incontri e di colloqui, di letizia e anche di qualche sofferenza ; ma ogni giorno è trascorso nella pronta disposizione a fare la divina volontà e nella sicurezza che tutto coopera alla generale edificazione.

Nell'odierna festa di Cristo Ee, io sento qualcosa di toccante che conduce il mio spirito alla serenità. La parola del Vangelo infatti non è muta : ma essa risuona da un capo all'altro del mondo, e trova la via dei cuori.

Pericoli e dolori, umane prudenze e saggezze, tutto deve dissolversi in un cantico di amore; in un rinnovato supplice invito rivolto a tutti gli uomini a desiderare e a volere l'instaurarsi del regno di Cristo :

regno di verità e di vita ;
regno di santità e di grazia ;
regno di giustizia, di amore e di pace.[1]

In tutto il mondo c'è fervore di opere per costruire e risanare : e far risplendere più vivida sull'uomo la luce superna.

Ne sono prova i consessi e congressi internazionali di varia intonazione ed ampiezza, che offrono spettacolo di uno spirito nuovo che va penetrando l'animo dei politici ed economisti, degli scienziati e dei letterati.

Diletti figli, sia pertanto esemplare l'applicazione di ciascuno di voi, di tutti noi, per far penetrare e rinnovare negli individui, nelle famiglie e nella società lo splendore del volto di Gesù.

Nostro Signore Gesù Cristo, offrendosi vittima immacolata e pacifica sull'altare della croce, ha riportato l'uomo all'amplesso del Padre celeste ed ha aperto le vie del vero progresso, che eleva e santifica le civiltà umane.

Con questi sentimenti di fiducia, chiedendo a Dio di disperdere dagli orizzonti della convivenza internazionale le nubi nefaste, si effonde sopra questo convegno domenicale *dell'Angelus* e sulle persone care a ciascuno di voi, l'Apostolica Benedizione : pegno di grazia, conforto nelle pene e difficoltà della vita, augurio di grande letizia.

[1] Cfr. *Praef,* della Festa di Cristo Re.

NUNTII RADIOPHONICI

I

Ad universas gentes summosque earum Moderatores missus: instante belli periculo, Beatissimus Pater enixe eos hortatur, ut actuosam dent operam ad bonum pacis servandum. *

((Seigneur, écoute la supplication de ton serviteur, la supplication de tes serviteurs, qui craignent ton nom x».[1]

Cette antique prière biblique monte aujourd'hui à Nos lèvres tremblantes du fond d'un cœur ému et affligé.

Tandis que vient de s'ouvrir le Deuxième Concile œcuménique du Vatican, dans la joie et l'espérance de tous les hommes de bonne volonté, voici que des nuages menaçants viennent assombrir à nouveau l'horizon international et semer la crainte dans des millions de familles.

L'Eglise — Nous le disions encore en accueillant les quatre-vingt-six Missions extraordinaires présentes à l'ouverture du Concile — l'Eglise n'a rien tant à cœur que la paix et la fraternité entre les hommes, et elle travaille, sans se lasser, à les établir. Nous rappelions à ce propos les graves devoirs de ceux qui portent la responsabilité du pouvoir. Et Nous ajoutions : « La main sur la conscience, qu'ils écoutent le cri angoissé qui, de tous les points de la terre, des enfants innocents aux vieillards, des personnes aux communautés, monte vers le Ciel : paix ! paix ! ».

Nous renouvelons aujourd'hui cette solennelle adjuration. Nous supplions tous les Gouvernants de ne pas rester sourds à ce cri de l'humanité. Qu'ils fassent tout ce qui est en eux pour sauver la paix. Ils éviteront ainsi au monde les horreurs d'une guerre, dont nul ne peut prévoir quelles seraient les effroyables conséquences.

Qu'ils continuent à traiter, car cette attitude loyale et ouverte a grande valeur de témoignage pour la conscience de chacun et devant l'histoire. Promouvoir, favoriser, accepter des pourparlers, à tous les niveaux et en tout temps, est une règle de sagesse et de prudence qui attire les bénédictions du Ciel et de la terre.

* Die 25 Octobris, mensis a. 1962.

[1] *Nehem. l, Ih*

Que tous Nos fils, que tous ceux qui sont marqués du sceau du baptême et nourris par l'espérance chrétienne, que tous ceux enfin qui Nous sont unis par la foi en Dieu, joignent leur prière à la Nôtre pour obtenir du Ciel le don de la paix : d'une paix qui ne sera vraie et durable que si elle est basée sur la justice et sur l'équité. Et qu'à tous les artisans de cette paix, à tous ceux qui d'un cœur sincère travaillent au véritable bien des hommes, aille la grande bénédiction que Nous leur accordons avec amour au nom de Celui qui voulut être appelé le ((Prince de la Paix ! ».[2]

II

A Summo Pontifice missus, cum Neo-Eboraci opera Expositionis ex omnibus nationibus indicarentur, Apostolicae Sedis aedificio destinata. *

Animo praesentes sollemni ritui, quo in civitate Neo-Eboracensi Expositionis ex omnibus Nationibus opera, Apostolicae Sedis aedificio destinata, inchoantur, perplacet Nobis faustissimum huiusmodi eventum gratulatione Nostra prosequi eique prosperum exitum ominari. Quod quidem eventum, dum palam testabitur quid hominum ingenium et labor valeant ad civilis cultus progressum, multum sane conferet ut populi inter se arctioribus vinculis devinciantur et amico foedere ad commune bonum conspirent. Quam ad rem fore omnino confidimus, ut admiranda technicarum artium incrementa ad hominum spiritualem profectum efficaciter conducant, in quo solummodo secura pax et veri nominis prosperitas innituntur. Hoc sibi proposuit Apostolica Sedes, quae Expositioni isti libentissime interesse voluit ; atque ut vota Nostra feliciter expleantur, supplicibus precibus divinorum auxiliorum copiam ab Omnipotenti Deo imploramus.

[2] *Is.* 9, 6.
* Die SI Octobris mensis a. 1962.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Ad universos S. Concilii Oecumenici Patres, Summo Pontifici natalem Sui diem celebranti felicia ac fausta ominatos. *

Suavissime affecti votis atque ominibus vestris, Fratrum filiorumque amore nitentibus, quae, Nostro redeunte natali die, inter tot pietatis significationes Nobis longe gratissima obvenerunt, de novo huiusmodi humanitatis officio plurimas persolvimus gratias. Testato obsequio vicem reddentes, reciprocante caritate permoti a Deo enixe imploramus, ut, quae Nobis percupiistis bona, in unumquemque vestrum et in vobis commissos greges effuse redundent; quorum munerum auspicium sit et pignus Apostolica Benedictio, vobis laboribusque vestris amantissime impertita.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxv mensis Novembris anno MCMLXII.

IOANNES PP. XXIII

II

S. Oecumenici Concilii Patribus, qui Summo Pontifici, quarto ab Eius electione exeunte anno, flagrantia vota et omina, nuntio misso, obtulerant. **

Admodum commoto animo caritatis vestrae singulare pignus nuper excepimus, per quod flagrantia omina Nobis exhibere cupiistis, illucescente die quo amantissimi caelorum Patris voluntas ad universam

* Hic verba referuntur nuntii a S. Concilii Oecumenici Patribus missi : *Ioanni XXIII Summo Pontifici. — In Te, Pastor amantissime, natalem Tui diem fauste celebrantem, Patres universi Sacri Concilii, quod, Te Auctore, celebratur, oculos mentes corda convertunt, simulque ominantur ut ad multos adhuc annos Ecclesiam sospes gubernes, unitatis ac pacis fructus locupletissime edas in gloriam Sponsae Dei.*

Pater Sancte, nos nostrosque labores Tua paterna Apostolica Benedictione, quaesumus, confirmes.

** Nuntii Patrum S. Concilii Oecum, verba hic referuntur : *Ioanni XXIII Pontifici Maximo. — Faustissimo instante die, quo Sanctitatis Tuae ad Summum Pontificatum ascensum catholicus orbis concelebrat, nos Patres Conciliares in unum collecti preces nostras pro Te humiliter sed ferventissime ex animo depromimus, ut omnipotens Deus, intercedentibus Beata Virgine Maria eiusque casto Sponso Sancto Iosepho, Oecumenici Concilii Patronis, Te beatissimum et amantissimum Patrem nostrum Christique Vicarium diu sospitem servet atque Concilii labores tam prospere initos ita tueatur ut feliciter prosequantur atque secundum optata Tua ad expectatum exitum perveniant. Quam ad rem adiuvet nos Apostolica Tua Benedictio, quam circa Tuam veritatis Cathedram adstantes, venerabundi imploramus.*

Ex Aula Conciliari, die 27 mensis Octobris 1962.

regendam Ecclesiam, vobis ex universo terrarum orbe cum commisso grege christiano exsultantibus, Nos quattuor abhinc annos vocavit. Suave Nobis solacium comparastis de quo gratias plurimas agimus, ex imo pectore valde laetantes, quod anniversariam huiusmodi memoriam, Deo providentissime disponente, fulgenti vestra corona circumdati hoc anno celebramus.

Vobis singulis universis vestroque cotidiano labori gliscentia Spiritus Sancti lumina et auxilia deposcimus. Vestras quoque instantissimas preces Nostris coniungere velitis, ut Oecumenicum Concilium, apud Petri sepulcrum collectum, humanae societati micantissimum unitatis sidus praeluceat, Evangelii veritatem virtutemque fortiter proponat, Ecclesiae Sanctae thesauros pandat, ad Christi regnum diffundendum, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis.

Ac praesertim una simul Principem Pacis enixe rogemus, ut eius pax, quae exsuperat omnem sensum, hominum corda et intelligentias custodiat, atque quaecumque pacis pericula avertat, quae, nisi summa prudentia sedulo praecaveantur, inenarrabiles tantum lacrimas ruinasque sint paritura.

Amantia vota Nostra per Apostolicam Benedictionem confirmamus, qua vobis omnibus vestrisque longinquis populis, tantopere Nobis dilectis, perlibenter dilargimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvin mensis Octobris anno MCMLXII.

IOANNES PP. XXIII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

RAVENNATENSI ET FERRARIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

